

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [1]

PHILIPPI CLVVERI
SICILIAE ANTIQVAE
LIBER SECVNDVS.

Quo primùm ſeptemtrionale inſulæ litus, dein mediterranea eius, ac tandem inſulæ adjacentes deſcribuntur.

* *
*

CAPVT PRIMVM.

Lilybæum, promontorium & opidum cum portu. Lilybe puteus. Sibyllæ Cumanæ ſepulcrum. Drepana opidum cum portu; qui & Erycinorum portus. Columbaria inſula. Eryx, mons & opidum. Templum Veneris Erycinæ. Longuri ſinus. Aegithallus, promontorium & caſtellum; quod poſteà Acellus. Motya urbs.

ORIENTALI meridionalique inſulæ lateribus hactenus deſcriptis, reſtat nunc, uti ſeptemtrionale quoque dicatur. Inde mediterranea eius obeunda. Tandem, universâ inſulâ expoſitâ, minores ei circumjacentes inſulæ pari commentatione illuſtrandæ erunt.

Initium igitur ſeptemtrionalis lateris ab hac parte facit τὸ Λιλυβαῖον ἄκρον καὶ πόλις, id eſt, LILYBAEVM *promontorium & opidum*. Promontorium vulgo etiamnunc incolis, decurtato antiquo vocabulo, *Capo di Boéo* dicitur. Quinam veteres auctores eius meminerint, ſuperioris voluminis cap. II, III, & IIII intellectum eſt. Ex iis Virgilius poëta, Aeneid. lib. III, ita Aeneam facit loquentem:

LILYBAEVM, *promontorium & opidum.*

Teque datis linquo ventis palmoſa Selinûs;
Et vada dura lego ſaxis Lilybeïa cæcis.

Scilicet, quia ipſa ἄκρα, id *extremitas*, ſive extremus Lilybæi excurſus, planus atque depreſſus, ad III millia paſſuum ſub undis protenditur, trium circiter cubitorum altitudine tectus. Impropriè itaque, ut ſuperioris libri cap. IIII dictum, Latini τὴν ἄκραν hanc ſuâ lingvâ vocarunt *promontorium*. unde error Priſciano, ſive Rhemnio Fannio, Dionyſii Περιηγητοῦ interpreti, natus eſt iſte:

Procurrens Pachyno longè, clauſtriſque Pelori;
Exterrenſque rateis Lilybæi cautibus aſpris.
Eminet ad Zephyrum Lilybe.

Niſi fortè *eminere* heic dictum voluerit, pro *excurrere*. Opidum memoratur Polybio, Ciceroni, A. Hircio, Livio, Diodoro, Straboni, Plinio, Frontino, Ptolemæo, Solino, Itinerariis, Stephano, Euſtathio, Zonaræ, & aliis. Apud Ptolemæum ita legitur in vulgatis exemplaribus: Λιλυβαίων πόλις καὶ ἄκρα. id eſt: *Lilybæorum opidum & promontorium*. Omnino ſcribendum ego cenſeo, Λιλυβαῖον, ut omnes reliqui auctores: id eſt; *Lilybæum opidum & promontorium*. Stephani epitomator: Λιλυβαῖον, ἡ πρὸς δύσιν ἄκρα τῆς Σικελίας. ἔστι δὲ καὶ πόλις. Id eſt: *Lilybæum, promontorium Siciliæ, ad occaſum Solis ſpectans. eſt & opidum eodem nomine*. Cicero, in Divinatione in Q. Cæcilium: *Si literas Græcas Athenis, non Lilybæi didiciſſes*. Et in Verrem lib. II: *Quantum ab negotiatoribus, qui Syracuſis, qui Agrigenti, qui Panormi, qui Lilybæi negotiantur, eſſet coactum*. Strabo, lib. VI: Τῶν δὲ λοιπῶν τῆς Σικελίας πλευρῶν, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ Παχύνου πρὸς τὸ Λιλυβαῖον διήκουσα ἐκλέλειπται τελέως, ἴχνη τινὰ σώζουσα τῶν ἀρχαίων κατοικιῶν. Ἀκράγας δὲ καὶ τὸ Λιλυβαῖον ἔτι συμμένει. Hoc eſt: *De reliquis Siciliæ lateribus id, quod à Pachyno ad Lilybæum protenditur, prorſus deſertum eſt. veſtigia tantùm antiquorum opidorum quædam reſtant. Agrigentum tamen atque Lilybæum ſuperſunt*. Hodiè in ruinis eius exſtructa exſtat urbs inter primas Siciliæ celebris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

vulgò *Marſalla* dicta. juxtà verò antiquæ urbis mœnium, aquæductuum, ædificiorumque conſpiciuntur reliquiæ. PORTVM fuiſſe ad dictum opidum, patet ex hiſcè A. Hircii verbis, in libro de Bello Africano perſcriptis: *Cæſar, itineribus juſtis confectis, nullo die intermiſſo, ad* XIIII *Kal. Ian. in Lilybæum pervênit. ſtatimque oſtendit, ſeſe naveis velle conſcendere.* Et exiguo pòſt: *Interim in dies & naves longæ adaugeri, & onerariæ complures eódem concurrere.* Item ex his Livii in lib. XXV: *T. Octacilius cum quinqueremibus* LXXX *Vticam ab Lilybæo transmiſit. Lilybæum tertio die, quàm inde profectus erat, cum* CXXX *onerariis navibus, frumento prædâque onuſtis, rediit.* Item ex Polybii lib. I: Καρχηδόνιοι δὲ πεντήκοντα καὶ τριακοσίαις ναυσὶ καταφράκτοις ἀναπλεύσαντες, Λιλυβαίῳ προσέσχον. Id eſt: *Carthaginienſes, cum* CCCL *navibus armatis in altum provecti, Lilybæum adpulerunt.* Et diſertiùs etiam lib. III: Τιβέριος δὲ Σεμπρώνιος εἰς Λιβύην ἑκατὸν ἑξήκοντα σκάφεσι πεντηρικοῖς ἐξέπλεεν· ὃς οὕτω καταπληκτικῶς ἐπεβάλετο πολεμεῖν, καὶ τοιαύτας ἐποιεῖτο παρασκευὰς ἐν τῷ Λιλυβαίῳ, ὡς εὐθέως ἐκ κατάπλου πολιορκήσων αὐτὴν τὴν Καρχηδόνα. Hoc eſt: *Tiberius Sempronius cum* CLX *navibus longis quinqueremibus proficiſcebatur. qui tam atrox bellum in Africam cogitabat inferre, tantosque Lilybæi fecerat adparatus; quaſi primo adpulſu ipſam Carthaginem eſſet obſeſſurus.* Frontinus, Strategemat. lib. III, cap. X, exemplo VIIII: *Barca, dux Pœnorum in Siciliâ, Lilybæum noſtris terrâ marique obſidentibus, partem claſſis ſuæ procul armatam juſſit oſtendi. ad eius conſpectum quum evolaſſent noſtri; ipſe reliquis, quas in occulto tenuerat, navibus Lilybæi portum occupavit.* Ipſam urbem ita deſcribit Polybius, dicto lib. I: Τὸ τρίτον τῆς νήσου ἀκρωτήριον προσαγορεύεται Λιλυβαῖον. ἐπὶ δὲ τούτῳ πόλις ὁμώνυμος κεῖται τῷ τόπῳ· περὶ ἣν τότε συνέβαινε τοὺς Ῥωμαίους συνίστασθαι τὴν πολιορκίαν, τείχεσι δὲ διαφερόντως ἠσφαλισμένην, καὶ πέριξ τάφρῳ βαθείᾳ καὶ τενάγεσιν ἐκ θαλάττης, δι' ὧν ἐστιν εἰς τοὺς λιμένας εἴσπλους, πολλῆς δεόμενος ἐμπειρίας καὶ συνηθείας. Hoc eſt: *Tertium inſulæ promontorium vocatur Lilybæum. In hoc urbs ſita eſt eiusdem cum ipſo loco adpellationis. eam tunc Romani obſidebant: muris egregiè munitam, atque in circuitu latâ foſſâ & aquis è mari reſtagnantibus: per quas patet ad portum introitus, peritiâ uſuque multo opus habens.* De hoc ita Fazellus, Decad. I, lib. VII, cap. I: *Flexo litore* [à meridie ſcilicet versùs ſeptemtriones] *brachia dextrorſum repræſentat; & portum ibi facit naturâ tutiſſimum & ampliſſimum. ad quem quia per ſtagna, (quæ hac etiamnum ætate ante urbem, quà mari adluitur, occidentemque ſpectat, adparent) navigantibus erat iter, difficilis admodùm olim ingreſſus patebat. Fauces autem eius hodiè jactis in profundum molibus, quarum adhuc magna ibi congeries ſpectatur, nullis navigiis ſubiri poſſunt. cuius obturationis Romani, pulſis aliquando Carthaginienſibus, captâque urbe, feruntur auctores.* Dum obſideretur à Romanis urbs, ſæpè id fruſtra tentatum fuiſſe, referunt Eclogæ legationum ex Diodori lib. XXIIII: Τὴν δὲ Σελινουντίων πόλιν Καρχηδόνιοι κατασκάψαντες, μετῴκισαν εἰς τὸ Λιλυβαῖον. Ῥωμαῖοι δὲ ναυσὶ μακραῖς σμ', κερκούροις ξ', καὶ πλοίων πλήθει παντοδαπῶν κατέπλευσαν εἰς τὴν Πάνορμον, ἐκεῖθεν εἰς τὸ Λιλυβαῖον, ὃ πολιορκεῖν ἤρξαντο. τὴν μὲν γῆν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν τάφρῳ ἀπετείχισαν· τὸ δὲ στόμιον τοῦ λιμένος, ιε' κερκούρους ναῦς λίθων πληρώσαντες, κατέχωσαν. * . Πολιορκουμένων δὲ αὐτῶν, ἦλθεν αὐτοῖς βοήθεια ἀπὸ Καρχηδόνος ἄνδρες δ, καὶ σῖτος· καὶ ἀνεθάρρησαν μετὰ τοῦ Ἀτάρβου. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, θεασάμενοι τὴν εἰσβολὴν τῆς δυνάμεως, λίθοις καὶ χώμασιν ἐκ δευτέρου τὸ στόμιον τοῦ λιμένος ἔχωσαν. καὶ ξύλοις μεγίστοις καὶ ἀγκύραις τὰ βάθη ἐσταύρωσαν. πνεύματος δὲ βιαίου πνεύσαντος, καὶ τῆς θαλάσσης ἀγριανθείσης, πάντα κατέλυσεν. Τὴν δὲ τάφρον τῆς πόλεως ἔχωσαν Ῥωμαῖοι, ἔχουσαν τὸ πλάτος ξ' πήχεις, καὶ τὸ βάθος μ'. * . * . Ὁ δὲ Κλαύδιος ὕπατος, παραλαβὼν τὰς δυνάμεις, πάλιν τὸν λιμένα ἔχωσεν, ὥσπερ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ. καὶ πάλιν ἡ θάλασσα πάντα κατεσκόρπισε. * . * . Καὶ τὴν ἀγορὰν τῶν Ῥωμαίων τοῦ σίτου ἔφερον [οἱ Καρχηδόνιοι] εἰς Δρέπανα. καὶ τῆς λοιπῆς ἀγορᾶς τὴν χρείαν ἐκ τῆς Δρεπάνης λαβόντες, εἰς τὸ Λιλυβαῖον ἦλθον, καὶ τοὺς πολιορκουμένους ἐνέπλησαν παντοίων ἀγαθῶν. ἔφθασε δὲ καὶ Καρθάλων στρατηγὸς ἐκ Καρχηδόνος μετὰ νεῶν μακρῶν ό, καὶ σιτηγῶν ἴσων. Hoc eſt: *Selinuntiorum urbis, à ſe everſæ, incolas Lilybæum tranſtulerunt Carthaginienſes. Romani autem longis navibus* CCXL, *& cercuris* LX, *omniſq; generis navigiorum magno numero ad Panormum devehuntur: mox inde Lilybæum; quod obſidere cœperunt. Terram igitur à mari ad mare foſſâ præmuniunt. oſtium verò portus, quum* XIIII *cercuros lapidibus implevisſent, per adgeſtionem obſtruxerunt.* Mox: *Obſeſſis interim ſuppetiæ venerunt à Carthagine quatuor millia virorum, cum frumento. quapropter animos unà cum Atarbale reſumſerunt. Romani verò, cognito copiarum in urbem ingreſſu, iterum portus fauceis adgeſſerunt, lignisque grandibus & anchoris obvallârunt. At ventus, qui tum vehementior ingruebat, & mare exaſperatum, omnia diſſolvêre. Tum foſſam urbis terrâ adgeſtâ opplevêre Romani: cuius latitudo erat cubitorum* LX, *altitudo* XL. Paullo pòſt: *Claudius conſul, adſumtis copiis,*

portum

portum denuo obſtruxit; ut ab anteceſſoribus eius factum. ſed mare rurſus omnia disjecit. Mox: *Carthaginienſes commeatum, Romanis interceptum, Drepanum absportarunt. ac de reliquo commeatu, quantum uſui ſibi futurum erat, è Drepanitano agro accepto, Lilybæum abivêre: omnique bonorum genere obſeſſos cumulavêre. Venit & Carthalo Carthagine, cum* LXX *navibus longis, & totidem frumentariis.* Falſum igitur eſt, quod Aretius in ſuâ Siciliæ Chorographiâ tradit, eam portus obſtructionem, quæ hodiéque conſpicitur, ab Romanis cum Carthaginienſibus belligerantibus factam eſſe. Captâ demum urbe quòd vult Fazellus eosdem obſtruxiſſe Romanos, id planè nihil rationis ſanæ in ſeſe habet: quum & pacis & belli tempore non minorem ipſis, quàm anteà Carthaginienſibus obſeſſis, præbiturus eſſet uſum. neque enim captam urbem ſtatim deſeruerunt Romani. Verùm longè pòſt, quàm omni Siciliâ pulſi fuêre Pœni, *onerarias complureis* in eodem portu naveis habuiſſe I. Cæſarem, teſtatur loco ſuprà ſcripto Hircius. nulla igitur etiamdum facta eius fuit obturatio, quæ hodiè conſpicitur.

Vrbs ipſa quando & à quibus fuerit condita, oſtendit Diodorus lib. XXII. ſic enim eſt in Eclogis legationum eius libri: Ὁ δὲ Πύρρος πάσης τῆς Καρχηδόνος ἐπεκράτησε δυνάμεως καὶ κύριος ἐγένετο, πλὴν τοῦ Λιλυβαίου. αὕτη γὰρ ἡ πόλις ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθη, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Καρχηδονίων Μοτύης ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου. τοὺς γὰρ ἐκ ταύτης ὑπολειφθέντας ἀθροίσαντες, κατῴκισαν εἰς τὸ Λιλύβαιον. Hoc eſt: *Pyrrhus omnem Carthaginienſium ditionem ſuæ poteſtatis & arbitrii fecit; præter Lilybæum. hoc namque opidum à Carthaginienſibus fuit conditum, poſtquàm Dionyſius tyrannus Motyam Carthaginienſium expugnaverat. congregatos quidpe, quos ex illâ reliquos fecerat excidium, Lilybæi collocaverant.* Motyam Dionyſium obſediſſe atque expugnaſſe anno quarto Olympiadis XCV, Lyſiade Athenis ſummum gerente magiſtratum, auctor eſt ipſe Diodorus lib. XIIII: id eſt, anno ante natum Ieſum Chriſtum CCCXCVII. eodem anno Lilybæum opidum conditum fuerit, necne, incertum eſt. At idem auctor cum ſemet ipſo minimè convenit. quidpe jam anteà, lib. XI, in rebus geſtis anni tertii Olympiadis LXXXI ita ſcribit: Ἐπ᾽ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρίστωνος, κατὰ τὴν Σικελίαν Αἰγεσταίοις καὶ Λιλυβαίοις ἐνέστη πόλεμος περὶ χώρας τῆς πρὸς τῷ Μαζάρᾳ ποταμῷ. Id eſt: *Athenis ſummum gerente magiſtratum Ariſtone, in Siciliâ bellum inter Aegeſtanos & Lilybætanos exortum eſt ſuper agro ad Mazaram flumen ſito.* Annus hic fuit ante natum Chriſtum CCCCXLIIII. De munitione ac magnitudine urbis ita tradit auctor de Viris illuſtribus: *Atilius Calatinus, dux Romanorum adversùs Carthaginienſeis miſſus, ex maximis & munitiſſimis civitatibus, Ennâ, Drepano, & Lilybæo hoſtilia præſidia dejecit: Panormum recepit.* De tantâ eius magnitudine meritò dubitaverim; quando nec Enna nec Drepanum ex maximis inſulæ urbibus fuêre. Munitiſſimam tamen exſtitiſſe, etiam Diodorus tradidit in lib. XXXVI; ut habent Eclogæ legationum his verbis: Περὶ δὲ τὴν Αἰγεσταίων καὶ Λιλυβαιτῶν χώραν, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τῶν πλησιοχώρων, ἐνέσκηψε πρὸς ἀπόστασιν τὰ πλήθη τῶν οἰκετῶν. γίνεται δὲ τούτων ἀρχηγὸς Ἀθηνίων. *. *. Τέλος ἀθροίσας ὑπὲρ τοὺς μυρίους, ἐτόλμησε πόλιν ἀπόρθητον τὸ Λιλύβαιον πολιορκεῖν. *. Σκευαζομένου δὲ αὐτοῦ τὴν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀναχώρησιν, κατέπλευσάν τινες, ἐν ναυσὶ κομίζοντες ἐπιλέκτους Μαυρουσίους· οἱ ἐπὶ βοήθειαν ἦσαν ἀπεσταλμένοι τοῖς Λιλυβαίταις. Hoc eſt: *In Aegeſtanorum & Lilybætanorum finitimorumq. agris turbam ſervorum contagio defectionis invaſerat. quorum princeps & ductor exſtitit Athenio.* Paullo pòſt: *Tandem, coactis plusquàm decem millibus, Lilybæum, urbem inexpugnabilem obſidere audet.* Mox: *Simul ac verò regreſſum ab urbe inſtituit; naves quædam, delectas Maurorum cohorteis advehentes, adpulerunt. ſuppetiæ ſcilicet erant, Lilybætanis miſſæ.* Hinc decennalis illa obſidio. Eædem Eclogæ ex lib. XXIIII: Εἰκοσιτέσσαρα ἔτη πολεμήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι Καρχηδονίους, Λιλύβαιον δὲ δεκαετῆ χρόνον πολιορκήσαντες, πρὸς ἀλλήλους διελύθησαν. Id eſt: *Bello Romanorum cum Carthaginienſibus per* XXIIII *annos continuato, & Lilybæo decennium obſeſſo, pax inter eos facta eſt.* Anno verò ante Chriſtum natum LIIII, urbis Romæ IↃCLXXXIII, Cn. Pompeio & M. Licinio Craſſo Coss. ita de eâ urbe in Verrinâ V loquutus eſt Cicero: *Teſtes publicæ tabulæ; teſtis ſplendidiſſima civitas Lilybætana; teſtis honeſtiſſimus maximusq. conventus civium Romanorum.* Poſterioribus etiam temporibus floruiſſe, adparet ex Tabulâ itinerariâ; ubi primariæ urbis ſignum vocabulo eius adpoſitum eſt. Ipſum vocabulum Λιλύβαιον quod attinet, quamvis plerique exſcriptores in antepenultimâ ſyllabâ accentum ponant; nullum tamen dubium eſſe poteſt, quin id derivativum ſit ab aliâ quadam voce primitivâ. hæc igitur erit inveſtiganda. Diodorus lib. XIII: Ὁ δὲ Ἀννίβας, ἐκβιβάσας τὴν δύναμιν, κατεστρατοπέδευσεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ φρέατος, ὃ κατ᾽ ἐκείνους μὲν τοὺς καιροὺς ὠνομάζετο Λιλύβαιον, μετὰ δὲ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ταῦτα πολλοῖς ἔτεσι πρὸς αὐτῷ κτισθείσης πόλεως, αἴτιον ἐγενήθη τῇ πόλει τῆς ἐπωνυμίας. Id eſt: *Annibal, expoſitis in terram copiis, caſtra locat; exorſus à puteo, cui illâ tempeſtate Lilybæo nomen erat: ſed multis pòſt annis opido juxtà condito nominis cauſam præbuit.* Vnde igitur promontorio nomen, & quando primùm impoſitum? ante, an poſt opidi constructionem? Apud Virgilium, dicto Aeneid. lib. III, ſic Aeneas loquitur:

Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis.

Sed huic poëtæ nulla tuta fides. ſic enim & Megara & Gelam & Acragantem ac Selinûntem, multis ſæculis poſt Troianum bellum conditas urbeis eiuſdem Aeneæ narrationi adfinxit. Apud Dionyſium Περιηγητὴν in Siciliæ deſcriptione hi leguntur verſus:

Ἄκραι δέ οἱ Πάχυνός τε, Πελωρίς τε, Λιλύβη τε.
Ἀλλ' ἤτοι Λιλύβη μὲν ἐπὶ ῥιπὴν ζεφύροιο
Εἰσανέχει. Id eſt:
Promontoria ei ſunt, Pachynus, Peloris, Lilybeque.
Sed enim Lilybe ad flatum zephyri
Prominet.

LILYBE *puteus.*

Hoc ſanè vocabulum Λιλύβη LILYBE, ſive, ſi Romano ori accommodare velis, LILYBA, haud dubiè primitivum illud eſt *putei* nomen: unde poſteà & promontorium & opidum adpellatum eſt derivativo vocabulo Λιλυβαῖον, LILYBAEVM. Hoc vocabulum in Ionicam dialectum reſolutum, erat Λιλυβήϊον. unde illud Virgilii, *Vada Lilybeia.* Sic & Oppianus, Κυνηγετικῶν lib. I; de equis loquens:

Ὠκύτατοι Σικελοί, Λιλυβήϊον οἵ τε νέμονται.
Velociſſimi ſunt Siculi; qui Lilybeium depaſcuntur.

Item Apollonius, Ἀργοναυτικῶν lib. IIII:

Ἀλλά μιν οἰκτείρασα θεὰ Ἔρυκος μεδέουσα
Κύπρις, ἔτ' ἐν δίναις ἀπετρέψατο, καί ῥ' ἐσάωσε
Πρόφρων ἀντομένη Λιλυβηΐδα ναιέμεν ἄκρην.
Hoc eſt:
Sed illum miſerata dea, Erycis regina,
Cypris in vorticibus avertit natantem; ſervavitque
Benevola occurrens, ut Lilybeium inhabitaret promontorium.

Ex hoc poſtmodùm Atticâ contractione factum Λιλυβῆον. Orpheus in Argonauticis:

Αὐτὰρ ἐπεὶ Λιλυβῆον ἐπέχομεν ἠχέτα πορθμόν.
At ubi Lilybeium adpulimus ſonans fretum.

Atque hæc antiquiſſima eſt Lilybæi promontorii mentio. vixit quidpe hic Orpheus Crotonienſis circa Olympiaden LV; Piſiſtrato Athenis tyrannidem obtinente; ut auctor eſt Svidas: id eſt, circa annum ante natum Ieſum IↃL. *Puteus* autem *Lilybe* hodiéque in extremo promontorii in templo, ut creditur, antiquo, divo Ioanni Baptiſtæ nunc conſecrato, viſitur. Cæterùm *opidani* à Lilybæo dicebantur Græcis Λιλυβαῖοι καὶ Λιλυβαῖται, teſte Stephano; id eſt, *Lilybæi* & *Lilybætæ.* quorum hoc Eclogæ habent legationum ex ſuprà dicto Diodori lib. XXXVI; illud ipſe Diodorus, præſcripto lib. XI. quamquàm illic diphthongus αι in duas ſyllabas αϊ reſoluta eſt ab editoribus eius auctoris. Diphthongum fuiſſe olim, vel ex eo patet, quòd inde Latini idem vocabulum ſuâ lingvâ dixêre LILYBAETANI; diphthongo Græcâ αι in Latinam *æ* converſâ: ut Cicero frequenter habet in Verrinis; & lapidis antiqua inſcriptio, quem Aretius in ſuâ Siciliæ Chorographiâ & Gruterus in opere inſcriptionum antiquarum è Scaligeri Verderiique ſchedis, citant. unde poſteà ab exſcriptoribus, quibus Ciceronis opus transſcribendum dictitatum à prælectore fuit, factum eſt *Lilybetani*; & apud Solinum *Lilybitani.* Nummos tamen duos refert Goltzius cum inſcriptione ΛΙΛΥΒΑΙΙΤΑΝ, Doricâ dialecto, pro Λιλυβαιιτῶν. unde rectè feceris Romano ore LILYBAEITANI. Apud Solinum, cap. XI, ita ſcriptum eſt: *Lilybitano* [ſcilicet promontorio] *Lilybæum opidum decus eſt, Sibyllæ ſepulcro.*

SIBYLLAE *Cumanæ ſepulcrum.*

SIBYLLAE huius CVMANAE SEPVLCRVM etiam Iſidorus memorat, Origin. lib. VIII, cap. VIII. *Dicta autem*, inquit, *Cumana è civitate Cumis, quæ eſt in Campaniâ. cuius ſepulcrum in Siciliâ adhuc manet.* Sed à Lilybæo antequàm ultrà procedamus, rem huc planè incredibilem, niſi à pluribus ſimul narrata foret auctoribus, adſcribere libet. Strabo lib. VI: Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τὸ ἐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ἐπὶ Λιβύην χίλιοι καὶ πεντακόσιοι περὶ Καρχηδόνα· καθ᾽ ὃ δὴ λέγεταί τις τῶν ὀξυδορκούντων ἀπό τινος σκοπῆς ἀπαγγέλλειν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀναγομένων ἐκ Καρχηδόνος σκαφῶν τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ. Id eſt: *Breviſſimus à Lilybæo in Africam trajectus ad Carthaginem eſt* CIↃIↃ *ſtadiorum. tantoque intervallo dicitur quidam, acie oculorum inſigni præditus, è ſpeculâ quadam numerum navium Carthagine ſolventium obſervaſſe, ac Lilybætanis nunciaſſe.* Aelianus, lib. XI, cap. XIII: Ἄνδρα φασὶ Σικελιώτην οἷον βλέπειν ὀξὺ γενέσθαι ἐν Σικελίᾳ, ὥς τε αὐτὸν ἐκ τοῦ Λιλυβαίου εἰς Καρχηδόνα τείναντα τὸν ὀφθαλμὸν, μηδὲν τὰς ὄψεις σφάλλεσθαι, καὶ ἀποδείξειν λέγουσι τὸν ἀριθμὸν τῶν νεῶν τῶν ἀναγομένων ἐκ Καρχηδόνος, καὶ οὐκ ἐψεύσατο οὐδεμίαν. Hoc eſt: *Hominem quemdam Siculum aiunt adeò perſpicaci exactoque viſu in Siciliâ fuiſſe, uti, è Lilybæo usque ad Carthaginem intentis oculis, nihil falleretur: & numerum navium, quæ Carthagine ſolvebant, indicaret; neque vel in unâ falleretur.* Valer. Maximus, lib. I, cap. VIII: *Ne illius quidem parvæ admirationis oculi, quem conſtat tam certâ acie luminum uſum eſſe, ut à Lilybæo, portu Carthaginienſium egredienteis claſſeis intueretur.* Plinius, lib. VII, cap. XXI: *In nuce incluſam Iliada, Homeri carmen, in membranâ ſcriptum, tradidit Cicero. Idem; fuiſſe, qui pervideret* CXXXV *millia paſſuum. Huic nomen & M. Varro reddidit, Strabonem vocatum. ſolitum autem Punico bello, à Lilybæo Siciliæ promontorio, exeunte claſſe Carthaginis portu, etiam numerum navium dicere.* Solinus, cap. VI: *Viſu plurimum potuit Strabo nomine: quem perſpexiſſe per centum* XXXV *millia paſſuum, Varro ſignificat. ſolitumque, à Carthagine exeunte claſſe Punicâ, numerum navium manifeſtiſſimè è Lilybætanâ ſpeculâ denotare.* Ipſe Varro an CXXXV tradiderit millia, equidem neſcio. è Plinio tamen, ut ferè omnia reliqua, deſumſiſſe iſta Solinum, in manifeſto eſt. At à Lilybæo ad Africæ promontorium, quod Mercurii cognominatur, vulgò nunc *Capo Buono* dictum, Plinius cum epitomatore ſuo Martiano Capellâ, ut ſuperioris voluminis cap. III notavimus, ponit millia CLXXX: totidemque circiter refert tabula Ptolemæi. ſed re verâ ſunt haud ampliùs C. Strabo, ut dicto loco libri VI, ita & lib. II, πρὸς τῇ Καρχηδόνι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων πορθμὸν, id eſt, *ad Carthaginem* à Siciliâ *fretum* CIↃIↃ *ſtadiorum* facit. Error igitur hinc Plinio Ptolemæoque natus, quòd priores illi auctores, ex quorum monumentis iſti geographica ſua compoſuêre, trajectum breviſſimum à Lilybæo ad Carthaginem usque cenſuerint; ipſi verò id de proximo Mercurii promontorio intellexerunt. Stadia autem CIↃIↃ quum conficiant millia CLXXXVII & paſſus IↃ; facilè ego crediderim, Varronem quoque ſcripſiſſe CLXXXV. ex quo numero poſtmodùm nota L interiit. Cæterùm hodiéque incolæ huius opidi adfirmant, è loco edito, cui vulgare vocabulum eſt *Cadidi*, haud longè extra urbem ſito, cœlo ſereno prædictum Africæ promontorium conſpici. Sed hoc intervallum C dumtaxat eſt millium; Carthaginisque locus LXXXV circiter millia inde ultrà ſitus eſt.

Porrò à Lilybæo proximum *opidum cum portu* fuit τὸ Δρέπανον, DREPANVM; ſeu plurali numero τὰ Δρέπανα, DREPANA; Polybio, Virgilio, Dionyſio Halicarnaſſenſi, Plinio, Ptolemæo, Itinerariis, Stephano, Iſacio Tzetzæ, & aliis memoratum. Stephani epitomator: Δρέπανα, οὐδετέρως, πόλις Σικελίας. Id eſt: *Drepana, neutro genere, opidum Siciliæ.* Plinius, lib. III, cap. VIII: *Selinûs opidum: Lilybæum ab eo promontorium; Drepana; mons Eryx.* Polybius lib. I: Διὰ τὸ πάσης τῆς ἄλλης Σικελίας ἐπικρατεῖν Ῥωμαίους, πλὴν Δρεπανῶν. Id eſt: *Quòd omnem reliquam tenerent Romani Siciliam, præter Drepana.* Eidem auctori, eodem libro poſteà, ſingulari numero: Ὁ δὲ Ἀννίβας ἐξέπλευσε μετὰ τῶν νεῶν εἰς τὸ Δρέπανον πρὸς Ἀτάρβαν, τὸν Καρχηδονίων στρατηγόν. Διὰ γὰρ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου καὶ τὸ κάλλος τοῦ περὶ τὸ Δρέπανον λιμένος, ἀεὶ μεγάλην ἐποιοῦντο τὴν σπουδὴν οἱ Καρχηδόνιοι περὶ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ. Hoc eſt: *Annibal cum claſſe Drepanum profectus eſt ad Atarbalem, Carthaginienſium ducem. nam propter loci opportunitatem & portus Drepanitani præſtantiam, plurimum ſemper ſtudii adhibuêre Carthaginienſes, ut id opidum cuſtodirent.* Hinc & Virgilius, Aeneid. lib. III:

DREPANA, *ſive* DREPANVM, *opidum cum portu; qui & Erycinorum portus.*

Et vada duro lego ſaxis Lilybeia cæcis.
Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora,
Accipit. Heic pelagi tot tempeſtatibus actus,
Heu genitorem, omnis curæ caſusque levamen,
Amitto Anchiſen.

Ad hæc ita Servius: *Drepanum civitas eſt, ante pedem montis Erycis, trans Lilybæum; dicta, vel propter curvaturam litoris, in quo ſita eſt; vel, quòd Saturnus, poſt amputata virilia Cælo patri, illuc falcem projecerit, quæ* δρέπανος *dicitur Græcè. quod veri ſimile putatur, propter*

vicinita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

vicinitatem Erycis, conſecrati Veneri; quæ dicitur nata ex Cæli cruore & ſpumâ maris. Quidam Drepanum dictum volunt à falce Cereris; quam ibi, quum filiam ſuam Proſerpinam quæreret, amiſit. Cato pluraliter hæc Drepana dicit. Et item Pompon. Sabinus: *Drepanum ſignificat falcem. dictum Drepanum eſt à curvo ſitu, inſtar falcis. Non longè abeſt ab Eryce monte, trans Lilybæum. Alii volunt dictum ab eo, quòd Saturnus, amputatis paternis virilibus, illuc falcem projecerit, quæ drepanos dicitur.* Lycophron, in Alexandrâ:

Ἥξει δὲ ταύρου γυμνάδας κακοξένους
Πάλης κονίστρας, ὅν τε Κωλῶτις τεκνοῖ
Ἀλεντία, κρείουσα Λογγούρου μυχῶν
Ἅρπης Κρόνου πήδημα.

Hoc eſt:

Adibit deinde tauri gymnaſticas inhoſpitas
Luctæ palæſtras; quem Colôtis genuit
Alentia, regina receſſuum Longuri;
Falcis Saturniæ ſaltum.

Ad quæ ita Tzetzes: Ἅρπη, ἢ Δρέπανον, καὶ ἡ Φαιακία Κέρκυρα, καὶ ἡ Σικελία λέγεται· ἡ μὲν Κέρκυρα, ὅτι ἐκεῖ κεκρυμμένον τὸ δρέπανον, μεθ' οὗ ὁ Ζεὺς τὸν Κρόνον ἐξέτεμεν. ἢ τὸ δρέπανον, ὅπερ ἡ Δημήτηρ ἔλαβεν παρ' Ἡφαίστου, τέμνειν τοὺς στάχυς. Δρέπανον δὲ ἡ Σικελία, ὅτι ἐκεῖ ἦν τὸ δρέπανον, μεθ' οὗ τὸν Οὐρανὸν ὁ Κρόνος ἐξέτεμε. τὸ δὲ δρέπανον παρὰ Σικελοῖς ζάγκλον καλεῖται. Id eſt: *Harpe, ſive Drepanum,* [id eſt, *falx,*] *cùm Phæacia Corcyra, tùm Sicilia dicitur. Corcyra; quòd illic abscondita erat falx, qua Iupiter Saturnum exſecuit: aut falx, quam Ceres ab Vulcano accepit, ad ſecandas ſpicas. Drepanum autem dicebatur Sicilia, quia iſtic erat falx, qua Cælum exſecuit Saturnus. falx autem Siculis vocatur zanclon.* Nempe Meſſanæ antiquum nomen *Zancle* cum hoc *Drepani* opidi vocabulo confudit. tum imperitè etiam, ipſam inſulam Siciliam *Drepanon* vocari, adſeveravit: quum poëta inter alia occidentalia inſulæ loca Drepanum quoque portum intellexerit. Verùm enimverò & Corcyra, & Meſſana, & hoc noſtrum opidum Drepanum, nomen ab curvaturâ, quæ falcis ſpeciem refert, non ab ineptis iſtis maximéque ridiculis fabulis, acceperunt; quæ poſteà temporis adfictæ ſunt vocabulo. Porrò Itineraria iter à Lilybæo ad Drepana ſic referunt:

Antonini;		Tabulæ;	
Lilybæo		*Lilybæo*	
Drepanis	XVIII.	*Drepanis.*	XVIII.

Tot millia hodiéque ſunt inter Marſallam & opidum cui vulgare nunc vocabulum *Trápani.* quod ipſum ex nomine ſimul & ex intervallo cognoſcitur eſſe antiqua illa *Drepana.* Situm autem eſt in peninſula; cuius latus meridionale inſignem illum, Polybio Virgilioque memoratum, cingit PORTVM, maximarum etiam navium capacem. Ptolemæus hoc loco nudè vocem Δρέπανον refert: qua haud dubiè opidum intellexit. at fuiſſe jam antè, quàm opidum conderetur, in dictâ peninſulâ id nominis, haud obſcurè cùm ex prædicto Lycophronis pcëmate, tùm ex Diodori colligitur lib. XXIII; ubi ita Eclogæ legationum habent: Ἀμίλκας δὲ ὁ Καρχηδόνιος, τὸ Δρέπανον τειχίσας καὶ πόλιν καταστήσας, μετῴκισε τοὺς Ἐρυκίνους, καὶ τὸν Ἔρυκα κατέσκαψε. Id eſt: *Amilcar Carthaginienſis Drepanum communivit; opidumque in eo ſtatuit: translatiſque in id Erycinis, Erycem diruit.* Factum hoc belli Punici primi anno primo; Ap. Claudio Caudice & M. Fulvio Flacco COSS. ut ex ipſo patet reliquæ hiſtoriæ ibidem contextu: id eſt, anno ante natum Ieſum CCLXIIII. Atque iſthic equidem ſatis diſertè ipſe locus ſive peninſula adpellatur τὸ Δρέπανον, DREPANVM, ſingulari numero. in ſequenti verò pôſt narratione opidum plurali numero vocatur τὰ Δρέπανα, in his verbis: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐπὶ τὰ Δρέπανα ἐλθόντες, καὶ πολιορκήσαντες, τοῦ Καρθάλωνος βοηθοῦντος, ἐξέπεσον. Hoc eſt: *Romani adversùs Drepana profecti, obſidionem tentarunt. at, quia ſuppetias ferebat Carthalo, re infectâ diſceſſerunt.* Et lib. XXIIII: Ὁ δὲ Κλαύδιος εἰς τὰ Δρέπανα πρὸς Καρχηδονίους ἀπῆλθε, πολεμήσων αὐτούς. * . * . Καὶ τὴν ἀγορὰν τῶν Ῥωμαίων τοῦ σίτου ἔφερον εἰς Δρέπανα. καὶ τῆς λοιπῆς ἀγορᾶς τὴν χρείαν ἐκ τῆς Δρεπάνης λαβόντες, εἰς τὸ Λιλύβαιον ἦλθον. Hoc eſt: *Claudius Drepana adversùs Carthaginienſeis profectus eſt, uti cum iis dimicaret.* Et mox poſteà: *Commeatum Romanorum frumenti interceptum Drepana comportarunt. ac de reliquo commeatu, quantum uſui ſibi futurum erat, è Drepanitano agro accepto, Lilybæum abierunt.* Sed antequàm opidum heic à dicto Amilcare conderetur, ipſe PORTVS DREPANVS Erycinorum fuit: quorum opidum in proximo monte Eryce ſitum; de quo

mox

mox infrà. unde etiam τῶν Ἐρυκίνων dicitur λιμὴν, id eſt, ERYCINORVM PORTVS, Diodoro lib. XV. Ὁ δὲ Διονύσιος, inquit, τῶν τριήρων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα τὰς ἀρίστας ἀπέστειλεν εἰς τὸν τῶν Ἐρυκίνων λιμένα. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι παραδόξως διακοσίας ναῦς πληρώσαντες, ἐπέπλευσαν ταῖς ὁρμούσαις ἐν τῷ λιμένι τῶν Ἐρυκίνων. Id eſt: *Dionyſius* CXXX *claſſis ſuæ triremeis omnium optimas Erycinorum portum occupare jubet. At Carthaginienſes opinione omnium citius cum* CC *navibus, probè inſtructis, claſſem in Erycinorum portu ſtationem habentem adgrediuntur.* Et lib. XXIIII, ut referunt Eclogæ legationum, eumdem portum Ἐμπόριον vocavit τῶν Ἐρυκίνων, id eſt, EMPORIVM ERYCINORVM. Verba illic leguntur iſta: Λυτάτιος δὲ ὁ ὕπατος ναυσὶ μακραῖς τ' καὶ πλοίοις καὶ πορείοις ψ', ὁμοῦ χιλίοις, εἰς Σικελίαν ἔπλευσε, καὶ εἰς τὸ Ἐρυκίνων ἐμπόριον καθωρμίσθη. Hoc eſt: *Lutatius conſul longis navibus* CCC, *aliiſq; navigiis ac pontonibus* IↃCC, *quæ ſimul juncta efficiebant* CIↃ, *in Siciliam tranſmiſit, & ad Erycinorum emporium naveis adpulit.* Hinc illud Virgilii, Aeneid. lib. III:

Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis.
Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit. Heic, pelagi tot tempeſtatibus actus,
(Heu!) genitorem, omnis curæ caſusque levamen,
Amitto Anchiſen.

Hæc Aeneas in urbe Carthagine apud Didonem narrat. unde diſcedens, quum Italiam claſſe peteret, tempeſtatibus ab inſtituto curſu ad eadem Siciliæ litora abreptus eſt. Hinc ita poëta Aeneid. lib. V:

Conſurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contrà nec tendere tantum
Sufficimus. ſuperat quoniam fortuna, ſequamur:
Quóque vocat, vertamus iter. nec litora longè
Fida reor fraterna Erycis, portuſq; Sicanos.
Tum pius Aeneas: * *
Flecte viam velis. an ſit mihi gratior ulla,
Quóque magis feſſas optem dimittere naveis,
Quàm quæ Dardanium tellus mihi ſervat Aceſtem
Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?
Hæc ubi dicta, petunt portus: *
Et tandem læti notæ advertuntur arenæ.
At, procul excelſo miratus vertice montis
Adventum ſociasque rateis, occurrit Aceſtes.

Cæterùm ipſe Diodorus ſcripſerit ne ſuperiori loco, variato vocabuli & genere & numero, ἐκ τῆς Δρεπάνης, an verò non opidum, ſed agrum circumjectum ceu gentilitio vocabulo intellexerit, adhuc dubium eſt. Nummi quidem antiqui typus exſtat in Goltzii Siciliâ cum inſcriptione ΔΡΕΠΑΝΩΝ. ſed & hoc ipſum anceps eſt. nam licèt pleraque Græcorum numiſmata opidanorum ferant nomina; tamen apud eumdem Goltzium VIII reperiuntur cum titulo urbis Γέλας· & in uno ſcriptum eſt urbis nomen Φιντία. Proinde minimè dubitandum fuerit, quin ille nummus Δρεπανῶν, non opidanorum, ſed opidi ferat nomen. Sed in eiusdem libri XXIIII Eclogis poſteà corrupto loco memoratur τῆς Κατάνης φρούριον Ἰτάλιον· quod ego mox infrà docebo legendum eſſe τῆς Δρεπάνης φρούριον Αἰγίθαλλον· id eſt; *Drepani agri caſtellum Aegithallum.* Cæterùm Stephani epitomator gentilitium habet Δρεπανεὺς, id eſt, ſi Latino ore formes, DREPANENSIS. at ipſis Latinis in uſu fuit DREPANITANVS. Donatus, in Virgilii locum proximè ſcriptum commentans: *Aeneas Drepanitano adplicat loco, quod acciderat fatorum ratione.* Priſcianus lib. II: *A Caralibus, Caralitanus; à Taurominio, Taurominitanus; à Cephalœdio, Cephalœditanus; à Drepano, Drepanitanus.* Cicero, in Verrem lib. IIII: *Non tibi objicio, quòd hominem digniſſimum tuis moribus, Apponium, Niconis filium, Drepanitanum, omni argento optimè facto ſpoliaſti ac depeculatus es. taceo. non enim putat ille ſibi injuriam factam: propterea, quòd homini jam perdito, & collum in laqueum inſerenti, ſubveniſti, quum pupillis Drepanitanis bona patria erepta cum illo partitus es.* De ipsâ urbe ita tradit auctor De viris illuſtribus: *Atilius Calatinus, dux Romanorum adversùs Carthaginienſeis miſſus, ex maximis & munitiſſimis civitatibus, Ennâ, Drepano, Lilybæo, hoſtilia præſidia dejecit.* Suam ætatem, non qua hæc geſta ſunt, reſpexiſſe videtur hic ſcriptor. nam Ennam inter maximas Siciliæ umquàm fuiſſe computatam

civitates,

civitates, nusquàm reperias. Drepanum verò quomodò intra ſexennii ſpatium, (tot enim fuêre anni à primi belli Punici anno primo ad iſtius A. Atilii Calatini conſulatum) flagrante tum maximè in hisce inſulæ oris bello, in tantam magnitudinem excreſcere potuit? Munitiſſimum tamen jam tum fuiſſe locum, dubitare haud licet, quando contra potentiſſimi hoſtis vim exſtructus fuit ab Amilcare. Poſterioribus verò temporibus inter nobiliores totius inſulæ connumeratum fuiſſe urbeis, patet cùm ex proximè perſcriptis verbis, tùm ex Tabulâ itinerariâ; ubi primariæ urbis ſigno exhibetur.

COLVMBARIA *inſula.*

Cæterùm urbis extimæ parti adjacet ἡ Πελειὰς νῆσος, id eſt, COLVMBARIA *inſula.* Zonaras, tomo II: Οἱ δὲ ὕπατοι, Μέτελλος μὲν Καικίλιος περὶ τὸ Λιλύβαιον ἦν, Νουμέριος δὲ Φάβιος τῷ Δρεπάνῳ προσήδρευε, καὶ ἐπιβούλευσε τῇ νησίδι τῇ Πελειάδι καλουμένῃ, προκατειλημμένῃ παρὰ Καρχηδονίων, στρατιώτας πέμψας νυκτὸς, οἳ τοὺς φρουροὺς κτείναντες, τὴν νῆσον εἷλον. ὁ μαθὼν Ἀμίλκας, ἕωθεν τοῖς διαβεβηκόσιν ἐπέθετο· οἷς οὐκ ἔχων ἀμῦναι ὁ Φάβιος, τῷ Δρεπάνῳ προσέμιξεν· ὡς ἢ τὴν πόλιν δι' ἐρημίαν αἱρήσων, ἢ τῆς νήσου τὸν Ἀμίλκαν ἀπάξων· καὶ ἐπέτυχε θατέρου. φοβηθεὶς γὰρ ὁ Ἀμίλκας, ἀνεχώρησεν εἰς τὸ τεῖχος. καὶ ὁ Φάβιος τὴν Πελειάδα κατέσχε, καὶ τὸ μεταξὺ ταύτης καὶ τῆς ἠπείρου στενὸν καὶ τεναγῶδες τυγχάνον συγχώσας ἠπείρωσε, καὶ ῥᾷον προσεπολέμει τοῦ τείχους, ἐκεῖ ὄντος ἀσθενεστέρου. Hoc eſt: *Conſulum alter Cæcilius Metellus ad Lilybæum fuit; alter Numerius Fabius Drepanum obſedit; & inſulæ Columbariæ, quam Carthaginienſes præoccupaverant, eſt inſidiatus, miſſis noctu militibus: qui, occiſo præſidio, inſulam occuparunt. Hoc audito, Amilcar manè contra illos profectus. quibus quum opem ferre Fabius nequiret, ipſum Drepanum adgreſſus eſt: ut aut opidum per ducis abſentiam caperet, aut illum ab inſulâ abstraheret. Horum alterum ei ſucceſſit. quidpe Amilcar, territus eâ re, intra muros ſe recepit: Fabius verò Columbariam tenuit. & ſpatium interjectum, anguſtum ac paluſtre, adgeribus continenti junxit. ita facilior facta oppugnatio, quum ibi murus eſſet infirmior.* Inſula hæc exigua, ſeu ſcopulus, extremo urbis in mare excurſui ab auſtro objectus, etiamnunc vulgò vocatur *La Columbara.* in quo arx munitiſſima, ac penè inexpugnabilis.

ERYX, *mons & opidum; in quo* VENERIS ERYCINAE *fanum.*

Porrò Drepano poſt mille circiter paſſuum planitiem imminet ab oriente æſtivo ERYX MONS. in quo olim OPIDVM eodem nomine, & TEMPLVM VENERIS ERYCINAE, omnium totius inſulæ celeberrimum. Plinius, lib. III, cap. VIII: *Selinûs opidum. Lilybæum ab eo promontorium: Drepana: mons Eryx: opida, Panormum, Solûs, Himera.* Servius in ſuprà ſcriptum locum Virgilii, Aeneid. lib. III: *Drepanum civitas eſt ante pedem montis Erycis.* Virgilius, Aeneid. lib. XII:

Horrendumque intonat armis:
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipſe, coruſcis
Quum fremit ilicibus, quantus, gaudetque nivali
Vertice ſe attollens pater Apenninus ad auras.

Ad quæ ita Servius: *Eryx, Siciliæ mons, ſupra Drepanum opidum.* Valerius Flaccus, Ἀργοναυτικῶν lib. III:

Occupat Alcides arcum: totâque pharetræ
Nube premit. non illa magis, quàm, ſede movetur,
Magnus Eryx, deferre velint quem vallibus imbres.

Et lib. IIII: —— *Annoſi veluti ſi decidat olim*
Pars Erycis, vel totus Athos.

Silius lib. XIIII:

Necnon altus Eryx.

Solinus cap. XI: *Eminet Sicilia montibus Aetnâ & Eryce. Vulcano Aetna ſacer eſt; Eryx Veneri.* Mela lib. II, cap. VII; in deſcriptione Siciliæ: *Montium Eryx maximè memoratur, ob delubrum Veneris ab Aeneâ conditum, & Aetna; quæ Cyclopas olim tulit.* Polybius lib. I: Ὁ δὲ Ἔρυξ ἐστὶ μὲν ὄρος παρὰ θάλατταν μεταξὺ Δρεπάνων καὶ Πανόρμου· μᾶλλον δ' ὀχυρὸν καὶ συνάπτον πρὸς τὰ Δρέπανα· μεγέθει δὲ παρὰ πολὺ διαφέρων τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὀρῶν, πλὴν τῆς Αἴτνης. Τούτου δ' ἐπ' αὐτῆς μὲν τῆς κορυφῆς, οὔσης ἐπιπέδου, κεῖται τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερὸν, ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατόν ἐστι τῷ τε πλούτῳ καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν. Ἡ δὲ πόλις ὑπ' αὐτὴν τὴν κορυφὴν τέτακται, πάνυ μακρὰν ἔχουσα καὶ προσάντη πανταχόθεν τὴν ἀνάβασιν. Ἐπί τε δὴ τὴν κορυφὴν ἐπιστήσας φυλακὴν ὁ Ἰούνιος, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Δρεπάνων πρόσβασιν, ἐτήρει φιλοτίμως ἀμφοτέρους τοὺς τόπους, πεπεισμένος, οὕτω καὶ τὴν πόλιν ἀσφαλῶς καὶ τὸ σύμπαν ὄρος ὑφ' αὑτὸν ἕξειν. Id eſt: *Eryx mons eſt ad mare inter Drepana & Panormum; Drepanis tamen magis vicinus & inacceſſus: omneis Siciliæ monteis, præter Aetnam, longè ſuperans.*

ſuperans. Habet hic in vertice planiciem, cui immolita eſt Veneris Erycinæ ædes; omnium ſine controverſiâ, quæ totâ inſulâ ſpectantur, & divitiis & reliquo cultu longè clariſſima. Vrbs ſub ipſum verticem poſita eſt: adſcenditurque ad illam longâ admodùm ac difficili viâ. Iunius igitur, cùm in cacumine montis præſidio impoſito, tùm in eâ parte, qua itur Drepana; locum utrumque impenſo ſtudio cuſtodiebat; ratus, ſe hac ratione & urbem & montem totum in ſuâ poteſtate tutò retenturum. Et poſteà: Ὁ δὲ Ἀμίλκας, τῶν Ῥωμαίων τὸν Ἔρυκα τηρούντων, ἐπί τε τῆς κορυφῆς, καὶ παρὰ τὴν ῥίζαν, καθάπερ εἴπομεν, κατελάβετο τὴν πόλιν τῶν Ἐρυκίνων, ἥτις ἦν μεταξὺ τῆς τε κορυφῆς καὶ τῶν πρὸς τῇ ῥίζῃ στρατοπεδευσάντων. Hoc eſt: *Cuſtodiebant Romani Erycem, præſidio vertici impoſito, & ad radices montis; ſicut diximus. Amilcar Erycinorum urbem, inter ipſum verticem & eos, qui in imo monte conſederant, ſitam, occupat.* Ovidius, Faſtor. lib. IIII:

Quáque jacet Zephyro ſemper apertus Eryx.

Nempe, quia ad mare jacet; nec alii eum ab occaſu defenſant colles, Zephyriis flatibus eſt expoſitus. De adſcenſu eius ita Eclogæ legationum habent ex Diodori lib. XXIIII: Βάρκας δὲ, νυκτὸς καταπλεύσας, καὶ τὴν δύναμιν ἀποβιβάσας, αὐτὸς πρῶτος ἡγησάμενος τῆς ἀναβάσεως τῆς πρὸς Ἔρυκα, οὔσης σταδίων λʹ, παρέλαβε τὴν πόλιν. Id eſt: *Barcas, noctu adpulſus, expoſitis copiis, ipſe adſcenſus ad Erycem, qui* XXX *eſt ſtadiorum, princeps, urbem occupat.* Prope ipſum ſummum verticem fuiſſe urbem, ex hoc XXX ſtadiorum ſive trium ferme millium paſſuum ſpatio adparet. Fazellus, Decad. I, lib. VII, cap. III: *Mons hic ſolus, ſine alterius cuiusquam montis conſortio perſtans, maris fluctibus, quà Italiam ſpectat, adluitur: atque altitudine, excepto Aetnâ & Nebrode, omneis Siciliæ monteis ſuperat. Potiſſimo anni tempore nube cooperitur. ideóque tum neque Sole, neque ſereno cælo fruitur. aëris nihilo minùs tantam habet clementiam, ut ad centum & viginti ferme annorum ætatem ibi plurimi incolæ pervenerint. In eius vertice planities eſt; ubi olim Veneris templum erat. & paullo infrà urbs eiusdem nominis adhuc eſt, difficillimam habens expugnationem. Quæ licèt ab editiſſimo monte pendeat; puteos tamen perenneis habet plurimos. ſed & unaquæque domus pro ratione ciſternas.* Et poſteà: *Steterat autem templum olim in ipſo monte; ubi arx eſt hodiè vaſta & ingens, & in rupe mirè excelsâ & præcipiti, ac amplo vetuſti operis ambitu, & magnâ ſui parte quadratis ex lapidibus ſtructa. in qua nullum quidem ſacræ ædis veſtigium in ſuperficie adparet: ſolum dumtaxat arcis excavatum plureis & eos maximos ſubter prodit lapides. quin & foſſores in diverſi coloris lapillulis teſſellatum inciderunt pavimentum: quod Erycini templi monumentum eſſe, non ambigimus. Lapis quoque marmoreus ætate meâ, Latini his literis inſcriptus, ibi repertus eſt:* DEAE VENERI ERYCINAE DICATVM. *Vrbs ipſa, mutato priori nomine, adhuc exſtat, Mons Drepani vulgò adpellata; ob id, quòd Drepano mons ipſe prominet. in archivo autem regio Mons S. Iuliani hodiè dicitur.* Vulgari hodiè incolarum lingvâ *Trápani del monte* adpellatur. Credit namque imperitum vulgus, hoc eſſe antiquum illud Drepanum. Cæterò apud Polybium quum ambigui eſſent ſenſus verba hæc, μᾶλλον δ᾽ ὀχυρὸν καὶ συνάπλον πρὸς τὰ Δρέπανα, doctiſſimus eius interpres vertit; *quà Drepana contingit magis inacceſſus.* At è contrario ab Drepanis adſcenſus ille eſt, non tam arduus & præceps, quàm longus, per XXX ſtadia. ab reliquis verò partibus mons præruptus atque inacceſſus eſt. De nomine eius ita tradit epitomator Stephani: Ἔρυξ, πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς, ἀπὸ Ἔρυκος, τοῦ Ἀφροδίτης καὶ Βούτου. Id eſt: *Eryx, urbs Siciliæ; maſculino genere ſic dicta ab Eryce, Veneris atque Butæ filio.* Theocritus, Idyllio XV:

Δέσποιν᾽, ἃ Γολγόν τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας,
Αἰπεινάν τ᾽ Ἔρυκα, χρυσῷ παίζοισ᾽ Ἀφροδίτα.

Id eſt:

Domina, quæ Golgum & Idalium diligis,
Sublimemq; Erycem, auro ludens Venus.

Ad hæc ita Scholia: Ἔρυξ, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἔρυκος, τοῦ Βοιωτοῦ καὶ Ἀφροδίτης. Id eſt: *Eryx, urbs Siciliæ; dicta ab Eryce, Bœoti & Veneris filio.* Omnino ſcribe τοῦ Βούτου, id eſt, *Butæ*; ut omnes reliqui auctores. Βούτης enim fuit nomen huius herois. Hyginus, μυθολογικῶν cap. CCLX: *Eryx, Veneris & Butæ filius fuit. qui, occiſus ab Hercule, monti ex ſepulturâ ſuâ nomen impoſuit. in quo Aeneas Veneris templum conſtituit. In hoc autem monte dicitur etiam Anchiſes ſepultus: licèt ſecundùm Catonem ad Italiam venerit.* Diodorus, lib. IIII, in expeditionibus Herculis: Μετὰ δὲ ταῦτα, βουλόμενος ἐγκυκλωθῆναι πᾶσαν Σικελίαν, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ἀπὸ Πελωριάδος ἐπὶ τὸν Ἔρυκα. * . πλησιάσαντος δ᾽ αὐτοῦ τοῖς κατὰ

τὸν

τὸν Ἔρυκα τόποις προεκαλέσατο αὐτὸν Ἔρυξ εἰς πάλην, υἱὸς μὲν ὢν Ἀφροδίτης καὶ Βουτᾶ, τοῦ τότε βασιλεύοντος τῶν τόπων. γινομένης δὲ τῆς φιλοτιμίας μετὰ προστίμου, καὶ τοῦ μὲν Ἔρυκος διδόντος τὴν χώραν, τοῦ δ' Ἡρακλέους τὰς βοῦς, τὸ μὲν πρῶτον ἀγανακτεῖν τὸν Ἔρυκα, διότι πολὺ λείπονται τῆς ἀξίας αἱ βοῦς, συγκρινομένης τῆς χώρας πρὸς αὐτάς· πρὸς ταῦτα δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἀποφαινομένου, διότι ἂν ταύτας ἀποβάλῃ, στερηθήσεται τῆς ἀθανασίας· εὐδοκήσας ὁ Ἔρυξ τῇ συνθήκῃ, καὶ παλαίσας, ἐλείφθη, καὶ τὴν χώραν ἀπέβαλεν. ὁ δὲ Ἡρακλῆς τὴν μὲν χώραν παρέθετο τοῖς ἐγχωρίοις, συγχωρήσας αὐτοῖς λαμβάνειν τοὺς καρποὺς, μέχρις ἄν τις τῶν ἐγγόνων αὐτοῦ παραγενόμενος ἀπαιτήσῃ. Id eſt: *Poſt hæc totam circumire cupiens inſulam Hercules, à Peloriade ad Erycem iter intendit. Poſtquàm verò ſubjectos Eryci agros contigit; Eryx, Venere ac Butâ, loci regulo, natus, ad luctæ certamen eum provocavit. Depoſito utrimque contentionis pignore; ab Eryce quidem agris, ab Hercule verò bobus: primò quidem indignatur Eryx, quòd iniqua boum cum regione comparatio fiat; ſed, quum Hercules, contrà ſe deperditis his immortalitatis jacturam ſimul facturum, adſirmaret; acceptâ tandem condicione in certamen deſcendit. ſed victus, regionis poſſeſſione exuitur. quam Hercules interim, ut depoſitum, incolis ad uſumfructum concedit; donec ex ſe natorum aliquis eam repetat.* Apollonius Ἀργοναυτικῶν lib. IIII; ubi Argonautæ litus Italiæ legunt, Circen & Sirenes ac Scyllam præternavigantes:

Νῆα δ' ὁμοῦ ζέφυρός τε καὶ ἠχῆεν φέρε κῦμα
Πρυμνόθεν ὀρνύμενον. ταὶ δ' ἄκριτον ἵεσαν αὐδήν.
Ἀλλὰ καὶ ὣς Τελέοντος ἐῢς πάϊς, οἶος ἑταίρων
Προφθάμενος ξεστοῖο κατὰ ζυγοῦ, ἔνθορε πόντῳ,
Βούτης, Σειρήνων λιγυρῇ ὀπὶ θυμὸν ἰανθείς.
Νῆχε δὲ πορφυρέοιο δι' οἴδματος, ὄφρ' ἐπιβαίη
Σχέτλιος. ἦτέ οἱ αἶψα καταυτόθι νόστον ἀπηύρων.
Ἀλλά μιν οἰκτείρασα θεὰ Ἔρυκος μεδέουσα
Κύπρις, ἔτ' ἐν δίναις ἀπετρέψατο, καί ῥ' ἐσάωσε
Πρόφρων ἀντομένη Λιλυβηΐδα ναιέμεν ἄκρην.

Hoc eſt:

Navim ſimul Zephyrus ferebat & ſonorus maris fluctus,
A puppi concitatus. illæ verò confuſam edebant vocem.
Tum Teleontis bonus filius, ſolus ex ſociis,
In mare à dolatis tranſtris inſiliebat
Butes; animum dulci Sirenum voce perfuſus:
Perque nigrum pelagus natabat, ut in litus adſcenderet
Miſer. jamque penitus reditu exciderat;
Ni miſerata eum dea, Erycis regina,
Cypris, in vorticibus avertiſſet natantem, ſervaſſetq;
Benevola occurrens, ut Lilybæum inhabitaret promontorium.

Eamdem fabulam refert ita Apollodorus, Genealogiæ deorum lib. I: Οἱ δὲ, παραπλεύσαντες τὰ Λιβύων καὶ Κελτῶν ἔθνη, καὶ διὰ τοῦ Σαρδωνικοῦ πελάγους κομισθέντες, παραμειψάμενοι Τυῤῥηνίαν, ἦλθον εἰς Αἰαίαν, ἔνθα Κίρκῃ ἱκέται γενόμενοι, καθαίρονται. Παραπλεόντων δὲ Σειρῆνας αὐτῶν, Ὀρφεὺς τὴν ἐναντίαν μοῦσαν μελῳδῶν, τοὺς Ἀργοναύτας κατέσχε. μόνος δὲ Βούτης ἐξενήξατο πρὸς αὐτάς. ὃν ἁρπάσασα Ἀφροδίτη, ἐν Λιλυβαίῳ κατῴκισε. Μετὰ δὲ τὰς Σειρῆνας τὴν ναῦν Χάρυβδις ἐξεδέχετο καὶ Σκύλλα. Id eſt: *Hi igitur Africæ Galliæque litora prætervecti, & per Sardoum mare delati, Etruriam legentes ad Aeæam perveniunt: ubi, Circæ ſupplices facti, expiantur. Inde quum Sirenas præternavigarent, Orpheus, contrariam occinens cantionem, Argonautas inhibuit. Verùm ſolus omnium Butes ad eas enatavit. quem Venus abreptum in Lilybæum, ut id incoleret, transportavit. Poſt hæc à Sirenibus navim Charybdis excepit & Scylla.* Sed idem hic Apollodorus poſtmodùm, in libro ſecundo, Erycem hunc non Butæ, ut ſuprà ſcripti auctores, verùm Neptuni facit filium. Ἡρακλῆς δὲ, inquit, διὰ Τυῤῥηνίας ᾔει. ἀπὸ Ῥηγίου δὲ εἷς ἀποῤῥήγνυσι ταῦρος, καὶ ταχέως εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπεσὼν, καὶ διαπλευσάμενος εἰς Σικελίαν, ἦλθεν εἰς πεδίον Ἔρυκος, ὃς ἐβασίλευεν Ἐρυκίνων. Ἔρυξ δὲ ἦν Ποσειδῶνος παῖς· ὃς τὸν ταῦρον ταῖς ἰδίαις συγκατέμιξεν ἀγέλαις. Παραθέμενος οὖν τὰς βόας Ἡρακλῆς Ἡφαίστῳ, ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ζήτησιν ἠπείγετο. εὑρὼν δὲ ἐν ταῖς τοῦ Ἔρυκος ἀγέλαις, ἀπαιτεῖ· καὶ λέγοντος οὐ δώσειν, εἰ μὴ παλαίσας αὐτοῦ ἐπιγένηται, τρὶς περιγενόμενος κατὰ τὴν πάλην, ἀπέκτεινεν. Hoc eſt: *Hercules quum per Tyrrheniam iter haberet, taurorum unus apud Rhegium à cætero armento digreſſus, protinusque in fretum delapſus, in Siciliam tranavit; & in campos ſe contulit Erycis; qui Erycinorum erat rex, ex Neptuno prognatus. Is taurum ſuis armentis*

mentis adgregavit. Hercules autem, commendatis bobus ſuis Vulcano, ad inquirendum taurum pergit. quumque eum inter armenta Erycis inveniſſet, ab eo repopoſcit. Tum ille, niſi ſe palæſtrâ ſuperaret, taurum ſe redditurum negabat. Hercules ter abs ſe victum tandem peremit. Sic & Iſacius Tzetzes, in Lycophronem commentans, eiusdem Neptuni ac Veneris facit filium Erycem. Verba poëtæ hæc ſunt:

Ἥξει δὲ ταύρου γυμνάδας κακοξένους
Πάλης κονίστρας, ὅν τε Κωλῶτις τεκνοῖ.

Id eſt:

Adibit deinde tauri gymnaſticas inhoſpitas
Luctæ palæſtras; quem Colôtis genuit.

Ad iſta ita Iſacius: Παραγενήσεται δὲ ὁ Μενέλαος καὶ περὶ τὴν Σικελίαν, ὅπου αἱ παλαῖστραι τοῦ Ἔρυκος, τοῦ ξενοκτόνου, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Ποσειδῶνος· ἀφ' οὗ καὶ ὁ τόπος Ἔρυξ ἐκλήθη. παλαιστὴν γὰρ αὐτὸν ὄντα καὶ πένταθλον, καὶ οὕτω τοὺς ξένους ἀναιροῦντα, Ἡρακλῆς, διερχόμενος καὶ πενταθλήσας αὐτὸν, ἄρας μετέωρον κατεκρήμνισε, καὶ οὕτως ἀνεῖλεν αὐτόν. ταῦρον δὲ τὸν Ἔρυκά φησι, διὰ τὸ θυμικὸν καὶ γενναῖον. Κωλῶτις, ἡ Ἀφροδίτη. Hoc eſt: *Adveniet etiam in Siciliam Menelaus: ubi palæſtræ ſunt Erycis, hoſpitum interfectoris, Veneris ac Neptuni filii: à quo & locus Eryx adpellatus eſt. nam, quum luctator foret, ſive quinquertio; atque ita hoſpites interficeret; Hercules, inſulam transiens, luctâq; eum vincens, in ſublime ſublatum præcipitem dedit; & ita eum occidit. Taurum adpellat Erycem, ob animoſitatem generoſitatemq;. Colotis eſt Venus.* Apud Virgilium, Aeneid. lib. v, Palinurus, claſſis Aeneiæ gubernator, quum, ab Carthagine Italiam petentes, tempeſtate ab inſtituto curſu abriperentur, ita adfatur Aeneam:

Conſurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contrà nec tendere tantum
Sufficimus. ſuperat quoniam fortuna, ſequamur;
Quóque vocat, vertamus iter. nec litora longè
Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos.

Ad hæc Servius ita: *Fraterna; propter Erycem, Butæ & Veneris filium; ſecundùm alios, Neptuni & Veneris; regem Siciliæ.* Et ad eadem copioſiùs Pompon. Sabinus: *Eryx filius fuit Veneris & Butæ; aut, ut alii volunt, Neptuni. Is cum Hercule pepigit, ſi certamine vinceretur, inſulam perderet; ſi victus Hercules, amitteret boves. Hercules victor Eryci & vitam & regnum eripuit. Mons ab eo Eryx nominatus. in quo templum Veneris Erycinæ.* Hinc etiam, eodem libro infrà, ſic Aceſtes adloquitur Entellum:

—— Vbi nunc nobis deus ille, magiſter
Nequidquàm memoratus Eryx? ubi fama per omnem
Trinacriam, & ſpolia illa tuis pendentia tectis?

Hinc ipſe Entellus paullo pòſt

In medium geminos immani pondere cæſtus
Projecit: quibus acer Eryx in prœlia ſvetus
Ferre manum, duraque intendere brachia tergo.
Obſtupuêre animi. tantorum ingentia ſeptem
Terga boum plumbo inſuto ferroque rigebant.
Ante omneis ſtupet ipſe Dares; longéque recuſat:
Magnanimusque Anchiſiades & pondus & ipſa
Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſat.
Tum ſenior taleis referebat pectore voces:
Quid ſi quis cæſtus ipſius & Herculis arma
Vidiſſet, triſtemque hoc ipſo in litore pugnam?
Hæc germanus Eryx quomdam tuus arma gerebat.
Sangvine cernis adhuc ſparſoque infecta cerebro.
His magnum Alciden contra ſtetit.

Ad hunc locum ita Servius: *Varro dicit, ſub Eryce monte eſſe infœcundum campum, ferè in tribus jugeribus; in quo Eryx & Hercules dimicarunt.* Viſitur hodiéque is campus inter Drepanum opidum & Erycem montem. Cæterùm non circa Erycem montem locorum tantùm fuiſſe regem Erycem, ſed omnis Sicaniæ poſterioris, haud obſcurè patet ex eo, quòd Heraclea etiam, ut ſuprà intellectum, Agrigentini agri urbs in Erycis, quæ olim fuerat, ditione ab Dorieo Lacedæmonio colonia deducta fuit; teſtibus Herodoto atque Diodoro. Sed de Eryce rege, urbeque ab eo in dicto monte

cum fano Veneris conditâ copioſiùs narrat Diodorus, ſub finem dicti lib. IIII. Ἔρυκα φασὶν, inquit, υἱὸν μὲν γενέσθαι Ἀφροδίτης καὶ Βούτα, βασιλέως τινὸς ἐγχωρίου, δόξῃ διαφέροντος. τοῦτον δὲ διὰ τὴν ἀπὸ τῆς μητρὸς εὐγένειαν θαυμασθῆναί τε ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, καὶ βασιλεῦσαι μέρους τῆς νήσου. κτίσαι δὲ καὶ πόλιν ἀξιόλογον, ὁμώνυμον αὐτῷ, κειμένην ἐπί τινος ὑψηλοῦ τόπου. κατὰ δὲ τὴν ἄκραν τὴν ἐν τῇ πόλει τῆς μητρὸς ἱερὸν ἱδρύσασθαι, καὶ κοσμῆσαι τῇ τε κατασκευῇ τοῦ νεὼ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἀναθημάτων. τὴν δὲ θεὸν διὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων εὐσέβειαν, καὶ διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ τεκνωθέντος υἱοῦ τιμὴν ἀγαπῆσαι περιττότερον τὴν πόλιν, διόπερ αὐτὴν Ἀφροδίτην Ἐρυκίνην ὀνομάσαι. Θαυμάσαι δ᾽ ἄν τις εἰκότως, ἀναλογισάμενος τὴν περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο γενομένην δόξαν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τεμένη αὐξήσαντα ταῖς δόξαις, πολλάκις διὰ περιστάσεις τινὰς τεταπείνωται· μόνον δὲ τοῦτο τὴν ἐξ αἰῶνος ἀρχὴν λαβὸν, οὐδέ ποτε διέλιπε τιμώμενον, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἀεὶ διετέλεσε πολλῆς τυγχάνον αὐξήσεως. μετὰ γὰρ τὰς προειρημένας ὑπὸ Ἔρυκος τιμὰς, ὕστερον Αἰνείας, ὁ Ἀφροδίτης, πλέων εἰς Ἰταλίαν, καὶ προσορμισθεὶς τῇ νήσῳ, πολλοῖς ἀναθήμασι τὸ ἱερὸν, ὡς ἂν ἰδίας μητρὸς ὑπάρχον, ἐκόσμησε. μετὰ δὲ τοῦτον ἐπὶ πολλὰς γενεὰς τιμῶντες οἱ Σικανοὶ τὴν θεὸν, θυσίαις δὲ μεγαλοπρεπέσι συνεχῶς καὶ ἀναθήμασιν ἐκόσμουν. μετὰ δὲ ταῦτα Καρχηδόνιοι, μέρους τῆς Σικελίας κυριεύσαντες, οὐ διέλιπον τιμῶντες τὴν θεὸν διαφερόντως. τὸ δὲ τελευταῖον Ῥωμαῖοι πάσης Σικελίας κρατήσαντες, ὑπερβάλοντο πάντας τοὺς πρὸ αὐτῶν ταῖς εἰς ταύτην τιμαῖς. καὶ τοῦτο εἰκότως ἐποίουν· τὸ γὰρ γένος εἰς ταύτην ἀναπέμποντες, καὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπιτυχεῖς ὄντες, τὴν αἰτίαν τῆς αὐξήσεως ἠμείβοντο ταῖς προσηκούσαις χάρισι καὶ τιμαῖς. οἱ μὲν γὰρ καταντῶντες εἰς τὴν νῆσον ὕπατοι καὶ στρατηγοὶ, καὶ πάντες οἱ μετά τινος ἐξουσίας ἐπιδημοῦντες, ἐπειδὰν εἰς τὴν Ἔρυκα παραβάλωσι, μεγαλοπρεπέσι θυσίαις καὶ τιμαῖς κοσμοῦσι τὸ τέμενος, καὶ τὸ σκυθρωπὸν τῆς ἐξουσίας ἀποθέμενοι, μεταβάλλουσιν εἰς παιδιὰς καὶ γυναικῶν ὁμιλίας, μετὰ πολλῆς ἱλαρότητος· μόνως οὕτω νομίζοντες κεχαρισμένην τῇ θεῷ ποιήσειν τὴν ἑαυτῶν παρουσίαν. ἥ τε σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων εἰς τὰς τῆς θεοῦ τιμὰς φιλοτιμηθεῖσα, τὰς μὲν πιστοτάτας τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν πόλεων, οὔσας ἑπτακαίδεκα, χρυσοφορεῖν ἐδογμάτισε τῇ Ἀφροδίτῃ, καὶ στρατιώτας διακοσίους τηρεῖν τὸ ἱερόν. Hoc eſt: *Erycem Veneris & Butæ, regis cuiusdam indigenæ, gloriâ præfulgentis, filium fuiſſe perhibent. Is, ut tradunt, quum ob generis materni nobilitatem magni fieret ab incolis; partem inſulæ regio cum imperio poſſidebat. qui ſui quoque nominis urbem in edito quodam loco ædificavit: in cuius arce templum matri condidit; omnique adparatu & donariorum copiâ exornavit. Dea igitur cùm pietati incolarum tùm filii poſt mortem honori hoc rependit, ut urbem adprimè caram haberet: eamq; Erycinam Venerem adpellaret. Fani huius religioſi maieſtatem ſi quis accuratiùs penſitet; meritâ id admiratione proſequatur. Alia quidpe templa poſt aliqua gloriæ incrementa adverſi ſæpè caſus labefactant & convellunt. at huius fani cultus à primo dedicationis exordio tantum abeſt ut defecerit, ut contrà ſubinde maius acceperit augmentum. nam poſt honores ab Eryce inſtitutos, Aeneas, Veneris filius, quum, Italiam petiturus, ad Siciliam adpelleret; multis templum donis, quòd matri conſecratum eſſet, exornavit. Et poſt eum Sicani per multas ætates impensè deam coluêre, magnificisq; templum ſacris & donariis auctius & illuſtrius reddiderunt. Subſequutis hinc temporibus Carthaginienſes, parte inſulæ in ditionem redactâ, eximio deam cultu proſequi non deſtiterunt. Et Romani tandem, totâ inſulâ potiti, honorum amplitudine omneis ante ſe longè ſuperarunt. idq; haud immeritò. quum enim generis ſui ortum ad ipſam deam reducerent; & propitiam in rebus gerendis fortunam idcircò experirentur: auctorem tanti incrementi conveniente gratiâ & honore remunerarunt. Conſules namq; & prætores, & quicumq; cum imperio in inſulam proficiſcuntur, ubi ad Erycem perveniunt; ſacris & honoribus auguſtis templum decorant; &, ſeveritate magiſtratus ſui paullisper depoſitâ, ad luſus & converſationem cum mulieribus ſe convertunt: nec alio, quàm hoc, pacto gratam ſe deæ facturos præſentiam ſuam exiſtimant. Ac ſenatus Romanorum, ſingulari quadam in honores deæ propenſione, decreto ſuo ſtatuit, ut fideliſſimæ per Siciliam civitates, quæ numero ſunt* XVII, *aurum Veneri conferant; & duæ militum centuriæ pro templi cuſtodiâ ſtationem agant.* Ex hoc igitur Diodori loco ſimulque ex ſuprà ſcriptis Polybii verbis patet, urbis quondam Erycis arcem fuiſſe ipſum montis verticem; in quo Veneris templum. Hinc etiam ſic Strabo lib. VI: Οἰκεῖται δὲ καὶ Ἔρυξ λόφος ὑψηλὸς, ἱερὸν ἔχων Ἀφροδίτης, τιμώμενον διαφερόντως. id eſt; *Habitatur etiam adhuc Eryx, collis ſublimis; fanum habens Veneris, quod inſigni colitur religione.* De cætero Diodorus heic quidem ipſum Erycem templi Veneris Erycinæ facit conditorem. at Mela atque Hyginus, locis præſcriptis, eius auctorem pronunciaverunt Aeneam, Erycis fratrem uterinum. cum quibus Virgilius quoq;, & Dionyſius Halicarnaſſenſis conſentiunt. quorum hic lib. I, ubi de erroribus Aeneæ loquitur; Γενόμενοι δὲ, inquit, κατὰ Σικελίαν, κατάγονται τῆς νήσου περὶ τὰ καλούμενα Δρέπανα· ἔνθα περιτυγχάνουσι τοῖς σὺν Ἐλύμῳ καὶ Αἰγέστῳ, προεξελθοῦσιν ἐκ τῆς Τροίας, οἳ ᾤκησαν περὶ ποταμὸν λεγόμενον Κριμισὸν, ἐν γῇ Σικανῶν, πρὸς φιλίαν λαβόντες παρ᾽ αὐτῶν τὸ χωρίον, διὰ τὴν Αἰγέστου συγγένειαν, γενομένου τε καὶ τραφέντος ἐν Σικελίᾳ. ἐντυχὼν δὲ τούτοις Αἰνείας ἀνδράσι, φιλοφρονεῖ-

φρονεῖται αὐτοὺς, καὶ κατασκευάζεται αὐτοῖς πόλεις Αἴγεσταν καὶ Ἔλυμα [ſcribe, Ἔρυκα] καί τινα καὶ μοῖραν τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς ἐν τοῖς πολίσμασιν ὑπολείπεται. Τεκμήρια δὲ τῆς εἰς Σικελοὺς Αἰνείου τε καὶ Τρώων ἀφίξεως πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, περιφανέστατα δὲ τῆς Αἰνειάδος Ἀφροδίτης ὁ βωμὸς ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ Ἐλύμου [lege ex Polybio, ἐπὶ τῇ κορυφῇ τοῦ Ἔρυκος] ἱδρυμένος, καὶ ἱερὸν Αἰνείου ἱδρυμένον ἐν Αἰγέστῃ· τὸν μὲν αὐτοῦ κατασκευάσαντος Αἰνείου τῇ μητρί· τὸ δὲ ἱερὸν τῶν ὑπολειφθέντων ἀπὸ τοῦ στόλου, τῇ μνήμῃ τοῦ σώσαντος σφᾶς ἀνάθημα ποιησαμένων. Τὸ μὲν δὲ σὺν Ἐλύμῳ καὶ Αἰγέστῳ Τρωϊκὸν ἐν τούτοις κατέμεινε τοῖς χωρίοις, καὶ διετέλεσαν Ἔλυμοι καλούμενοι· πρόσθεν γὰρ κατὰ τὴν ἀξίωσιν Ἔλυμος, ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὤν. Hoc eſt: *Ad Siciliam ubi perventum eſt, ad eam inſulæ partem adpulerunt, ubi ſunt Drepana. Heic fortefortunâ incidunt in Elymi & Aegeſti ſocios: qui, priores è Troiâ profecti, habitabant circa Crimiſum flumen; à Sicanis in partem agrorum admiſſi, propter Aegeſti cognationem & amicitiam; qui in eâ inſulâ natus atque educatus fuerat. In hos igitur viros poſtquàm Aeneas incidit, complexus eos eſt comiter. conditisque in eorum gratiam Aegeſtâ & Eryce, exercitus ſui partem in his opidis reliquit. Cæterùm documenta Aeneæ & Troianorum in Siciliam adventus cùm multa alia ſunt, tùm hæc luculentiſſima: nempe Veneris Aeneiæ ara, in ſummo Erycis vertice fundata; & apud Aegeſtam templum Aeneæ dicatum: illa matri erecta ab ipſo Aeneâ; hoc in beneficii memoriam ſervatori ſuo dicatum ab iis, qui ex claſſe illic relicti fuêre. Hæ igitur fuêre ſedes Troianorum, qui cùm Aegeſto & Elymo profugerunt. adpellatique ſunt in univerſum Elymi; quòd huius propter genus regium maior eſſet dignatio.* Hinc Virgilius, dicto Aeneid. lib. v, de Aeneâ ita loquitur:

Extemplò ſocios primumq; accerſit Aceſten:
Et Iovis imperium, & cari præcepta parentis
Edocet: & quæ nunc animo ſententia conſtet.
Haud mora conſiliis; nec juſſa recuſat Aceſtes.
Transſcribunt urbi matres; populumq; volentem
Deponunt; animos nil magnæ laudis egenteis.
Ipſi tranſtra novant; flammisq; ambeſa reponunt
Robora navigiis: aptant remosque rudenteisq;;
Exigui numero; ſed bello invida virtus.
Intereà Aeneas urbem deſignat aratro;
Sortiturque domos. hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Eſſe jubet. gaudet regno Troianus Aceſtes:
Indicitque forum, & patribus dat jura vocatis.
Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ: tumuloq; ſacerdos
Et lucus latè ſacer additur Anchiſeo.

Vrbem ſcilicet Aegeſtam innuit ab Aeneâ conditam, & in Eryce monte templum Veneris Erycinæ. Thucydides nullum Erycis opidi templique Erycinæ Veneris indicat auctorem. antiquiſſimos tamen loci incolas memorat *Elymos*. Verba eius lib. VI hæc ſunt: Ἰλίου δὲ ἁλισκομένου, τῶν Τρώων τινὲς, διαφυγόντες Ἀχαιοὺς, πλοίοις ἀφικνοῦνται πρὸς τὴν Σικελίαν. καὶ ὅμοροι τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες, ξύμπαντες μὲν Ἔλυμοι ἐκλήθησαν, πόλεις δ' αὐτῶν Ἔρυξ καὶ Ἔγεστα. Id eſt: *Capto Ilio, quidam Troianorum, qui Achæos fugiebant, navibus in Siciliam adpulerunt: & locatis juxta Sicanos ſedibus, in univerſum Elymi adpellati ſunt: urbesq; eorum fuêre Eryx atque Egeſta.* At Lycophron ipſum Aegeſtum Erycis opidi facit conditorem, in dictâ Alexandrâ his verſibus:

Ἄλλοι δ' ἐνοικήσουσι Σικανῶν χθόνα,
Πλαγκτοὶ μολόντες, ἔνθα Λαομέδων τριπλᾶς
Ναύταις ἔδωκε Φοινοδάμαντος κόρας,
Ταῖς κητοδόρποις συμφοραῖς δεδηγμένος,
Τηλοῦ προθεῖναι θηρσὶν ὠμησταῖς βοράν,
Μολόντας εἰς γῆν ἕσπερον Λαιστρυγόνων,
Ὅπου συνοικεῖ δαψιλὴς ἐρημία.
Αἱ δ' αὖ παλαιστοῦ μητρὸς Ζηρυνθίας
Σηκὸν μέγαν δείμαντο δωτίνην θεᾷ,
Μόρον φυγοῦσαι καὶ μονοικήτους ἕδρας.
Ὧν δὴ μίαν Κριμισσὸς, ἰνδαλθεὶς κυνὶ,
Ἔζευξε λέκτροις ποταμός· ἡ δὲ δαίμονι
Τῷ θηρομίκτῳ σκύλακα γενναῖον τεκνοῖ
Τριῶν συνοικιστῆρα καὶ κτίστην τόπων.

Hoc eſt:

Alii Sicanorum inhabitabunt terram,
Errones eò delati: ubi treis Laomedon
Nautis dedit Phœnodamantis filias,
Balænam paſcentibus ſtimulatus cladibus,
Procul exponendas feris crudelibus,
Progreſſas in occidentalem Læſtrygonum terram;
Vbi larga viſitur ſolitudo.
Illæ porrò matri luctatoris Zerynthiæ
Templum exſtruxêre magnum, donum deæ,
Mortem quum effugiſſent, & ſedeis ſolitarias.
Harum unam Crimiſſus, adſimulatus cani,
Lecto junxit fluvius: cui illa
Semifero generoſum parit catulum;
Trium fundatorem conditoremque locorum.

Ad hæc ita Tzetzes: Ὁ Λαομέδων, μηνιῶν τῷ Φοινοδάμαντι, ἔδωκε τὰς θυγατέρας ἐκείνου ναύταις ἐν Σικελίᾳ, θηρίοις βοράν. οὐ γινομένου, κατὰ γνώμην Ἀφροδίτης ἐσώθησαν. ὧν τῇ μιᾷ, κυνὶ ὁμοιωθεὶς, ὁ Κριμισσὸς ποταμὸς ἐμίγη, καὶ ἐγέννησε τὸν Αἰγέστην· ὃς ἔκτισε τρεῖς πόλεις ἐν Σικελίᾳ, τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Αἰγέστην, καὶ Ἔρυκα, καὶ Ἔντελλαν. Id eſt: *Laomedon, Phœnodamanti iratus, filias eius dedit nautis Sicilienſibus, uti feris in pabulum exponerent. Quo facto, Veneris conſilio atque ope ſervantur. Earum uni Crimiſſus amnis, in canis ſpeciem converſus, ſeſe commiſcuit: genuitque ex eâ Aegeſtem: qui treis condidit urbeis; unam, quam ab ſe nominavit Aegeſtam; dein Erycem & Entellam.* Ex hactenus tot auctorum citatis verbis licèt quammanifeſtiſſimis documentis pateat, vitiatas eſſe prædictas apud Dionyſium voces; tamen Fazellus, *Elymam* urbem, ab Elymo conditam atque denominatam, eo ſitu fuiſſe, ubi nunc veſtigia antiqui opidi vulgari vocabulo *Palimita* conſpiciuntur, toto capite V libri VII decadis I probare contendit; eo uno maximè niſus argumento, quod eſt in leviſſimâ vocabuli ſimilitudine. Verùm Elymam urbem nemo alius umquàm memoravit auctor. apud Dionyſium verò legendum eſſe Ἔρυκα, vel ex uno, quem citat, ſatis perſpicere Fazellus poterat Thucydide; qui τὸν Ἔρυκα καὶ τὴν Ἔγεσταν opida fuiſſe Elymorum adfirmat. Ecquid autem credere fas eſt, in tam paucis verbis adeò variare id vocabuli voluiſſe Dionyſium, uti mox ſingulari numero dixerit τὸ Ἔλυμον opidum, quod ante plurali dixerat τὰ Ἔλυμα; Tum verò, quidnam erat illa κεφαλὴ τοῦ Ἐλύμου; id eſt, *caput Elymi?* An non ille ipſe τῆς Αἰνειάδος Ἀφροδίτης βωμὸς, ſive *Aeneiæ Veneris ara*, erat eadem, cuius *delubrum ab Aeneâ conditum* ait loco proximè ſcripto Mela *in Eryce monte*; ſive, ut Polybius inquit, ἐπὶ τῇ κορυφῇ τοῦ Ἔρυκος, id eſt, *in ſummo Erycis vertice.* quibus conſentiens Pompon. Sabinus, ita commentatur in ſuprà ſcriptum locum Virgilii Aeneid. lib. V: *In edito Erycis loco ſaxum eſt, per quod Dædalus ducto muro iter parvum fecit ad templum Veneris: & arietem aureum, qui vivere credebatur, Veneri & Eryci ſacravit. Alii dicunt, Aeneam templum Veneri erexiſſe.* De iiſdem Dædali operibus ita narrat inter alia Diodorus prædicto lib. IIII: Κατὰ δὲ τὸν Ἔρυκα πέτρας οὔσης ἀποτομάδος εἰς ὕψος ἐξαίσιον, καὶ τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης στενοχωρίας ἀναγκαζούσης ἐπὶ τὸ τῆς πέτρας ἀπόκρημνον ποιῆσαι τὴν οἰκοδομίαν, κατεσκεύασεν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κρημνοῦ τεῖχον, περιβιβάσας παραδόξως τὸ ὑπερκείμενον τοῦ κρημνοῦ. χρυσοῦν τε κριὸν τῇ Ἀφροδίτῃ τῇ Ἐρυκίνῃ φασὶν αὐτὸν φιλοτεχνῆσαι περιττῶς εἰργασμένον, καὶ τῷ κατ' ἀλήθειαν κριῷ ἀπαρεγχειρήτως ὡμοιωμένον. Id eſt: *In Eryce quum ſaxum nimis confragoſum præcelſumque eſſet, anguſtiaque circa templum Veneris non niſi in præcipitiis ædificare ſineret; muro circùm præcipitia ducto, ſummam rupis aream mirum in modum ampliavit. Aureum quoque arietem Erycinæ Veneri ingenio & artificio ingenti fabricavit, vero ac genitivo arieti tam adſimilem, ut extra omnem imitationis aleam eſſet.* In vulgatis exemplaribus hactenus fuit κηρίον, & κηρίῳ: quod etiam interpres vertit, *favum*, ac *favo*. Cæterùm ex tot hactenus allatis auctorum complurium teſtimoniis manifeſtò patet, vitiatas eſſe apud Ciceronem in Verrinâ II voces *Erycum montem*, & *Eryco monte*, ex genuinis *Erycem* atque *Eryce*. à quo derivativum atque gentilitium eſt Ἐρυκῖνοι, ERYCINI. Opidum poſtmodùm ab Carthaginienſibus dirutum fuit; teſte Diodoro lib. XXII. Ἀμίλκας δὲ, inquit, ὁ Καρχηδόνιος τὸ Δρέπανον τειχίσας καὶ πόλιν καταστήσας, μετῴκισε τοὺς Ἐρυκίνους, καὶ τὸν Ἔρυκα κατέσκαψε, πλὴν τοῦ περὶ τὸ

ἱερὸν

ἱερὸν τόπου. Id eſt: *Amilcar Carthaginienſis Drepanum communivit; opidumque in eo ſtatuit: translatisq; in id Erycinis, Erycem diruit; præter locum, in quo templum erat conſtructum.* Factum hoc eſſe belli Punici primi anno primo, ſuprà in expoſitione Drepanorum dictum eſt. Mox iterum fuiſſe habitatum Erycem, patet ex Eclogis libri XXIIII; ubi ita ſcriptum: Βάρκας δὲ νυκτὸς καταπλεύσας καὶ τὴν δύναμιν ἀποβιβάσας, αὐτὸς πρῶτος ἡγησάμενος τῆς ἀναβάσεως τῆς πρὸς Ἔρυκα, οὔσης σταδίων λ΄, παρέλαβε τὴν πόλιν, καὶ πάντας ἀνεῖλε· μετῴκισε δὲ τοὺς λοιποὺς εἰς τὰ Δρέπανα. Id eſt: *Barcas, noctu adpulſus, expoſitis copiis, ipſe adſcenſus ad Erycem, qui XXX ſtadiorum eſt, princeps, urbem occupat; omneisq; inibi occidit. ſuperſtites Drepana transmigrare fecit.* Factum hoc quidem eodem Punico bello primo: at quo anno, planè incertum. Poſt hæc tamen iterum fuiſſe incolis quodam modo frequentatum, auctor eſt Strabo lib. VI, his verbis: Οἰκεῖται δὲ καὶ Ἔρυξ, λόφος ὑψηλὸς, ἱερὸν ἔχων Ἀφροδίτης, τιμώμενον διαφερόντως, ἱεροδούλων γυναικῶν πλῆρες τὸ παλαιὸν, ἃς ἀνέθεσαν καθ᾽ εὐχὴν οἵ τ᾽ ἐκ τῆς Σικελίας καὶ ἔξωθεν πολλοί· νυνὶ δ᾽ ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία λειπανδρεῖ, καὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τῶν ἱερῶν σωμάτων ἐκλέλοιπε τὸ πλῆθος. Ἀφίδρυμα δ᾽ ἐστὶ καὶ ἐν Ῥώμῃ τῆς θεοῦ ταύτης πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης ἱερὸν Ἀφροδίτης Ἐρυκίνης λεγόμενον, ἔχον καὶ νεὼν καὶ στοὰν περικειμένην ἀξιόλογον. Hoc eſt: *Habitatur etiam Eryx, collis ſublimis; fanum habens Veneris, quod inſigni colitur religione. Olim id refertum erat mulieribus ſacrorum famulis: quas ex voto dedicabant cùm Siculi tùm exterorum multi. Nunc, ut opidum incolarum laborat penuriâ; ſic ipſum quoque templum & ſacrorum corporum multitudo defecit. Huius deæ ſimulacrum Romæ etiam eſt, ante portam Collinam, Veneris Erycinæ dictum; fanum habens porticu inſigni circumdatum.* Hinc illud Stephani epitomatoris: Ἔρυξ, πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυκῖνος· καὶ Ἐρυκίνη Ἀφροδίτη ἐν Ῥώμῃ καὶ Σικελίᾳ. Id eſt: *Eryx, opidum Siciliæ. gentilitium, Erycinus: & Erycina Venus Romæ & in Siciliâ.* Et Pompon. Sabinus, ad proximè dictum Virgilii locum: *Mons ab eo Eryx nominatus: in quo templum Veneris Erycinæ. cuius ſimulacrum Cl. Marcellus Romam tranſtulit; & extra portam Collinam conſecravit.* Ipſum templum in Eryce monte, vetuſtate conlapſum Tiberius imperator inſtaurare juſſit. Tacitus, Annal. lib. IIII: *Et Segeſtani ædem Veneris montem apud Erycem, vetuſtate delapſam, reſtaurari poſtulavère: nota memorantes de origine eius, & læta Tiberio. ſuscepit curam libens; ut conſanguineus.* Factum hoc ſub Cornelio Coſſo & Aſinio Agrippâ Coss. recenſet Tacitus; id eſt, anno ab urbe Româ conditâ IↃCCLXXVII, à nato Chriſto XXV. At è diverſo Svetonius Claudio id attribuit, in huius vitâ. *Templum quoque,* inquit, *in Siciliâ Veneris Erycinæ, vetuſtate conlapſum, ut ex ærario populi Romani reficeretur, auctor fuit.* Cæterùm, quænam illæ fuerint ἱερόδουλοι γυναῖκες apud Strabonem, oſtendit ipſe lib. VIII his verbis in deſcriptione Corinthi: Τό τε τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν οὕτω πλούσιον ὑπῆρξεν, ὥστε πλείους ἢ χιλίας ἱεροδούλους ἐκέκτητο ἑταίρας, ἃς ἀνετίθεσαν τῇ θεῷ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες. καὶ διὰ ταύτας οὖν πολυωχλεῖτο ἡ πόλις καὶ ἐπλουτίζετο. οἱ γὰρ ναύκληροι ῥᾳδίως ἐξανηλίσκοντο· καὶ διὰ τοῦτο ἡ παροιμία φησὶν, Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ᾽ ὁ πλοῦς. Hoc eſt: *Fanum quoq; Veneris adeò fuit dives, ut* CIↃ *ampliùs habuerit ſacratas deæ meretrices; quas viri pariter ac mulieres deæ dedicabant. Ob has igitur & magna hominum multitudo eâ in urbe & ingentes divitiæ fuerunt. quidpe naucleri facilè ſua prodigebant. unde & adagio locus; Non cuiusvis eſt navigare Corinthum.* Nempe ἱερόδουλοι iſtæ mulieres, Veneri conſecratæ, quem corpore ſuo quæſtum faciebant, is totus deæ ſacer erat. Patet hoc apertè ex Ciceronis oratione, quæ Divinatio in Q. Cæcilium inſcribitur. *Agonis,* inquit, *eſt quædam Lilybætana; liberta Veneris Erycinæ. quæ mulier ante hunc quæſtorem copioſa planè & locuples fuit. Ab hac præfectus Antonii quidam ſymphoniacos ſervos abducebat per injuriam; quibus ſe in claſſe uti velle dicebat. tum illa, (ut mos in Siciliâ eſt omnium Venereorum, & eorum, qui à Venere ſe liberaverunt) ut præfecto illi religionem Veneris nomenq; objiceret, dixit, & ſe & omnia ſua Veneris eſſe. Vbi hoc quæſtori Cæcilio, viro optimo & homini æquiſſimo, nunciatum eſt; vocari ad ſe Agonidem jubet. judicium dat ſtatim; Si pateret; eam, ſe & ſua Veneris eſſe, dixiſſe. Iudicant recuperatores id, quod neceſſe erat. neq; enim erat cuiquam dubium, quin illa dixiſſet. Iſte in poſſeſſionem bonorum mulieris mittit. ipſam Veneri in ſervitutem adjudicat. deinde bona vendit: pecuniam redigit. Ita, dum pauca mancipia Veneris nomine Agonis ac religione retinere vult, fortunas omneis libertatemq; ſuam iſtius injuriâ perdidit.* De cætero memorabile quoddam de huius loci columbis tradunt Athenæus atque Aelianus. quorum hic in Variar. hiſtor. lib. I, cap. XV, Ἐν Ἔρυκι, inquit, τῆς Σικελίας, ἔνθα ἐστὶν ὁ τῆς Ἀφροδίτης νεὼς, σεμνός τε καὶ ἅγιος, ἔνθα κατά τινα καιρὸν θύουσιν οἱ Ἐρυκῖνοι τὰ Ἀναγώγια, καὶ λέγουσι τὴν Ἀφροδίτην εἰς Λιβύην ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀνάγεσθαι, ἀφανεῖς ἐκ τοῦ χώρου αἱ περιστεραὶ γίνονται, ὥσπερ οὖν τῇ θεῷ συναποδημοῦσαι. κατά γε μὴν τὸν λοιπὸν χρόνον πάμπολύ τι πλῆθος τῶνδε τῶν

ὀρνίθων

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ὀρνίθων ἐπιπολάζειν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ ὡμολόγηται. Id eſt: *In Eryce Siciliæ, ubi templum Veneris eſt venerandum & ſanctum, quum certo tempore offerunt Anagogia ſacrificia Erycini, & Venerem è Siciliâ ſolvere in Africam adfirmant; evaneſcunt ex eo loco columbæ; quaſi cum deâ ſimul diſcedant. reliquo verò tempore ingentem earumdem avium copiam circa deæ templum abundare conſtat.* Idem auctor, in Hiſtoriæ animalium lib. IIII, cap. II: Ἐν Ἐρύκῃ [lege, Ἔρυκι] τῆς Σικελίας ἑορτή ἐστιν, ἣν καλοῦσιν Ἀναγώγια Ἐρυκῖνοί τε αὐτοὶ καὶ μήν τοι καὶ ὅσοι ἐν τῇ Σικελίᾳ πάσῃ· ἡ δὲ αἰτία τοῦ τῆς ἑορτῆς ὀνόματος, τὴν Ἀφροδίτην λέγουσιν ἐντεῦθεν εἰς Λιβύαν ἀπαίρειν ἐν ταῖσδε ταῖς ἡμέραις. δοξάζουσι δὲ ἄρα ταῦτα ταύτῃ ἐκεῖθεν τεκμαιρόμενοι· Περιστερῶν πλῆθός ἐστιν ἐνταῦθα πάνυ πάμπλειστον. οὐκοῦν αἱ μὲν οὐχ ὁρῶνται· λέγουσι δὲ Ἐρυκῖνοι, τὴν θεὸν δορυφορούσας ἀπελθεῖν. ἀθύρματα γὰρ Ἀφροδίτης περιστερὰς εἶναι ᾄδουσί τε ἐκεῖνοι, καὶ πεπιστεύκασι τοῦτο πάντες οἱ ἄνθρωποι. Διελθουσῶν δὲ ἡμερῶν ἐννέα, μίαν μὲν διαπρεπῆ τὴν ὥραν, ἔκ γε τοῦ πελάγους τοῦ κομίζοντος ἐκ τῆς Λιβύας ὁρᾶσθαι εἰσπετομένην, οὐχ οἵαν κατὰ τὰς ἀγελαίας πελειάδας τὰς λοιπὰς εἶναι· πορφυρᾶν δὲ, ὥσπερ οὖν τὴν Ἀφροδίτην ὁ Τήϊος ἡμῖν Ἀνακρέων ᾄδει, πορφυρῇ που λέγων, καὶ χρυσῷ δὲ εἰκασμένη φανείη ἄν· καὶ τοῦτό γε κατὰ τὴν Ὁμήρου θεὸν τὴν αὐτὴν, ἣν ἐκεῖνος ἀναμέλπει χρυσῆν. ἕπεται δὲ αὐτῇ τῶν περιστερῶν τὰ νέφη τῶν λοιπῶν. καὶ ἑορτὴ πάλιν Ἐρυκίνοις καὶ τὰ καταγώγια πανήγυρις. ἐκ τοῦ ἔργου καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα. Hoc eſt: *In Eryce Siciliæ feſti dies aguntur, quos Erycini & Siculi omnes* Ἀναγώγια, id eſt, *Profectorios adpellant. Cur autem ſic vocentur, cauſam adferunt, quòd eo tempore Venus in Africam proficiſcatur. Nam, quum longè maximus columbarum in iis locis numerus eſſe ſoleat; nulla autem tum temporis adpareat: conjiciunt, ipſas, abeuntem veneranteis deam, cum illâ peregrè profectas eſſe. quidpe Veneri ſacrum eſſe genus columbarum, omnes exiſtimant. Novem diebus elapſis; unam, formâ inſignem, ex mari Africo ſpectari revolantem: quæ non ſit ſimilis reliquarum gregalium columbarum; ſed rubra: qualem nobis Teïus Anacreon canit eſſe Venerem, quum eam purpuream & auro ſimilem quodam loco canit: imitatione nimirum Homeri; qui eamdem auream celebrat. Hanc cæterarum columbarum greges ſequuntur. & rurſum ex earum reditu Erycini* Καταγώγια, id eſt, *Reverſionis dies celebrant.* In eadem ferè verba Athenæus, lib. IX, ita ſcribit: Τῆς γὰρ Σικελίας ἐν Ἔρυκι καιρός τίς ἐστιν, ὃν καλοῦσιν Ἀναγώγια· ἐν ᾧ φασι τὴν θεὸν εἰς Λιβύην ἀνάγεσθαι. τότ᾽ οὖν αἱ περὶ τὸν τόπον περιστεραὶ ἀφανεῖς γίνονται, ὡς δὴ τῇ θεῷ συναποδημοῦσαι· καὶ μεθ᾽ ἡμέρας ἐννέα ἐν τοῖς λεγομένοις καταγωγίοις μιᾶς προπετασθείσης ἐκ τοῦ πελάγους περιστερᾶς, καὶ εἰς τὸν νεὼν εἰσπτάσης, παραγίνονται καὶ αἱ λοιπαί. Ὅσοι οὖν τότε περὶ οὐσίας εὖ ἥκουσι τῶν περιοίκων, εὐωχοῦνται· οἱ δὲ λοιποὶ κροταλίζουσι μετὰ χαρᾶς. ὄζει δὲ πᾶς ὁ τόπος τότε βούτυρον· ᾧ δὴ τεκμηρίῳ χρῶνται τῆς θείας ἐπανόδου. Id eſt: *Ad Erycem Siciliæ ſtati ſunt dies, quos* Ἀναγώγια, id eſt, *Profectionis dies, vocant: quibus aiunt Venerem in Africam diſcedere. Nullæ tum circa eum tractum adparent columbæ; tamquàm abeuntem peregrè deam comitatæ. Nono pòſt die, quod tempus* Καταγώγια, id eſt, *Reverſionis dies, adpellant, columba ex mari una prævolat, & in templum deæ ſeſe recipit. ſequuntur mox aliæ. Tum, quotquot locum eum circumhabitant divites, convivia agunt: cæteri læti plaudunt. oletque univerſus is tractus butyrum. quod argumento eſt, deam reverti.* Verùm de Eryce opido jam ſatis dictum.

Cæterùm verba Lycophronis ſuprà citata fuêre iſta;

Ἥξει δὲ ταύρου γυμνάδας κακοξένους
Πάλης κονίστρας, ὅν τε Κωλῶτις τεκνοῖ
Ἀλεντία, κρείουσα Λογγούρου μυχῶν,
Ἅρπης Κρόνου πήδημα, Κογχείας θ᾽ ὕδωρ
Κάμψας, Γονοῦσαν τ᾽ ἠδὲ Σικανῶν πλάκας.

Id eſt:

Adibit deinde tauri gymnaſticas inhoſpitas
Luctæ palæſtras; quem Colôtis genuit
Alentia, regina receſſuum Longuri;
Falcis Saturniæ ſaltum & aquam Conchéæ
Ambiens, Gonuſamque & arva Sicanorum.

Sicaniam heic intelligi poſteriorem, atque in eâ Drepanum portum & Erycem montem ſtagnumque marinum Selinuntiorum; ſuprà docuimus. in eâdem eſſe & Conchéæ aquam, pòſt ſuo loco oſtendam. Iſte igitur Μυχὸς Λογγούρου, id eſt, SINVS LONGVRI, cuius heic regina dicitur Erycis mater Venus, nullus alius eſſe poteſt, quàm qui ab ſeptemtrionibus ipſo monte Eryce, ab auſtro verò Aegithallo promontorio, quod vulgò incolis eſt *Capo di S. Todaro*, includitur: in quo ipſum opidum Drepanum ſitum eſt. Interpres quidem poëtæ Latinus vocabulum μυχοὶ vertit

LONGVRI *ſinus.*

ſpecus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ſpecus: & commentator eius Iſacius Tzetzes Longurum pronunciavit eſſe λίμνην Σικελίας, id eſt, *lacum* ſive *ſtagnum Siciliæ.* at neque ſpecus heic neque ſtagnum ad Erycem ullum eſt: nec ego memini vocem μυχὸς me alibi umquàm legiſſe pro ſtagno ſeu lacu: ſed frequentiſſimè pro intimo ſinuum receſſu; & nonnumquàm pro ipſis ſinubus.

In dicto ſinu Virgilius certamen navium ab Aeneâ inſtitutum refert prædicto Aeneid. lib. v his verbis:

Nec nos obniti contrà nec tendere tantum
Sufficimus. ſuperat quoniam fortuna, ſequamur;
Quóque vocat, vertamus iter. nec litora longè
Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos.

. * . * . * .

Hæc ubi dicta, petunt portus; & vela ſecundi
Intendunt zephyri: fertur cita gurgite claſſis:
Et tandem læti notæ advertuntur arenæ.
At, procul excelſo miratus vertice montis
Adventum ſociasque rateis, occurrit Aceſtes.

. * . * .

Poſtera quum primo ſtellas oriente fugârat
Clara dies, ſocios in cœtum litore ab omni
Advocat Aeneas; tumulique ex aggere fatur:

. * . * .

Nunc ultro ad cineres ipſius & oſſa parentis
Adſumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem.
Poſcamus ventos, atque hæc mea ſacra quotannis
Vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troiâ generatus Aceſtes
Dat numero capita in naveis. adhibete penates
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.
Prætereà, ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem,
Prima citæ Teucris ponam certamine claſſis.

. * . * . * . * .

Eſt procul in pelago ſaxum, ſpumantia contra
Litora; quod tumidis ſubmerſum tunditur olim
Fluctibus, hiberni condunt ubi ſidera Cori:
Tranquillo ſilet; immotâque attollitur undâ
Campus, & apricis ſtatio gratiſſima mergis.
Heic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Conſtituit, ſignum nautis, pater: unde reverti
Scirent, & longos ubi circumflectere curſus.

. * . * .

Inde ubi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes,
Haud mora, proſiluêre ſuis. * . * .
Tum plauſu fremituq; virûm ſtudiisq; faventum
Conſonat omne nemus; vocemq; incluſa volutant
Litora, pulſati colles clamore reſultant.

. * . * . * .

Iamque propinquabant ſcopulo, metamque tenebant,
Quum princeps medioque Gyas in gurgite victor
Rectorem navis compellat voce Menœten;
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum:
Litus ama; & læva ſtringat ſine palmula cauteis:
Altum alii teneant. Dixit: ſed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.

: * . * . * :

At gravis ut fundo vix tandem redditus imo eſt
Iam ſenior, madidâque fluens in veſte Menœtes,
Summa petit ſcopuli, ſiccâque in rupe reſedit.
* * * * * *
Tum ſatus Anchiſâ, cunctis ex more vocatis,
Victorem magnâ præconis voce Cloanthum
Declarat; viridiq; advelat tempora lauro.
* * * * *
Hoc pius Aeneas miſſo certamine, tendit
Gramineum in campum, quem collibus undiq; curvis
Cingebant ſilvæ: mediâque in valle theatri
Circus erat; quo ſe multis cum millibus heros
Conſeſſu medium tulit, exſtructoq; reſedit.
Heic, qui fortè velint rapido contendere curſu,
Invitat pretiis animos, & præmia ponit.

Ex his clarè diſertéque patet, locum iſtorum certaminum fuiſſe ad ipſas Erycis montis radices. hinc quidpe ad Lilybæum verſus nulli alii ſternuntur in litore colles. Eſt hodiè ſub Eryce turris in litore, divi Iuliani cognominata, à Drepanis mille paullo amplius paſſibus diſſita; & exiguo poſt eam haud procul ab litore parvula inſula, ſive ſcopulus, humilis atque depreſſus, cui vulgare vocabulum *Iſola d' Aſinello*; id eſt, *Inſula aſelli*. quæ ex ſitu & formâ adparet eſſe eadem, quam ita deſcribit in modò citatis Virgilius;

Eſt procul in pelago ſaxum, ſpumantia contra
Litora; quod tumidis ſubmerſum tunditur olim
Fluctibus, hiberni condunt ubi ſidera Cori:
Tranquillo ſilet; immotâque attollitur undâ
Campus, & apricis ſtatio gratiſſima mergis.

Ad quæ verba etiam ita commentatur Servius: *Eſt procul: non nimis longè. Campus: ſaxi latitudo.* Et item Pomponius Sabinus: *Procul: nunc procul è propinquo ſignificat. & dicitur procul, quaſi præ oculis. Campus: latitudo ſaxi.*

AEGITHALLUS promontorium & caſtellum; quod poſteà ACELLUS.

Porrò apud Ptolemæum litus hoc circa Lilybæum atque Drepana ita conſignatum legitur: Λιλύβαιον πόλις καὶ ἄκρα, Αἰγίθαρσος ἄκρα, Ἐμπόριον Σεγεστανῶν, Δρέπανον. Id eſt: *Lilybæum opidum & promontorium, Aegitharſus promontorium, Emporium Segeſtanorum, Drepanum.* Perperam heic Emporium Segeſtanorum præponi Drepano, pòſt liquidò patebit. *Aegitharſus* autem *promontorium* inter Lilybæum & Drepana nullum aliud eſſe poteſt, quàm quod unicum hoc tractu conſpicitur, vulgari adpellatione *Capo di ſanto Todaro*, & aliàs *Burruni* dictum. Atque hunc ſitum quum rectè jam olim Aegitharſo promontorio adſignaverit Cl. Marius Aretius in Chorographiâ ſuâ Siciliæ; miror, quid poſteà Thomæ Fazello venerit in mentem, cur Aegitharſum voluerit eſſe id promontorium, quod, ultra & Erycem montem & Coſanum promontorium, vulgò nunc dicitur *Capo di ſanto Vito*; Ptolemæumque erraſſe dixerit, inter Lilybæum id & Drepanum ponentem: utique quum nullum huic opinioni ſuæ Fazellus adducere potuerit documentum. quamquàm ſuſpicatus videtur, Ptolemæum geminato errore cùm Segeſtanorum emporium, tùm proximum huic promontorium alienis intuliſſe locis. Cæterò prædicta ἄκρα, ſive extremitas divi Theodori non montis eminentioris vertice, ſed planâ depreſſâque lingvâ in mare procurrit. Vocabulum eius antiquum, quod apud Ptolemæum legitur Αἰγίθαρσος, corruptum eſſe ab genuino Αἰγίθαλλος, ex Diodori atque Zonaræ hiſtoriis diſco. ſic enim Eclogæ legationum referunt ex Diodori lib. XXIIII: Ὁ δ' Ἰούνιος εἰς τὸ στρατόπεδον ἦλθε τὸ Λιλυβαῖον. νυκτὸς δὲ οὗτος ἐπιπεσὼν, τὸν Ἔρυκα παρέλαβε· καὶ τὸν Αἰγίθαλλον ἐτείχισεν, ὅνπερ νῦν Ἄκελλον καλοῦσι, καὶ στρατιώτας ὀκτακοσίους εἰς φυλακὴν κατέλιπε. Καρθάλων δὲ πυθόμενος, τοὺς περὶ τὸν Ἔρυκα τόπους προκατειλῆφθαι, νυκτὸς ἐν ταῖς ναυσὶ παρεκόμισε δύναμιν. ἐπιπεσὼν δὲ τοῖς φρουροῖς τοῦ Αἰγιθάλλου, ἐκυρίευσε τοῦ χωρίου. καὶ περιγενόμενος, οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ἐφυγάδευσεν εἰς τὸν Ἔρυκα. ἡ τὸ μὲν φρούριον ιγ' στρατιῶται ἐφύλαξαν. Id eſt: *Iunius in caſtra ad Lilybæum abiit. Is noctu Erycem adortus occupavit: & Aegithallum communivit; quem nunc Acellum vocant; IↃCCC militibus præſidio relictis. At Carthalo, ubi loca circa Erycem jam teneri ab hoſte reſcivit; noctu manum militum navibus illuc deportat: præſidiumque*

Aegithalli

Aegithalli adortus, loco potitur. factuſque ſuperior, alios interimit, alios ad Erycem fugat. caſtellum dehinc tria armatorum millia cuſtodiebant. En, ut diſertè & ipſe Diodorus Aegithallum circa Erycem montem ponit: quum è diverſo promontorium illud divi Viti longè ab Eryce propiúſque Emporium Segeſtanorum ipſamque ſitum eſſet Segeſtam, quæ tum in Romanorum erat poteſtate: ideóque huc potius evaſuri erant Romani milites, quam ad Erycem. Eamdem hiſtoriam & Zonaras refert, Annalium tomo II, his verbis: Ἐν τούτῳ τὸν Ἔρυκα παρεστήσατο ὁ Ἰούνιος, καὶ ὁ Καρθάλων κατέσχεν Αἰγίθαλον. Id eſt: *Intereà Iunius Erycem ſubegit: & Carthalo Aegithalum occupavit.* Vnico λ id vocabulum ſcripſerit ipſe Zonaras, an librarius poſtmodò alterum omiſerit, equidem ignoro: cæterùm geminum debere eſſe λλ, ex gemino argumento perſpicio. primùm, quòd apud Ptolemæum loco duorum λλ ſuppoſitum ab incurioſo librario fuerint aliæ duæ literæ ϱσ. tum, quia idem locus, qui anteà dicebatur ὁ Αἰγίθαλλος ἄκρα καὶ φρούριον, id eſt, AEGITHALLVS, *promontorium & caſtellum*, poſteà mutato nomine dictus fuerit ὁ Ἄκελλος, ACELLVS. quod nomen utrum jam Diodori ævo habuerit locus, an verò ὁ Ἐκλογεὺς τῶν πρεσβειῶν ſive *Excerptor legationum* poſteà ſui ſæculi vocabulo antiquum illud explicare voluerit, incertum eſt. Leander in Siciliæ deſcriptione fluvium, qui ab dextro dicti promontorii latere in mare effluit, vulgóque aliàs incolis dicitur *Birgi*, neſcio quo auctore adfirmat, adpellari *Acilino.* quod vocabulum haud dubiè illi manſit à proximo promontorio atque caſtello Acello, quaſi *Acellinus.* Cæterùm in eiusdem lib. XXIIII Eclogis continuò ſequitur fragmentum tale: Εἰς δὲ τὸν λόγγωνα Κατάνης φρούριον ὑπῆρχε καλούμενον Ἰτάλιον. ὅπερ πολεμήσας Βάρκας ὁ Καρχηδόνιος [........ Interierunt reliqua ......] *. Βάρκας δὲ νυκτὸς καταπλεύσας, καὶ τὴν δύναμιν ἀποβιβάσας, αὐτὸς πρῶτος ἡγησάμενος τῆς ἀναβάσεως τῆς πρὸς Ἔρυκα, παρέλαβε τὴν πόλιν, καὶ πάντας ἀνεῖλε· μετῴκισε δὲ τοὺς λοιποὺς εἰς τὰ Δρέπανα. Id eſt, ut nuperrimus interpres vertit: *In Catanæ regione caſtellum erat nomine Italium; quod Barcas oppugnatum ....* Mox poſteà: *Barcas autem noctu adpulſus, expoſitis copiis, ipſe adſcenſus ad Erycem princeps, urbem occupat; omneisque occîdit: ſuperſtites Drepana transmigrare fecit.* In notis autem idem interpres ad voces iſtas εἰς δὲ τὸν λόγγωνα ita commentatur: *Non caret mendis hic locus; nec quomodò corrigendus & ſupplendus, adparet. Interim lego*, ἐν δὲ τῇ χώρᾳ Κατάνης. Vt ſæpè aliàs, ſic hoc loco etiam parum hiſtoriæ geographiæque antiquæ gnarum ſe prodidit dictus interpres. conſiderandum quidpe erat, nihil tum ampliùs tentaſſe in orientali inſulæ latere Carthaginienſeis contra Romanos. circa Erycem autem & Lilybæum bellum tunc fuiſſe illud decennale, quod ſuprà ad Lilybæi deſcriptionem indicavimus. Ego igitur corruptum iſtum locum ita reſtituendum cenſeo: Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῇ Δρεπάνῃ φρούριον ὑπῆρχε καλούμενον Αἰγίθαλλον. id eſt: *In Drepanitano agro caſtellum erat nomine Aegithallum.* Sic ſcilicet in iiſdem Eclogis, ut ſuprà adduximus, jam anteà conſimili modo regionem ſive agrum adpellavit τὴν Δρεπανὴν, urbem verò ipſam τὰ Δρέπανα. Verba illic leguntur iſta: Τὴν ἀγορὰν τῶν Ῥωμαίων τοῦ σίτου ἔφερον εἰς Δρέπανα· καὶ τῆς λοιπῆς ἀγορᾶς τὴν χρείαν ἐκ τῆς Δρεπανῆς λαβόντες, εἰς τὸ Λιλύβαιον ἦλθον. Id eſt: *Commeatum Carthaginienſes Romanis interceptum Drepana abſtulerunt: & de reliquo commeatu, quæ uſui ſibi forent, ex Drepanitano agro acceptis, Lilybæum abiverunt.* Vbi prædictus interpres, quum diſcrimen inter τὰ Δρέπανα & τὴν Δρεπανὴν ignoraret, poſterius hoc in verſione omnino præteriit.

MOTYA *opidum cum portu.*

Porrò inter Aegithallum & Lilybæum antiqua fuit Phœnicum Μοτύη πόλις, id eſt, MOTYA *urbs*; Thucydidi, Diodoro, Pauſaniæ, Polyæno, ac Stephano memorata. Stephani epitomator: Μοτύη, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Μοτύης γυναικὸς, μηνυσάσης Ἡρακλεῖ τοὺς ἐλάσαντας τοὺς αὐτοῦ βοῦς· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Φίλιστος δὲ φρούριον αὐτὴν φησὶ Σικελίας παραθαλάττιον. τὸ ἐθνικὸν Μοτυσαῖος. [lege, Μοτυαῖος.] Id eſt: *Motya, urbs Siciliæ; à Motyâ muliere ſic dicta, quæ Herculi indicavit eos, qui boves eius abegerant; ut auctor eſt Hecatæus in Europâ. At Philiſtus caſtellum ipſam tradit eſſe Siciliæ, ad mare ſitum. Gentilitium inde Motyæus.* Græcâ ſcilicet formatione. ori verò Romano fuerit MOTYENSIS. De eâdem urbe Thucydides, lib. VI, ubi de priſcis agit Siciliæ inſulis, ita ſcribit: Ὤικουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν, ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν, τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς. ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεσέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πλείω, Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον, ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων ξυνοικίσαντες, ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ἀπέχει. Id eſt: *Phœnices præterea circa omnem habitabant Siciliam, occupatis extimis ad mare partibus, parviſque inſulis ei objacentibus; negotiandi cum Siculis cauſâ. At poſtquàm permulti Græcorum illuc navibus trajecerunt; relictis pleriſque, Motyam & Solûntem ac Panormum, finitima Elymis opida, ſedibus ibi poſitis unà incoluerunt; freti cùm Elymorum ſocietate, tùm quia exiguo inde ad Carthaginem trajectu Sicilia diſtat.* A Motyâ equidem breviſſimus erat trajectus, CLXXX circiter millium paſſuum; ut ſuprà dictum. longiùs erant remotæ apud Tuſcum mare Panormus & Solûs; quæ hodiè *Palérmo* & *Sólanto* vocantur. Apud Pauſaniam in Eliacis hæc leguntur: Ἔστι δὲ καὶ τὴν ἄκραν ἐν Σικελίᾳ, τὴν τετραμμένην ἐπὶ Λιβύης καὶ Νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον, Μοτύη πόλις· οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐν αὐτῇ καὶ Φοίνικες. τούτοις τοῖς ἐν Μοτύῃ βαρβάροις Ἀκραγαντῖνοι καταστάσαντες ἐπολέμουν, καὶ λείαν τε καὶ λάφυρα ἀπ' αὐτῶν λαβόντες ἀνέθεσαν τοὺς παῖδας ἐς Ὀλυμπίαν τοὺς χαλκοῦς. Hoc eſt: *Ad Pachynum, Siciliæ promontorium, quod in Africam & notum vergit, urbs eſt Motya, quam Afri ac Phœnices habitant. cum his Motyenſibus barbaris Agrigentini, orto inter eos diſſidio, bellum geſſêre. prædâque captâ, apud Olympiam æneas puerorum ſtatuas de manubiis poſuêre.* Error hic ſanè ingens eſt Pauſaniæ, Πάχυνον pro Λιλυβαῖον ſcribentis. nulla quidpe Agrigentinis eſſe poterat per Gelenſium Camarinenſiumque, potentiſſimarum civitatum, agros ad Pachynum promontorium expeditio: &, ſi fortè claſſe eam factam ſuſpiceris; Pachynus in Syracuſanorum fuit ditione atque agro: Phœnices verò, teſte Thucydide, poſtquàm Græci in Siciliam commigrare cœperunt, relictâ omni aliâ inſulæ orâ, apud Elymorum tantùm fineis ſe tenuerunt. Erravit quam vehementiſſimè Fazellus, Decad. I, lib. I, cap. I, Motyam hanc Pauſaniæ Pachyno promontorio adſerens, inani atque irrito divi Hieronymi, qui ne ſomniavit quidem de eâ, teſtimonio adducto. Sed & ſitus, quem ipſe Pauſanias illi apud Motyam promontorio tribuit, uni Lilybæo convenit. ſic enim Mela lib. II, cap. VII: *Lilybæum vocatur, quod in Africam ſpectat.* & Plinius lib. III, cap. VIII: *Lilybæum in Africam vergit.* Solinus cap. XI: *Lilybæum in Africam extenditur.* Martianus Capella lib. VI: Lilybæum Africæ fineis videt. Et Strabo lib. VI: Τρίτη δὲ ἡ ἄκρα ἐστὶν ἡ προσεχὴς τῇ Λιβύῃ, βλέπουσα πρὸς αὐτὴν ἅμα καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν, Λιλύβαιον. Hoc eſt: *Tertium promontorium eſt, quod, Africæ obverſum hibernoque occaſui, Lilybæum dicitur.* Et poſteà: Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τοὐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην περὶ Καρχηδόνα. Id eſt: *Breviſſimus à Lilybæo in Africam trajectus eſt ad Carthaginem.* Polybius lib. I: Τὸ δὲ τρίτον ἀκρωτήριον τέτραπται μὲν εἰς αὐτὴν τὴν Λιβύην, ἐπίκειται δὲ τοῖς προειρημένοις τῆς Καρχηδόνος ἀκρωτηρίοις εὐκαίρως, νεύει δ' εἰς χειμερινὰς δύσεις, προσαγορεύεται δὲ Λιλύβαιον. Hoc eſt: *Tertium promontorium in ipſam verſum eſt Africam, commodè ſitum ad trajectum versùs prædicta Carthaginis promontoria, vergitque ad hibernum occaſum, nomine Lilybæum.* At è diverſo Pachynum priſcos mortaleis in Græciam atque Peloponneſum direxiſſe, ſuprà prioris voluminis cap. III oſtenſum eſt. Certum igitur ex his fit, falsò atque imperitè à Pauſaniâ ſcriptum eſſe Πάχυνον, pro Λιλύβαιον. Phœnices eius ætate, ut qui ſub Adriano Romanorum imperatore vixit, jam dudum nullam incolebant Motyam; ut mox infrà patebit. proinde iſtud etiam negligentiùs paullo vocabulum οἰκοῦσι, ex antiquorum temporum aliquibus monumentis tranſcripſit. Verùm enimverò haud ſemel imperitum ſe rerum Sicularum prodit Pauſanias. Exemplum eius rei inter alia haud leve fuerit in Hierone, Syracuſanorum rege: quem ille à Dinomene interfectum adfirmat; quum morbo hunc exſtinctum fuiſſe, Hieronymum verò à Dinomenis conſpiratione occiſum in Leontinis, è Livii ſimul & Polybii conſtet hiſtoriâ. Cæterùm apud Diodorum lib. XIII hæc perſcripta ſunt: Εἰς δὲ τὴν Σικελίαν καταπλεύσας Ἑρμοκράτης ὁ Συρακόσιος, ἐπιχείρησε μὲν εἰς Συρακούσας κατελθεῖν, συναγωνιζομένων αὐτῷ τῶν φίλων· ἀποτυχὼν δὲ ἐπιβολῆς, ὥρμησε διὰ τῆς μεσογείου, καὶ καταλαβόμενος τὸν Σελινοῦντα, καὶ τῆς πόλεως μέρος ἐτείχισε, καὶ πανταχόθεν κατεκάλει τοὺς διασωζομένους τῶν Σελινουντίων. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ὑποδεχόμενος εἰς τὸν τόπον, συνήγαγε δύναμιν ἐπιλέκτων ἀνδρῶν ἑξακισχιλίων. ἐντεῦθεν δὲ ὁρμώμενος, πρῶτον μὲν τὴν τῶν Μοτυηνῶν ἐπόρθησε χώραν, καὶ τοὺς ἐπεξελθόντας ἐκ τῆς πόλεως μάχῃ τε κρατήσας, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, τοὺς δ' ἄλλους συνεδίωξεν ἐντὸς τοῦ τείχους. μετὰ δὲ ταῦτα τήν τε τῶν Πανορμιτῶν χώραν λεηλατήσας, ἀναριθμήτου λείας ἐκυρίευσεν. Hoc eſt: *Hermocrates, in Siciliam adpulſus, Syracuſas redire, amicis adjuvantibus, tentabat. verùm, ubi hoc conatu fruſtratur; per mediterranea properans, Selinûntem occupat: &, parte urbis communitâ, Selinuntios, excidio ſuperſtites, undique convocat. alis quoque compluribus in eum locum receptis, ſex millia lectiſſimorum virorum contrahit. Inde primùm Motyenſium agros populatur: & egreſſos urbe*

prælio vincens, non paucos ex iis occidit: reliquorum fugientium turbam inſectatus, intra muros compellit. Poſt hæc Panormitanorum etiam fineis excurſionibus infeſtans, ingenti prædâ potitur. Et eodem libro poſteà: ὁ δ' Ἰμίλκας ἦν ἀκηκοὼς τινος, ὅτι Συρακούσιοι πλῆθος σίτου παρακομίζοιεν εἰς Ἀκράγαντα κατὰ θάλατταν. διόπερ ταύτην μόνην ἔχων ἐλπίδα σωτηρίας, τοὺς μὲν στρατιώτας ἔπεισεν ὀλίγας ἐπισχεῖν ἡμέρας, ἐνέχυρα δοὺς τὰ παρὰ τῶν ἐκ Καρχηδόνος στρατευομένων ποτήρια· καὶ αὐτὸς μὲν ἐκ Πανόρμου καὶ Μοτύης μεταπεμψάμενος τεσσαράκοντα τριήρεις, ἐπέθετο τοῖς τὴν ἀγορὰν παρακομίζουσιν. Id eſt: *Himilcar per indicium cuiusdam edoctus, Syracuſanos magnam frumenti vim Agrigentum navibus deportare; quòd unica hæc ſpes ſupereſſet, militibus perſvaſit, ut pauculos adhuc dies ſeſe continerent, poculis Carthaginienſium militum ad maiorem fidem pignori traditis: ipſe verò ex Panormo ac Motyâ triremibus* XL *accerſitis, inſidias commeatum advehentibus ſtruit.* Heic quia utrobique Panormi cum Motyâ conjuncta fit mentio, omnes noſtri ſæculi Siciliæ chorographi Motyam eo ſitu fuiſſe ſtatuerunt, quo nunc *Portus Galli*, VIIII millia paſſum à Panormo conſpicitur. qua de re ita Fazellus in primæ decadis lib. VII, cap. VI: *Poſt Hyccaram deletum opidum ad* II *paſſuum millia parvula illa Feminarum inſula hodiè, à litore* 10 *paſſus recedens, ſuccedit. quam Motya urbs vetuſta, Thucydidi lib.* VI *& Diodoro lib.* XIIII, *ad paſſus circiter mille ſequitur; in ſinu, quem Portum Galli hodiè nominant, ſita: ubi & turris eſt ſpecula, à Sferracavallo vernaculè dicta, ob lapides acutos, quibus à naturâ ſemitæ ſunt ſtratæ. cuius urbis pauca admodùm ibi veſtigia, & obruta, ſolo operta, ſed maxima, adparent, lapidumque quadratorum, eorumque ingentium, mira monumenta.* Et poſt citata Thucydidis Diodorique verba: *Ex Diodori verbis hæ mi rationes colliguntur; quòd, quum totâ hac orâ, Panormo vicinâ, ſinus, præter Soloentum & hunc, quem Galli portum vocant, nullus ſit, & nullibi deletæ priſcæ urbis veſtigia, Panormo propinqua, & ad mare ſita, præter hæc, quæ licèt obruta, admiranda tamen ſunt, adpareant; jure optimo hanc urbem fuiſſe Motyam judicandum ſit.* Atqui Diodorus, lib. XIII, ut mox videbimus, non ad ſinum in continenti, ſed inſulâ quadam Motyam fuiſſe ſitam, teſtatur. quapropter paullo probabiliùs Ioſephus Bonfilius, Sicular. rer. lib. I, in ipsâ Feminarum inſulâ eam collocat. Pergit ibidem Fazellus ita: *Motyas in Siciliâ treis fuiſſe, Græci tradiderunt. quarum eam, quæ ad Pachynum eſt, ſuo loco ſatis deſcripſimus: altera in Agrigentinis agris ſita, eorum erat præſidium: tertia eſt hæc, quam Phœnices incoluiſſe, lib.* VI *Thucydides refert. Caput Galli Motyæ ſuccedit: ac deinde turris ſpecula in ſcopulis ſtructa, à Mondello nomen habens.* Vnam tantùm fuiſſe in omni Siciliâ Motyam, jam ante nos oſtendit in ſuo de primis Siciliæ Italiæque incolis opere doctiſſimus Marianus Valguarnera; quamvis & ipſe perperam prope Panormum eam ſtatuens. De eâdem ſic tradit Marius Aretius, in Chorographiâ Siciliæ: *Quum Diodorus lib.* XIII *Motyam nec à mari nec à Panormo multum ſejunxerit, ſinumque dixerit habere maritimum, & Thucydides Elymis finitimam ſtatuerit; Motyam eſſe arbitramur tumulum, qui non procul eſt à Panormo, occaſum versùs, quem Mundellum dicunt. ſunt etenim haud procul ruinæ in prædio, (feudum recentiores vocant,) cui Capacis nomen.* Sed Diodori loca, in quibus Motyam non in continenti Siciliæ prope Panormum, ſed in inſulâ inter Lilybæum Erycemque diſertiſſimis verbis collocat, inſpicienda erunt. Libro igitur XIII, ὁ δὲ Ἀννίβας, inquit, ἐκβιβάσας τὴν δύναμιν, κατεστρατοπέδευσεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ φρέατος, ὃ κατ' ἐκείνους μὲν τοὺς καιροὺς ὠνομάζετο Λιλύβαιον, μετὰ δὲ ταῦτα πολλοῖς ἔτεσι πρὸς αὐτῷ κτισθείσης πόλεως, αἴτιον ἐγενήθη τῇ πόλει τῆς ἐπωνυμίας. * . τὰς μὲν οὖν ναῦς ἐν τῷ περὶ Μοτύην κόλπῳ πάσας ἐνεώλκησε, βουλόμενος ἔννοιαν διδόναι τοῖς Συρακουσίοις, ὡς οὐ πάρεστιν ἐκείνοις πολεμήσων, οὐδὲ ναυτικῇ δυνάμει παραπλεύσων ἐπὶ Συρακούσας. παραλαβὼν δὲ τοὺς παρ' Αἰγεσταίων στρατιώτας καὶ τοὺς παρὰ τῶν ἄλλων συμμάχων, ἀνέζευξεν ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου, τὴν πορείαν ποιούμενος ἐπὶ Σελινοῦντος. Id eſt: *Annibal, expoſitis in terram copiis, caſtra metatur; à puteo exorſus, cui tempeſtate illâ Lilybæo nomen erat: ſed multis pòſt annis opido juxtà condito nominis cauſam præbuit. Naveis in ſinu, qui eſt ad Motyam, ſubduxit: ſignificare volens hoc pacto Syracuſanis, ſe non, ut ipſis bellum moveret, aut nautico Syracuſas exercitu invaderet, Siciliam ingreſſum eſſe. Aegeſtanorum igitur aliorumque ſociorum militibus adſumtis, caſtra à Lilybæo movens, versùs Selinûntem iter facit.* En, quid malùm ille, poſitis ad Lilybæum caſtris, naveis prope Panormum in terram ſubduxiſſet, loco LXX ampliùs ab Lilybæo paſſuum millia diſſito? Prope Lilybæum fuiſſe Motyam, vel ex hoc Diodori loco certum eſt. Idem auctor poſteà, lib. XIIII: Διονύσιος δὲ ἀναλαβὼν τοὺς Συρακουσίους καὶ τοὺς μισθοφόρους, ἔτι δὲ τοὺς συμμάχους, ἀνέζευξεν ἐκ Συρακουσῶν, ἐπ' Ἔρυκος τὴν πορείαν ποιούμενος· οὐ μακρὰν γὰρ τοῦ λόφου τούτου Μοτύη πόλις ἦν, ἄποικος Καρχηδονίων, ᾗ μάλιστα ἐχρῶντο

κατὰ

κατὰ τῆς Σικελίας ὁρμητήριον. ταύτης γὰρ κρατήσας, ἤλπιζεν οὐκ ὀλίγα προτερήσειν τῶν πολεμίων. κατὰ δὲ τὴν ὁδοιπορίαν ἀεὶ παρελάμβανε τοὺς ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, πανδημεὶ καθοπλίζων. * . καὶ πρώτους μὲν Καμαριναίους παρέλαβεν, εἶτα Γελώους καὶ Ἀκραγαντίνους· μεθ' οὓς Ἱμεραίους μετεπέμψατο, κατοικοῦντας ἐπὶ θάτερα μέρη τῆς Σικελίας. Σελινουντίους τε παρόδῳ προσαγόμενος, παρεγενήθη πρὸς τὴν Μοτύην μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως. * . τηλικαύτης δὲ τῆς παρασκευῆς οὔσης, Ἐρυκῖνοι μὲν, καταπλαγέντες τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως, καὶ μισοῦντες Καρχηδονίους, προσεχώρησαν τῷ Διονυσίῳ· οἱ δὲ τὴν Μοτύην κατοικοῦντες, προσδεχόμενοι τὴν ἐκ Καρχηδονίων δύναμιν, πρὸς τὴν πολιορκίαν παρεσκευάζοντο. Αὕτη δ' ἡ πόλις ἦν ἐπί τινος νήσου κειμένη, τῆς Σικελίας ἀπέχουσα σταδίους ἕξ· τῷ δὲ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν οἰκιῶν εἰς ὑπερβολὴν πεφιλοτεχνημένη, διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν κατοικούντων. εἶχε δὲ καὶ ὁδὸν στενὴν, χειροποίητον, φέρουσαν ἐπὶ τὸν τῆς Σικελίας αἰγιαλόν· ἣν οἱ Μοτυηνοὶ τότε κατέσκαψαν, ὡς μὴ παρόδους ἔχοιεν κατ' αὐτῶν οἱ πολέμιοι. Διονύσιος δὲ μετὰ τῶν ἀρχιτεκτόνων κατασκεψάμενος τοὺς τόπους, ἤρξατο χώματα κατασκευάζειν ἐπὶ τὴν Μοτύην· καὶ τὰς μὲν μακρὰς ναῦς παρὰ τὸν εἴσπλουν τοῦ λιμένος ἐνεώλκησε, τὰ δὲ φορτηγὰ τῶν πλοίων ὥρμισε παρὰ τὸν αἰγιαλόν. * . * . * . Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Ἱμίλκων, ὁ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος, ἀκούσας ὅτι Διονύσιος ἐνεώλκησε τὰς ναῦς, εὐθὺς ἐπλήρου τὰς ἀρίστας τῶν τριήρων ἑκατόν. ὑπελάμβανε γὰρ, ἀπροσδοκήτως ἐπιφανεὶς, ῥᾳδίως κρατήσειν τῶν νενεωλκημένων ἐν τῷ λιμένι σκαφῶν, κυριεύων τῆς θαλάττης. Ἐκπλεύσας οὖν μετὰ νεῶν ἑκατὸν, κατήχθη ἐπὶ τὴν τῶν Σελινουντίων χώραν νυκτός. καὶ περιπλεύσας περὶ τὴν Λιλύβαιον ἄκραν, ἅμ' ἡμέρα παρῆν ἐπὶ τὴν Μοτύην. ἀνελπίστως δ' ἐπιφανεὶς τοῖς πολεμίοις, τῶν παρορμούντων πλοίων τὰ μὲν συνέτριψε, τὰ δ' ἔκαυσεν, οὐ δυναμένων βοηθεῖν τῶν περὶ Διονύσιον. Μετὰ δὲ ταῦτ' εἰσπλεύσας εἰς τὸν λιμένα, διέταξε τὰς ναῦς, ὡς ἐπιθησόμενος ταῖς νενεωλκημέναις ὑπὸ τῶν πολεμίων. Διονύσιος δὲ συναγαγὼν τὴν δύναμιν ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ λιμένος, καὶ θεωρῶν τὰς πολεμίους τὸν ἐκ τοῦ λιμένος ἔκπλουν παραφυλάττοντας, εὐλαβεῖτο καθέλκειν εἰς τὸν λιμένα τὰ σκάφη. οὐ γὰρ ἠγνόει, διότι, στενοῦ τοῦ στόματος ὄντος, ἀναγκαῖον ἦν ὀλίγαις ναυσὶ πρὸς πολλαπλασίους διακινδυνεύειν. διόπερ τῷ πλήθει τῶν στρατιωτῶν ῥᾳδίως διελκύσας τὰ σκάφη διὰ τῆς γῆς, εἰς τὴν ἐκτὸς τοῦ λιμένος θάλατταν διέσωσε τὰς ναῦς. * . * . Διονύσιος δὲ τῇ πολυχειρίᾳ τῶν ἐργαζομένων συντελέσας τὸ χῶμα, προσήγαγε παντοίας μηχανὰς τοῖς τείχεσι· καὶ τοῖς μὲν κριοῖς ἔτυπτε τοὺς πύργους, τοῖς δὲ καταπέλταις ἀνέστελλε τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων μαχομένους· προσήγαγε δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν τροχῶν πύργους τοῖς τείχεσιν, ἐξορόφους ὄντας, οὓς κατεσκεύασε πρὸς τὸ τῶν οἰκιῶν ὕψος. * . * . Capitur hinc urbs à Dionyſio. * . * . Ἱμίλκων δὲ καταπλεύσας εἰς Πάνορμον, καὶ τὴν δύναμιν ἐκβιβάσας, ἦγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· καὶ τὰς μὲν τριήρεις παραπλεῖν ἐκέλευσεν, αὐτὸς δ' ἐν παρόδῳ διὰ προδοσίας ἑλὼν Ἔρυκα, πρὸς τὴν Μοτύην κατεστρατοπέδευσε. ὄντος δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τοῦ Διονυσίου περὶ τὴν Αἴγεσταν μετὰ τῆς δυνάμεως, Ἱμίλκων τὴν Μοτύην ἐξεπολιόρκησε. Hoc eſt: *Dionyſius cum Syracuſanorum delectu conductitiorumque manu & auxiliis ſociorum Syracuſis egreſſus, ad Erycem versùs iter intendit. haud procul enim ab hoc monte ſita erat urbs Motya, colonia Carthaginienſium: quæ præcipuam tunc belli arcem ad invadendam Siciliam præbebat. Hac quidpe occupatâ, haud exiguis ſe commoditatibus hoſteis antecesſurum ſperabat. Per totum itaque iter Græcarum ſibi urbium auxilia paſſim adjungit; multitudinem ad arma concitans.* Mox: *Primos igitur adſumit Camarinenſeis: dein Gelenſeis, atque Agrigentinos. etiam Himerenſeis, ad alteram Siciliæ partem incolenteis, accerſit. inque transitu Selinuntiis ad belli ſocietatem adductis, omneis tandem copias Motyæ admovet.* Paullo pòſt: *Tam ingentem adparatum dum vident Erycini; copiarum numero territati, ſimulque odio Carthaginienſium impulſi, in Dionyſii parteis concedunt. At Motyæ incolæ, quòd Carthaginienſium ſubſidia exſpectarent, ad tolerandam obſidionem ſeſe paravêre. Sita erat hæc urbs in quadam inſulâ, ſex ſtadia,* [id eſt, ıↄccı paſſus] *ab orâ Siciliæ diſtans; multitudine domiciliorum pariterque elegantiâ ac pulcritudine præclarè inſtructa: quòd opidani opibus abundarent. Viam autem habebat anguſtam, manu factam, quæ ad litus Siciliæ ferebat. eam tunc Motyenſes diruerunt; ne hoſti per eam acceſſus præberetur. At Dionyſius, cum architectis ſitum urbis contemplatus, aggeres ad illam ducere cœpit. longisque navibus in ipſo portus aditu ſubductis, onerarias in litore ancoris firmat.* Aliquanto pòſt: *Sub id verò tempus Himilco, Carthaginienſium imperator, exploratâ navium Dionyſianarum ſubductione, extemplò triremium ſuarum ad centum longè præſtantiſſimas complevit: futurum arbitratus, ut improviſo incurſu navibus in portu ſubductis facilè potiretur; quum mare in ſuâ pateſtate haberet. Cum centum itaque navibus egreſſus, oræ Selinuntiorum noctu adpulit: &, circumnavigato Lilybæo promontorio, ſub ortum diei ad Motyam acceſſit. & hoſtibus tale nihil exſpectantibus ſuperveniens, navium alias confregit, alias incendit, quum nullum à Dionyſio tum auxilium ferri poſſet. Hinc portum ingreſſus, naveis ſic inſtruxit, ac ſi navigia ſubducta invaſurus eſſet. Dionyſius igitur copias ſuas ad fauceis portus confertim ire jubet. at videns exitum illum ab*

hoſtibus jam inſeſſum; navigia in portum deducere non audet: quum non obſcurum eſſet propter oſtii illius anguſtiam paucis triremibus cum multo pluribus dimicandum eſſe. Et quia numero militum abundabat, facilè navigia, per terram protracta, in mare, quod extra portum erat, conſervavit. Mox: *Dionyſius verò, quum operantium multitudine aggerem perfeciſſet; omnis generis machinas ad muros tandem adegit; arietibus turreis verberans, & de propugnaculis reſiſtenteis opidanos catapultis arcens. Turreis etiam, rotis incumbenteis, quæ à ſenis promoverentur, ad muros adduxit: quarum altitudo domus exæquabat.* Capitur hinc urbs à Dionyſio. Poſt hæc, *Himilco ad Panormum trajecit. expoſitisq; copiis, in hoſtem contendit. & juſſis prænavigare triremibus, ipſe in tranſitu Erycem proditione cepit: & mox ad Motyam caſtra movit. &, quia per id tempus circa Aegeſtam cum exercitu Dionyſius hærebat; Himilco vi Motyam expugnavit.* Ex his ſatis jam apertè liquet, *Motyam* illam inſularem urbem inter Lilybæum Erycemque fuiſſe ſitam. diſertè enim Diodorus ait Himilconem, à Panormo ad Motyam contendentem, in tranſitu occupaſſe Erycem. Suprà autem tradit, eumdem Himilconem, quum noctu ad Selinuntiorum oram adpuliſſet, circumnavigato inde Lilybæo promontorio, ſub ortum diei ad Motyam acceſſiſſe. quod minimè in Galli portum quadrat; ut qui LXXX millia paſſuum ab dictâ Selinuntiorum orâ abeſt. Huc accedit, quòd Erycini, ingenti Dionyſianarum copiarum, Motyam obſidentium, numero territati, Dionyſio ſeſe dediderint. qui terror nullus eſſe potuiſſet, ſi Motya ad portum Galli in Feminarum inſulâ fuiſſet ſita; utique intercedentibus Aegeſtanorum latiſſimis finibus, ſub Carthaginienſium ditione agentium. Sed & anteà lib. XIII Annibalem ait, quum ad Lilybæum promontorium caſtra poſuiſſet, naveis apud Motyam ſubduxiſſe. quod planè abſurdè facturus erat, ſi Motya in dictâ Feminarum inſulâ fuiſſet. Huc denique adde, quòd Hecatæus, ut Stephani refert epitomator, Motyam ab feminâ dictam tradidit, quæ Herculi boum fures indicaverat: quum Eryx, ut ſuprà dictum, Herculis boves ſubduxerit. Eſt autem hodiéque inſula, ſolo humili atque depreſſo, VI circiter ſtadia ab continente Siciliæ, II ab Aegithallo promontorio paſſuum millia, VII ab Lilybæo diſſita, vulgari nunc vocabulo *Iſola di Santo Pantaleone* dicta: in quam unam quum omnes ſuprà ſcriptæ hiſtoriæ congruant, nullum jam dubium eſſe poteſt, quin hæc illa ſit, quæ olim Motyam Carthaginienſium urbem ſuſtinuit. Inter hanc verò & prædictum Aegithallum promontorium fuit ſuprà Diodoro memoratus MOTYENSIUM *portus*; mole haud dubiè ab inſulâ versùs promontorium *PORTVS Motyenſium.* productâ incluſus. de quo ita etiam ſcribit Polyænus, Strategemat. lib. V: Διονύσιος, Ἰμίλκωνος ἐπιπλεύσαντος, καὶ τὸ στόμα τοῦ λιμένος τοῦ Μοτυσαίων [lego, τῶν Μοτυαίων] ἀποφράξαντος, αὐτός τε ἀπὸ τῆς Μοτύης τὸ πεζὸν ἀναστήσας ἐστρατοπέδευσε καταντικρὺ, καὶ παρεκάλεσε τοὺς ναύτας καὶ στρατιώτας θαῤῥεῖν, καὶ παρασκευάζεσθαι τὴν διαγωγὴν τῶν τριήρων. ὑπὸ τῆς περιεχούσης ἄκρας τὸν λιμένα τόπος ἦν ὁμαλὸς καὶ πηλώδης, εὖρος κʹ στάδια. τοῦτον οἱ στρατιῶται ξύλοις φαραγγώσαντες, ὑπερήνεγκαν πʹ τριήρεις ἡμέρᾳ μιᾷ. Ἰμίλκων, φοβηθεὶς, μὴ Διονύσιος ἀπολαβὼν ὑπὲρ τὴν ἄκραν ἐπιπλεύσας, τοὺς Καρχηδονίους ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος κατακλείσας ἔνδον ἐξέλοι, βορείου πνεύσαντος οὐρίου ἀπόπλουν ἐποιήσατο. Διονύσιος δὲ καὶ τὸν λιμένα καὶ τὴν Μοτύλην καὶ τὸ ναυτικὸν ἀνεσώσατο. Id eſt: *Dionyſius, Himilcone adnavigante, atq; oſtium portus Motyenſium præſepiente, ipſe, copiis à Motyâ deductis, caſtra è regione conſtituebat; nautasq; & milites, ut bono eſſent animo, hortabatur, traductionemq; navium pararent. Sub promontorio, quod portum includebat, locus erat planus & luto cœnoq; obductus, latitudine XX ſtadiorum,* [id eſt, millium II, paſſuum 10.] *hunc milites obſepiebant lignis, triremeisq; LXXX transportabant uno die. Himilco, veritus, ne Dionyſius, adſumtâ claſſe, ſupra promontorium eveheretur, Carthaginienſeisq; intra oſtium portus concluſos conficeret; ſpirante Aquilone, ſecundo vento inde deceſſit. Dionyſius verò & portum & Motyam & claſſem obtinuit.* In quibusdam manu ſcriptis exemplaribus pro τὴν Μοτύλην legitur τὴν Ὁμοτύλην. & apud Stephani epitomatorem ita eſt: Μοτύη, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Μοτύης γυναικὸς, μηνυσάσης Ἡρακλεῖ τοὺς ἐλάσαντας τοὺς αὐτοῦ βοῦς· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Φίλιστος δὲ φρούριον αὐτὴν φησὶ Σικελίας παραθαλάττιον. τὸ ἐθνικὸν Μοτυσαῖος. Hoc eſt: *Motya, urbs Siciliæ, à Motyâ muliere dicta, quæ Herculi indicavit eos, qui boves eius abegerant; ut auctor eſt Hecatæus in Europâ. At Philiſtus caſtellum eam tradit eſſe Siciliæ, juxta mare ſitum. Gentilitium inde eſt Motyſæus.* Sequunturque continuò iſta: Μοτύλαι, Σικελίας φρούριον, περὶ τὴν Μοτύλην· Φίλιστος Σικελικῶν πέμπτῳ. τὸ ἐθνικὸν Μοτυλαῖος. Id eſt: *Motylæ, Siciliæ caſtellum circa Motylam; auctore Philiſto, Sicular. rer. lib.* V. *Gentilitium inde Motylæus.* Sanè, ut ſæpenumerò aliàs, ſic heic

Y etiam

etiam unam eamdemque urbem ineptum iſtum Stephani epitomatorem in duo diverſa ſecretaque loca diſtraxiſſe, vehementer ego vereor. Etenim ſi usquàm heic circa Motyam fuiſſet aliquod caſtellum *Motyla*; certè in præſcriptâ Dionyſii expeditione id memoraſſet Diodorus. Quin illud Philiſti Σικελίας φρέριον παραθαλάσσιον Μοτύλην, idem fuiſſe cenſeo, quod Sicular. rer. lib. v. memoravit. Sed ipſum fortè heic erraſſe Philiſtum in Μοτύλαι vocabulo ſi ſuſpicer, quid mirum fuerit, quando Μοτύλην dixit eſſe locum παραθαλάσσιον, id eſt, *juxta mare ſitum*: quem θαλάσσιον ſive νησιωτικὸν, id eſt, *inſularem* fuiſſe, ex diſertiſſimâ Diodori hiſtoriâ conſtat. Vitioſa eſſe apud Stephani epitomatorem vocabula Μοτυσαῖος & Μοτύλλην, pueris etiam liquet. Et apud Polyænum etiam non Μοτύλλην ex illo Ὁμοτύλλην conjiciendum eſſe, ſed legendum Μοτύλην, ex eâdem Diodori hiſtoriâ clarè patet.

Cæterò ortum Motyæ quod attinet; ſuprà è XIIII Diodori libro intelleximus, ἄποικον, id eſt, *coloniam* fuiſſe Carthaginienſium. cum quo conſentiens Thucydides, dicto lib. VI, Ἐπειδὴ δὲ, inquit, οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεσέπλεον, ἐκλιπόντες [οἱ Φοίνικες] τὰ πλείω, Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον, ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων, ξυνοικίσαντες ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. Id eſt: *Poſtquàm verò permulti Græcorum in Siciliam navibus trajecerunt, Phœnices, plerisque relictis, Motyam, Soloentem, atque Panormum, prope Elymos, ſedibus ibi poſitis, unà incoluerunt; freti, cùm Elymorum ſocietate, tùm quòd exiguo inde in Carthaginem trajectu Sicilia diſtat.* Hinc etiam illud Pauſaniæ in Eliacis: Ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἄκραν ἐν Σικελίᾳ, τὴν τετραμμένην ἐπὶ Λιβύης καὶ Νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον, Μοτύη πόλις· οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐπ' αὐτῇ καὶ Φοίνικες. * Οἱ δὲ Φοίνικες καὶ Λίβυες στόλῳ ἀφίκοντο κοινῷ, καὶ ἄποικοι Καρχηδονίων εἰσίν. Hoc eſt: *Ad Pachynum, Siciliæ promontorium, quod in Africam & auſtrum vergit, urbs eſt Motya; quam Afri ac Phœnices habitant.* Et mox: *Phœnices atque Afri communi claſſe in inſulam venerunt: Carthaginienſiumque ſunt colonia.* Hinc item illud Marciani Heracleenſis, poſt enumeratas Græcorum in Siciliâ colonias:

Τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τῶν πολισμάτων,
Καρχηδονίων ἐντειχισάντων τοὺς τόπους.

Hoc eſt:

Reliqua opida ſunt barbarica;
Loca à Carthaginienſibus communita.

Per Afros intellexiſſe Pauſaniam Carthaginienſeis, per Phœnicas verò eos, qui ante Carthaginienſium in Siciliam transitum, è Phœniciâ à Tyro profecti, oram inſulæ maritimam occupaverant, ſuperioris voluminis cap. II oſtenſum. Vtrique autem, ut ibidem docui, non κοινῷ στόλῳ ἐς νῆσον ἀφίκοντο, quod tradit Pauſanias; id eſt, non *communi claſſe in inſulam* uno eodemque tempore *pervenerunt*: ſed κοινῷ στόλῳ συνῴκισαν, id eſt, *communibus copiis communique expeditione condiderunt* ſive *incolis frequentarunt* prædictas treis urbeis. Sed apud eumdem Pauſaniam in Phocicis ita ſcriptum eſt: Οἱ δὲ Λιπαραῖοι Κνιδίων μὲν ἦσαν ἄποικοι. τῆς δὲ ἀποικίας ἡγεμόνα γενέσθαι φασὶν ἄνδρα Κνίδιον· ὄνομα δ' εἶναί οἱ Πένταθλον Ἀντίοχος Ξενοφάνους Συρακούσιος ἐν τῇ Σικελιώτιδι συγγραφῇ φησι. λέγει δὲ καὶ ὡς ἐπὶ Παχύνῳ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σικελίᾳ κτίσαντες πόλιν, αὐτοὶ μὲν ἐκπίπτουσιν ὑπὸ Ἐλύμων καὶ Φοινίκων πολέμῳ πιεσθέντες· τὰς νήσους δὲ ἔσχον ἐρήμους ἔτι οἱ ἀναστήσαντες τοὺς ἐνοικοῦντας· ἃς καὶ κατὰ τὰ ἔπη τὰ Ὁμήρεια Αἰόλου καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ὀνομάζουσιν. Id eſt: *Liparenſes Cnidiorum colonia fuerunt. cuius ducem virum Cnidium Pentathlum nomine fuiſſe, Antiochus Syracuſanus, Xenophanis filius, in Sicilienſi hiſtoriâ ſcriptum reliquit. Ait is etiam, Cnidios ex eâ urbe, quam ad Pachynum Siciliæ promontorium condiderant, ab Elymis ac Phœnicibus bello pulſos, inſulas vacuas tenuiſſe, ejectis prioribus cultoribus; quæ ex Homericis carminibus ad hanc usque noſtram ætatem Aeoli cognominantur.* Motyam haud dubiè intellexit Antiochus, apud Lilybæum promontorium: quod perperam heic etiam, ut in Eliacis, vocavit Pauſanias Pachynum. atque eâdem de causâ Pauſanias in dictis Eliacis dixiſſe videtur, οἰκοῦσιν ἐπὶ αὐτῇ Λίβυες καὶ Φοίνικες, id eſt, *inhabitant eam Afri atque Phœnices*: non verò ᾤκισαν αὐτὴν, id eſt, *condiderunt eam*. neque alia heic umquàm urbs memoratur antiquis auctoribus. quidpe Lilybæum opidum poſtmodò à Carthaginienſibus conditum fuit; Motyâ à Dionyſio expugnatâ; ut mox oſtendam: & Eryx circa Troiani belli tempora, Drepana verò multis ſæculis pòſt condita fuêre; ut ſuprà docuimus. Cæterò Diodorus hiſtoriam iſtam de Pentathlo & Cnidiis aliter refert. Verba eius, lib. v, de eisdem Liparenſibus inſulis hæc ſunt: Μετὰ δὲ ταῦτα

πολλοὺς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον, πάλιν τῶν νήσων ἐξερημουμένων ἀεὶ καὶ μᾶλλον, Κνίδιοί τινες καὶ Ῥόδιοι δυσαρεστήσαντες τῇ βαρύτητι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν βασιλέων, ἔγνωσαν ἀποικίαν ἐκπέμπειν. διόπερ προστησάμενοι σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνα Πένταθλον τὸν Κνίδιον, κατὰ τὴν πεντηκοστὴν, πλεύσαντες τῆς Σικελίας εἰς τοὺς κατὰ Λιλυβαῖον τόπους, κατέλαβον Αἰγεσταίους καὶ Σελινουντίους διαπολεμοῦντας πρὸς ἀλλήλους. πεισθέντες δὲ τοῖς Σελινουντίοις συμμαχεῖν, πολλοὺς ἀπέβαλον κατὰ τὴν μάχην, ἐν οἷς ἦν αὐτὸς ὁ Πένταθλος. διόπερ οἱ περιλειφθέντες, ἐπειδὴ κατεπολεμήθησαν οἱ Σελινούντιοι, διέγνωσαν ἀπιέναι πάλιν ἐπ' οἴκου. ἑλόμενοι δὲ ἡγεμόνας τοὺς οἰκείους τοῦ Πεντάθλου, Γόργον καὶ Θέστορα καὶ Ἐπιθερσίδην, ἀπέπλεον διὰ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους. προσπλευσάντων δ' αὐτῶν τῇ Λιπάρᾳ, καὶ φιλοφρόνως ἀποδοχῆς τυχόντων, ἐπείσθησαν κοινῇ μετὰ τῶν ἐγχωρίων κατοικῆσαι τὴν Λιπάραν, ὄντων ἀπ' Αἰόλου περιλελειμμένων ὡς πεντακοσίων. Hoc eſt: *Multos poſt annos quum iterum magis magisq; à cultoribus inſulæ deſtituerentur, accidit, ut Cnidiorum Rhodiorumq; nonnulli, aſperitatem regum Aſiaticorum pertæſi, coloniæ deducendæ conſilium inirent. Creato igitur ad hoc duce Pentathlo Cnidio, in Siciliam transvecti, ad Lilybæi regionem adpulerunt, Olympiade L. Bellum tum fortè Aegeſtani ac Selinuntii inter ſe gerebant. In ſocietatem igitur Selinuntiorum pellecti, multos in prælio, & inter hos Pentathlum ipſum, amiſerunt. Victis itaque bello Selinuntiis, ſuperſtites domum reverti cogitabant. ducibusque è propinquis Pentathli, Gorgo ac Theſtore & Epitherſide, delectis, per Tyrrhenum mare curſum inſtituebant. Ad Liparam ergo delati, quum perbenignè exciperentur, facilè, ut habitandi cum incolis, quorum vix* IↃ *ab Aeolo ſuperſtites erant, ſocietatem inirent, perſvaſi fuerunt.* Verùm in hunc modum licèt Diodorus ab antiquiſſimo ſcriptore Antiocho circa Cnidiorum coloniam diſcrepet; ex utriusque tamen narratione colligere datur, Olympiade L, id eſt, circa annum ante natum Ieſum IↃLXXX, Cnidios, Græcam ex Cariâ gentem, in Siciliâ apud Lilybæum promontorium condidiſſe urbem Motyam. quam mox, pulſis conditoribus, κοινῷ στόλῳ, id eſt, *communi ope atque expeditione* occuparunt & συνῴκισαν, id eſt, *unà incoluerunt* Phœnices cum Carthaginienſibus. qua de re plura nobis dicta ſunt prioris voluminis dicto cap. II. Cæterò jam nullam exſtitiſſe Diodori ætate Motyam, ex præteriti temporis verbis, ἦν & εἶχε, quibus in præſcriptâ narratione lib. XIIII utitur, liquidò adparet. Quando & quo caſu tandem omnis eſſe deſierit, nullibi adnotatum reperio. Propinqui tamen opidi Lilybæi originem atque incrementum illius interitum fuiſſe, haud obſcurè oſtendit idem Diodorus lib. XXII. ſic quidpe Eclogæ legationum ex eo libro habent: ὁ δὲ Πύρρος πάσης τῆς Καρχηδόνος ἐπεκράτησε δυνάμεως, καὶ κύριος ἐγένετο, πλὴν τοῦ Λιλυβαίου. αὕτη γὰρ ἡ πόλις ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθη, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Καρχηδονίων Μοτύης ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου. τοὺς γὰρ ἐκ ταύτης ὑπολειφθέντας ἀθροίσαντες, κατῴκισαν εἰς τὸ Λιλυβαῖον. Hoc eſt: *Pyrrhus omnem Carthaginienſium ditionem ſuæ poteſtatis & juris fecit, præter Lilybæum. hæc quidpe urbs à Carthaginienſibus fuit condita, poſtquàm Dionyſius tyrannus Motyam Carthaginienſium expugnaverat. congregatos namque, quos ex illâ reliquos fecerat excidium, Lilybæi locaverunt.* Sed hactenus de Motya antiquiſſimâ urbe ſatis.

CAP. II.

Aegeſta ſive Egeſta urbs; quæ poſteà Segeſta. Segeſtanorum emporium. Aquæ Segeſtanæ; quæ & Pincianæ. Amnes, Scamander, Simois, Thermeſſus, Porpax, Crimiſus, Bathis, ſive Iatis. opida, Parthenicum, Cetaria, Hyccara. Aquæ Perticianenſes.

VLtra Drepana & Erycem fuit antiqua in primis celebrisque ac potens urbs, Ἔγεστα & Αἴγεστα dicta; id eſt, EGESTA atque AEGESTA: eadem nonnullis ACESTA, & Latinis tantùm auctoribus SEGESTA vocitata. Αἴγεστα dicta fuit plerisque ſcriptoribus Græcis: ex quorum numero ſunt Lycophron, Dionyſius Halicarnaſſenſis, Diodorus, Strabo. ſed antiquior formatio fuiſſe videtur Ἔγεστα· quod Thucydides, Plinius atque Stephanus nummusque antiquus referunt. ex quo poſteriori tempore Romanis formatum *Segeſta*. Opidani inde ſunt Thucydidi, Stephano, ac nummo Ἐγεσταῖοι, *Egeſtæi*; id eſt, ſi Romano ore formes, EGESTANI: unde Diodoro etiam lib. IIII ſunt Ἐγεσταῖα λουτρὰ, id eſt, *Egeſtæa* ſive *Egeſtana balnea*. Reliquis Græcis auctoribus, Herodoto, Phalaridi, Diodoro, Aeliano, Polyæno, & aliis, ſunt Αἰγεσταῖοι, *Aegeſtæi*; id eſt, Latino ori AEGESTANI. Straboni tamen lib. VI eſt Αἰγεστέων ἐμπορεῖον, id eſt, ſi Latinè formes, AEGESTENSIVM

AEGESTA, *ſive* EGESTA *urbs; quæ poſteà* SEGESTA.

emporium. Apud unum equidem Ciceronem in Verrinâ III ſunt SEGESTENES. at eidem in eâdem actione anteà ac poſteà, item action. II, IIII, & V, conſtanter dicuntur SEGESTANI: ut & Plinio lib. III, cap. VIII, & Tacito Annalium lib. IIII, ac Solino cap. XI. unde etiam Ptolemæo, qui in Romanorum provinciis Latinis ut plurimum utitur formationibus, Σεγεστανῶν eſt ἐμπόριον, id eſt, *Segeſtanorum emporium.* Plinio, eodem loco, Græcâ formatione dicuntur *Aceſtæi:* qui Pomp. Sabino, ad Aeneid. lib. I Latinè ACESTANI; ab opidi ſcilicet nomine, quod *Aceſta* formatur Virgilio Aeneid. lib. V. & Silio lib. XIIII. Verùm variatio hæc vocabuli tam multiplex ex ipſius conditoris nomine multifariam variato originem habuit. nam *Aceſtes* dicitur Virgilio Aeneid. lib. I & V, ac Silio, dicto lib. XIIII; Αἰγέστης, *Aegeſtes*, Iſacio Tzetzæ ad Lycophronem; & Αἴγεστος, *Aegeſtus*, Dionyſio lib. I; Ἔγεστος, *Egeſtus*, ſive Ἐγέστης, *Egeſtes*, Stephano. Ab huius vocabulo dicta urbs *Egeſta* quomodò tandem vocata ſit Latinis *Segeſta*, oſtendit Pompeius Feſtus. *Segeſta*, inquit, *quæ nunc adpellatur, opidum in Siciliâ eſt. quod videtur* [fortè, *creditur*] *Aeneas condidiſſe, præpoſito ibi Egeſto; qui eam Egeſtam nominavit. ſed præpoſita eſt ei S Litera, ne obſceno nomine adpellaretur: ut factum eſt in Malevento; quod Beneventum dictum eſt: & in Epidamno; quod uſurparunt Dyrrachium.* Stephani epitomator: Ἔγεστα, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἐγέστου τοῦ Τρωὸς. id eſt: *Egeſta; urbs Siciliæ, ab Egeſto Troiano dicta.* De ipſa Egeſto ſive Aceſte Virgilius, Aeneid. lib. V: ubi, quum Palinurus gubernator Aeneæ ſvaderet, quia per tempeſtatem Italiam ab Africæ litore petere non liceret, uti Siciliam & Drepanum portum repeteret; reſpondet

Tum pius Aeneas; Equidem ſic poſcere ventos
Iam dudum, & fruſtra, cerno, te tendere contrà.
Flecte viam velis. an ſit mihi gratior ulla,
Quóque magis feſſas optem dimittere naveis,
Quàm quæ Dardanium tellus mihi ſervat Aceſten,
Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?
Hæc ubi dicta, petunt portus; & vela ſecundi
Intendunt zephyri. fertur cita gurgite claſſis:
Et tandem læti notæ advertuntur arenæ.
At, procul excelſo miratus vertice montis
Adventum ſociasque rateis, occurrit Aceſtes;
Troïa Crimiſo conceptum flumine mater
Quem genuit.

At de urbibus ab Aceſte in Siciliâ conditis ita Aeneid. lib. I Didonem adloquitur Ilioneus, unus ex Aeneæ ſociis:

——— *Sunt & Siculis regionibus urbes,*
Armaque, Troianoque à ſangvine clarus Aceſtes.

Ad hæc poſteriora ita commentatur Servius: *De Aceſte fabula talis eſt: Quum Laomedon promiſſam murorum mercedem Neptuno & Apollini denegaſſet; Neptunus iratus, Troiæ immiſit cetos, qui eam vaſtarent. unde Apollo conſultus, quum & ipſe iraſceretur, magis adverſa reſpondit; dicens, objiciendas puellas nobileis belluæ. quod quum ſæpe fieret, timens quidam nobilis Hippotes filiæ ſuæ Egeſtæ, quum Laomedontis regis filia Heſiona jam eſſet, ortâ ſeditione, monſtro expoſita; impoſitam eam navi, miſit quò fors tuliſſet. Hæc ad Siciliam delata, à Crimiſo fluvio, quem Criniſum Virgilius poëticâ licentiâ vocat, converſo in urſum, vel, ut alii, in canem, compreſſa, edidit Egeſtum, quem Virgilius Aceſten vocat: qui ex matris nomine civitatem Troianis condidit, quæ antè Egeſta, poſt Segeſta dicta eſt.* Ad illa verò libri V ſic ſcribit: *Vt ſuprà diximus, Hippotes filiam ſuam Egeſtam, ne ad cetos religaretur, ſuperpoſuit naviculæ, & miſit, quò fors tuliſſet. Qua delatâ ad Siciliam, Crimniſus* [alia exemplaria, *Criniſus*] *fluvius concubuit cum eâ, converſus in canem. unde Aceſtes natus, vel, ut quibusdam videtur, Ageſtes. Huius rei ut eſſet indicium,* [inſere loco lacunoſo, *nummum,*] *effigie canis percuſſum Siculi habuerunt. Alii dicunt, Laomedontem, regem Troianorum, quum graviter cives eius ab ceto, id eſt belluâ marinâ, infeſtarentur, propterea quòd mercedem Neptuno ob fabricatos muros negaſſet; ad templum Iovis Ammonis ſcitatum miſiſſe de mali remedio vel fine. cui quum eſſet reſponſum, ut filiam ſuam Heſionam belluæ offerret; & hoc à civibus facere cogeretur: fore reſpondit, ſi antè eorum filias belluæ objeciſſet. quo facto quum plures puellæ à ceto abſumtæ eſſent; plerique parentes filias in longinqua miſerunt. ex quibus una Troiana, nomine*

mine Silvia Aegeſta, delata in Siciliam eſt, & à Crimiſo, ſicut dictum eſt, compreſſa, edidit Aceſten. Alii dicunt, Laomedontem, quum, ſicut narratum eſt, propter filiam ſuam ſeditionem à civibus pertuliſſet, unum de Troianis, auctorem ſeditionis, occidiſſe; filiasque eius mercatoribus exponendas dediſſe: à quibus illæ in Siciliâ prope Criniſum amnem relictæ ſunt. quarum ille unam, in canem converſus, compreſſit. Ad librum primum ita quoque Pompon. Sabinus: *Neptunus, Troianis iratus, miſit monſtrum; quod ſibi poſcebat per ſortem dari cibum humanum. Hippotes, nobilis Troianus, cum filiâ Egeſtâ aufugit, & in Siciliam navigavit. Ex hac puellâ & Criniſo fluvio natus Aceſtes; qui in inſulâ imperavit: à quo Aceſtani populi dicti.* Et in librum v: *Aegeſta filia fuit Hippotæ Troiani. quæ poſita à patre in naviculâ fuit, ut ferretur, quò fors impelleret. In Siciliam ergo delata, Crimniſo regi nupſit; qui amni nomen dedit. ex eo peperit Aceſten.* De eâdem re ita Lycophron in Alexandrâ.

Ἄλλοι δ᾽ ἐνοικήσουσι Σικανῶν χθόνα,
Πλαγκτοὶ μολόντες, ἔνθα Λαομέδων τριπλᾶς
Ναύταις ἔδωκε Φοινοδάμαντος κόρας,
Ταῖς κητοδόρποις συμφοραῖς δεδηγμένος,
Τηλοῦ προθεῖναι θηρσὶν ὠμησταῖς βοράν,
Μολόντας εἰς γῆν ἕσπερον Λαιστρυγόνων,
Ὅπου συνοικεῖ δαψιλὴς ἐρημία.
Αἱ δ᾽ αὖ παλαιστοῦ μητέρος Ζηρυνθίας
Σηκὸν μέγαν δείμαντο δωτίνην θεᾷ,
Μόρον φυλοῦσαι καὶ μονοικήτους ἕδρας.
Ὧν δὴ μίαν Κριμισσὸς, ἰνδαλθεὶς κυνὶ,
Ἔζευξε λέκτροις ποταμός. ἡ δὲ δαίμονι
Τῷ θηρομίκτῳ σκύλακα γενναῖον τεκνοῖ
Τριῶν συνοικιστῆρα καὶ κτίστην τόπων.
Ὃς δὴ ποδηγῶν πόρθον Ἀγχίσου νόθον
Ἄξει τρίδειρον νῆσον εἰς ληκληρίαν
Τῶν Δαρδανείων ἐκ τόπων ναυσθλούμενον.
Αἴγεστα τλῆμον· σοὶ δὲ δαιμόνων φραδαῖς
Πένθος μέγιστον, καὶ δι᾽ αἰῶνος πάτρας
Ἔσται, πρὸς ῥιπαῖσιν ἠθαλωμένης.

Hoc eſt:

Alii Sicanorum inhabitabunt terram,
Errones eò delati; ubi treis Laomedon
Nautis dedit Phænodamantis filias,
Balænam paſcentibus ſtimulatus cladibus,
Procul exponendas feris crudelibus,
Progreſſas in occidentalem Læſtrygonum terram;
Vbi larga viſitur ſolitudo.
Illæ porrò matri luctatoris Zerynthiæ
Templum exſtruxêre magnum, donum deæ,
Mortem quum effugiſſent, & ſedeis ſolitarias.
Harum unam Crimiſſus, adſimilatus cani,
Lecto junxit fluvius. cui illa genio
Semifero generoſum parit catulum,
Trium fundatorem & conditorem locorum.
Qui germen Anchiſæ manu ducens ſpurium,
In inſulam deducet tricollem margineam,
Dardaniis ex locis navi advectum.
O miſera Aegeſta! cui deorum decretis
Luctus erit maximus & perpetuus,
Ob patriam ignis jactibus combuſtam.

Ad hæc ita Tzetzes: Φοινοδάμας τὶς Τρὼς συνεβούλευε τοῖς Τρωσὶν ἐκθεῖναι τὴν Ἡσιόνην τῷ κήτει, εὐλαβούμενος περὶ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τῶν τριῶν, μὴ αὐτὰς ἐκθῶσι· καὶ ἔπεισε τοῦτο πεποιηκέναι. ὁ δὲ Λαομέδων, μηνιῶν τῷ Φοινοδάμαντι, ἔδωκε τὰς θυγατέρας ἐκείνου ναύταις ἐν Σικελίᾳ, θηρίοις βοράν. οὐ γενομένου, κατὰ γνώμην Ἀφροδίτης ἐσώθησαν. ὧν τῇ μιᾷ κυνὶ ὁμοιωθεὶς ὁ Κριμισσὸς ποταμὸς ἐμίγη· καὶ ἐγέννησε τὴν Αἰγέστην, ὃς ἔκτισε τρεῖς πόλεις ἐν Σικελίᾳ, τὴν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Αἴγεσταν, καὶ Ἔρυκα, καὶ Ἔντελλαν, ἢ Ἀπαλ-

λαν, ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ἣν ἔγημε· Στύλλα γὰρ ὠνομάζετο ἡ τούτου γυνή. Ὁ δὲ Αἰγέστης, ἐλθὼν εἰς Δαρδανίαν, νόθον Ἀγχίσου παῖδα, Ἔλυμον καλούμενον, ἤγαγεν εἰς Σικελίαν. Id eſt: *Phænodamas quidam Troianus ſuaſit Troianis, Heſionen ceto uti exponerent; metuens tribus filiabus ſuis, ne eas exponerent: perſuaſitque, uti id facerent. At Laomedon, iratus Phænodamanti, nautis Sicilienſibus dedit filias illius, feris pabulum objiciendas. Hæ in Siciliam delatæ, Veneris ope ſervatæ ſunt. Quarum unam Crimiſſus amnis, cani ſimilis factus, compreſſit: progenuitque ex eâ Aegeſten: qui treis in Siciliâ condidit urbeis; unam, quam ab nomine ſuo dixit Aegeſtam; alteram, Erycem; tertiam Entallam, ſive Atallam, ex uxoris nomine dictam. quidpe Stylla vocabatur uxor eius, quam duxerat. Cæterùm in Dardaniam profectus Aegeſtes, ſpurium Anchiſæ filium, nomine Elymum, deduxit in Siciliam.* Pro vitiato vocabulo Στύλλα legendum Αἴθυλλα, ipſe ſatis convincit Tzetzes, anteà ita ſcribens: Ναύαιθος ποταμός ἐστιν Ἰταλίας. ἐκλήθη δὲ οὕτω, κατὰ μὲν Ἀπολλόδωρον καὶ λοιποὺς, ὅτι μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν αἱ Λαομέδοντος θυγατέρες, Πριάμου δὲ ἀδελφαὶ, Αἴθυλλα, Ἀστυόχη, Μηδεσικάστη, μετὰ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐκεῖσε γεγονυῖαι τῆς Ἰταλίας, εὐλαβούμεναι τὴν Ἑλλάδος δουλείαν, τὰ σκάφη ἐνέπρησαν. Hoc eſt: *Nauæthus Italiæ eſt fluvius; ſic dictus, ut auctor eſt Apollodorus & reliqui, quòd, Ilio capto, Laomedontis filiæ, Priami ſorores, Aethylla, Aſtyoche, & Medicaſte, cum cæteris captivis hoc Italiæ tractu exſiſtentes, quum ſervitudinem Græciæ formidarent & effugere cuperent, naveis incenderunt.* Immane certè dictu, in quantum auctores iſti ſuper antiquiſſimis Troiæ ſive rebus geſtis ſive fabulis inter ſe ubique diſcrepent. Vnus hic noſter Iſacius Tzetzes, quum tam diſertis heic verbis Aethyllam fecerit unam è tribus filiabus Laomedontis; cui tamen poſteà cum reliquis auctoribus unam adſcribit, ut ſuprà citatum, ſolam Heſionen: poſtmodò eamdem Aethyllam Aegeſtæ adpellat uxorem. quamquàm etiam anteà Aethyllam, Laomedontis filiam, ſimul cum reliquis duabus ſororibus in Italiâ manſiſſe dicat. Elymum Virgilius Sicanum facit eodem Aeneid. lib. v, his verſibus:

Vndique conveniunt Teucri miſtique Sicani.
Niſus & Euryalus primi.
Euryalus formâ inſignis, viridiq; juventâ;
Niſus amore pio pueri. quos deinde ſequutus
Regius egregiâ Priami de ſtirpe Diores.
Hunc Salius ſimul & Patron: quorum alter Acarnan,
Alter ab Arcadiâ, Tegeæ de ſangvine gentis.
Tum duo Trinacrii juvenes, Elymus Panopeſque;
Adſveti ſilvis, comites ſenioris Aceſtæ.

Ad quæ ita Servius: *Ecce, uti ſubtiliter Elymum cum Aceſte ad Siciliam dicit veniſſe, quum ait; Comites ſenioris Aceſtæ.* Verùm haud ſatis ſubtiliter heic poëtæ interpretatus mihi videtur mentem Servius. namque comes etiam in ipſâ demum inſulâ Aceſtæ poterat eſſe factus Elymus. Virgilius autem diſertè & Elymum & Panopen *Trinacrios* atque *Sicanos* adpellat. Idem Servius anteà, ubi prima Elymi ab Virgilio fit mentio: *Elymus princeps Troianorum; qui dicitur in Siciliâ condidiſſe civitateis Aſcam, Entellam, Egeſtam. Alii dicunt, eum poſt incenſum Ilium cum Aceſte in Siciliam veniſſe; eique participem fuiſſe. Alii Anchiſæ nothum filium tradunt fuiſſe Elymum regem, in Siciliâ genitum, & Erycis fratrem.* Et Pompon. Sabinus: *Troianus Elymus usque in Siciliam navigavit; ubi ſex urbeis condidit.* Haud dubium, quin pro *ſex* legendum *treis*; ut reliqui ſuprà citati habent auctores. ex III facilè fieri potuit VI, incuriâ exſcriptoris. Porrò Silius lib. XIIII:

Miſcuerunt Phrygiam prolem Troianus Aceſtes
Troianusq; Elymus; ſtructis qui, pube ſequutâ,
In longum ex ſeſe donarunt nomina muris.

Et poſteà:

Venit, ab amne trahens nomen, Gela; venit Alæſa;
Et qui præſenti domitant perjura Palici
Pectora ſupplicio; Troianaq; venit Aceſta.

Strabo lib. XIII: Σοφοκλῆς γοῦν, ἐν τῇ ἁλώσει τοῦ Ἰλίου, τὸν Αἰνείαν φησὶ μετ᾽ Ἀγχίσου τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ παιδὸς Ἀσκανίου λαὸν ἀθροίσαντα πλεῦσαι. καὶ οἱ μὲν οἰκῆσαι περὶ τὸν Μακεδονικὸν Ὄλυμπόν φασιν. οἱ δὲ περὶ Μαντίνειαν τῆς Ἀρκαδίας κτίσαι Καπύας, ἀπὸ Κάπυος θέμενον τοὔνομα τῷ πολίσματι· οἱ δ᾽ εἰς Αἴγεσταν κατᾶραι τῆς Σικελίας σὺν Ἐλύμῳ Τρωῒ, καὶ Ἔρυκα καὶ Λιλύβαιον κατασχεῖν, καὶ

ποταμοὺς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ποταμοὺς περὶ Αἴγεσταν προσαγορεῦσαι Σκάμανδρον καὶ Σιμόεντα· ἔνθεν δ᾽ εἰς τὴν Λατίνην ἐλθόντα μεῖναι. Hoc eſt: *Sophocles, in Excidio Ilii, Aeneam ait cum Anchiſâ patre & Aſcanio filio, hominum collectâ multitudine, abnavigaſſe. Alii, eum ſedem poſuiſſe, tradunt, apud Olympum Macedoniæ: alii, apud Mantinéam Arcadiæ condidiſſe Capuas; nomine opido à Capy indito: alii, ad Aegeſtam Siciliæ cum Elymo Troiano trajeciſſe; & occupaſſe Erycem Lilybæumque; fluviosque circa Aegeſtam denominaſſe Scamandrum & Simoentem. inde in Latium veniſſe; ibique conſediſſe.* Heic ne mentio quidem fit Aegeſtis. quem tamen lib. VI à Philoctete ex Italiâ cum quadam manu ad condendam Aegeſtam miſſum, tradit; ut mox infrà videbimus. Sed veri paullo ſimiliora de hoc Aegeſte ſive Aegeſto adferre videtur gravis in primis rerum ſcriptor Dionyſius Halicarnaſſenſis lib. I, ubi de Aeneæ erroribus agit. Γενόμενοι δὲ, inquit, κατὰ Σικελίαν, κατάγονται τῆς νήσου περὶ τὰ καλούμενα Δρέπανα. ἔνθα περιτυγχάνουσι τοῖς σὺν Ἐλύμῳ καὶ Αἰγέστῳ, προεξελθοῦσιν ἐκ τῆς Τροίας, οἳ ᾤκησαν περὶ ποταμὸν Κριμισσὸν, ἐν γῇ Σικανῶν, πρὸς φιλίαν λαβόντες παρ᾽ αὐτῶν τὸ χωρίον, διὰ τὴν Αἰγέστου συγγένειαν, γενομένου τε καὶ τραφέντος ἐν Σικελίᾳ κατὰ τοιόνδε τι πάθος· Τῶν προγόνων αὐτοῦ τις ἀνὴρ ἐπιφανὴς, ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ γένους ὢν, Λαομέδοντι διάφορος γίνεται, καὶ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, ἐπ᾽ αἰτίᾳ δή τινι λαβὼν, κτείνει, καὶ γένος αὐτοῦ τὸ ἄρρεν ἅπαν, ὑπὸ δέους, μή τι πρὸς αὐτῶν πάθῃ· τὰς δὲ θυγατέρας, παρθένους ἔτι οὔσας, ἀποκτεῖναι μὲν οὐκ εὐπρεπὲς ἐνόμισε, Τρωσὶ δὲ συνοικούσας περιιδεῖν οὐκ ἀσφαλὲς, δίδωσι δ᾽ αὐτὰς ἐμπόροις, ὡς προσωτάτω κελεύσας ἀπάγειν. Ταύταις ἀπιούσαις συνεκπλεῖ μειράκιόν τι τῶν ἐπιφανῶν, κρατούμενον ἔρωτι τῆς ἑτέρας· καὶ γαμεῖ τὴν παιδίσκην ἀχθεῖσαν εἰς Σικελίαν. καὶ γίνεται αὐτοῖς παῖς ἐν Σικελοῖς διατρίβουσιν, Αἴγεστος ὄνομα· ὃς ἔθη καὶ γλῶσσαν τὴν τῶν ἐπιχωρίων ἐκμαθὼν, ἐπειδὴ οἱ γονεῖς αὐτῷ τελευτῆσαι συνέβη, βασιλεύοντος ἐν Τροίᾳ Πριάμου, κάθοδον αὐτῷ δοθῆναι διαπράττεται. καὶ συνδιενέγκας τὸν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς πόλεμον, ἁλισκομένης τῆς πόλεως, ἐπέπλει πάλιν εἰς Σικελίαν, σὺν Ἐλύμῳ ποιησάμενος τὴν φυγήν. Ἐντυχὼν δὲ τοῖς εἰρημένοις Αἰνείας ἀνδράσι, φιλοφρονεῖται αὐτοὺς, καὶ κατασκευάζεται αὐτοῖς πόλεις Αἴγεσταν καὶ Ἔρυκα· καί τινα καὶ μοῖραν τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς ἐν τοῖς πολίσμασιν ὑπολείπεται· ὡς μὲν ἐγὼ εἰκάζω, γνώμῃ ἑκουσίῳ χρησάμενος, ἵνα τοῖς ὑπὸ καμάτων βαρυνομένοις ἢ καὶ ἄλλως θαλάττῃ ἀχθομένοις ἀναπαύσεις γίνοιντο καὶ καταγωγαὶ ἀσφαλεῖς· ὡς δέ τινες γράφουσι, τοῦ ναυτικοῦ μειωθέντος αὐτῷ, διὰ τὴν ἐμπρησιν, ἣν ἐποιήσαντο τῶν γυναικῶν τινες, ἀχθόμεναι τῇ πλάνῃ, τὸν οὐκέτι δυνάμενον συμπλεῖν ὄχλον ἐκ τῶν κατακεκαυμένων νεῶν, ἀνάγκῃ καταλιπών. Hoc eſt: *In Siciliam ubi ventum eſt, adpulerunt ad eam inſulæ partem, ubi ſunt Drepana. Heic fortefortunà incidunt in eos, qui, cum Elymo atque Aegeſto priores à Troiâ profecti, habitabant circa Crimiſum amnem; à Sicanis in partem agrorum admiſſi, propter Aegeſti cognationem & amicitiam; qui caſu huiusmodi in eâ inſulâ natus & educatus fuerat: Regnante ſcilicet Laomedonte, quidam ex illius maioribus, vir è Troicâ ſtirpe nobilis, orto inter ipſum & regem diſſidio, à rege ob crimen neſcio quod comprehenſus ac necatus fuerat; & cum eo omnes virilis ſexus liberi: ne quis ultor injuriæ aliquando exſiſteret. filias verò, adhuc virgines, occidere indignum ratus, nec tamen tutum eas elocari Troianis civibus, dedit negotiatoribus, cum mandatis, uti absportarentur in terras longinquiſſimas. Has abeunteis adoleſcens quidam, nobili genere natus, alterius amore captus, in eâdem navi comitatur. puellamque, advectam in Siciliam, duxit conjugem. Ex his parentibus apud Siculos Aegeſtus eſt genitus. Qui lingvam & mores incolarum edoctus, poſt obitum parentum à Priamo rege impetravit reditum in priſtinam patriam. Et quum toleraſſet cum reliquis Troianis bellum Achaicum; quo tempore hoſtes urbe potiti ſunt, navigavit rurſum in Siciliam, fugæ ſocio adſumto Elymo. In hos tandem viros poſtquàm Aeneas incidit; complexus eos eſt comiter. conditisque in eorum gratiam Aegeſtâ & Eryce opidis; exercitus ſui partem in iis reliquit; quantum ego conjecturâ poſſum colligere, ſuâ ſponte; ut labore, aut certè marinis jactationibus feſſi loco tuto quieſcerent. tametſi quidam ſcribunt, detrimentum claſſis ibi acceptum; aliquot navibus feminarum operâ ob diturnum errorum tædium incenſis: atque ita coactum neceſſitate Aeneam reliquiſſe turbam, quam poſt exuſtas ſuas reliquæ naves capere non poterant.* Strabonis huc rectè convenerint verba, lib. VI in hunc modum perſcripta: Καὶ τὸ τῶν Τρωάδων δὲ τόλμημα περιφέρεται πολλαχοῦ, καὶ ἄπιστον φαίνεται, καίπερ δυνατὸν ὄν. Id eſt: *Et facinus Troianarum mulierum quum pluribus adſcribatur locis, fides ei derogatur; quum fieri tamen potuerit.* Idem auctor eodem libro anteà: Φιλοκτήτου δ᾽ ἐστὶ καὶ ἡ παλαιὰ Κρίμισα. Ἀπολλόδωρος δ᾽ ἐν τοῖς περὶ νεῶν, τοῦ Φιλοκτήτου μνησθεὶς, λέγειν τινάς φησιν, ὡς εἰς τὴν Κροτωνιᾶτιν ἀφικόμενος, Κρίμισαν ἄκραν οἰκῆσαι, καὶ Χώνην πόλιν ὑπὲρ αὐτῆς, ἀφ᾽ ἧς οἱ ταύτῃ Χῶνες ἐκλήθησαν. παρ᾽ αὐτοῦ δέ τινες σταλέντες εἰς Σικελίαν περὶ Ἔρυκα μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωὸς, Αἴγεσταν τειχίσαι. Id eſt: *Philoctetis opus eſt & vetus Crimiſa. Apollodorus in commentario de navibus, factâ Philoctetis mentione, quosdam ait dicere, eum, quum in Crotonienſem perveniſſet agrum,*

Crimiſam promontorium inhabitaſſe, & ſuper id Chonen opidum: unde Chonibus hoc tractui nomen. miſſos item ab eo quosdam in Siciliam, ad loca circa Erycem cum Aegeſto Troiano, Aegeſtam communiviſſe. Et infrà, in deſcriptione Siciliæ: τὴν δὲ Αἴγεσταν κτισθῆναί φασιν ὑπὸ τῶν μετὰ Φιλοκτήτου διαβάντων εἰς τὴν Κροτωνιᾶτιν, καθάπερ ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς εἴρηται, παρ' αὐτοῦ σταλέντων εἰς τὴν Σικελίαν μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωός. Hoc eſt: *Aegeſtam conditam ferunt ab iis, qui cum Philoctete in Crotonienſem agrum eſcenderunt, ſicut in Italiæ deſcriptione dictum eſt, miſſis ab eos in Siciliam cum Aegeſto Troiano.* Dionyſio tamen adſentiuntur plerique Romani ſcriptores, qui originem Aegeſtanæ urbis ſcriptis adnotarunt. Cicero in Verrinâ IIII: *Segeſta eſt opidum pervetus in Siciliâ: quod ab Aeneâ, fugiente à Troiâ, atque in hæc loca veniente, conditum eſſe demonſtrant. Itaque Segeſtani non ſolùm perpetuâ ſocietate atque amicitiâ, verùm etiam cognatione ſe cum populo Romano conjunctos eſſe arbitrantur.* Huc tendit & illud Taciti, in Annal. lib. IIII: *Et Segeſtani ædem Veneris, montem apud Erycem, vetuſtate delapſam, reſtaurari poſtulavêre; nota memorantes de origine eius, & læta Tiberio.* Nempe, quòd ædes ea unà cum Aegeſtâ urbe, ut ſuprà oſtenſum, ab Aeneâ primùm condita eſſet. Virgilius, ut anteà citatum, Aeneid. lib. I, Ilioneum, unum è ſociis Aeneæ, ita Didonem adloquentem introducit:

——— *Sunt & Siculis regionibus urbes,*
Armaque, Troianoque à ſangvine clarus Aceſtes.

Segeſtam heic intellectam fuiſſe poëtæ, ipſe docet commentator eius *Servius.* At hæc de Aceſte, urbeque, ſive urbibus ab eo in Siciliâ conditis, loquitur apud Didonem Ilioneus, antequàm Aeneas umquàm in inſulam pervenerat. poſt interitum quidpe Didonis eò eum deducit poëta. Vehementer igitur obliviosum ſeſe prodidit Aeneid. lib. V poſteà; ubi de adpulſu Aeneæ ad Siciliam in Drepanum portum tractat; & inter alia ita de navium combuſtione Aegeſtæ exſtructione canit:

At procul in ſolâ ſecretæ Troades actâ
Amiſſum Anchiſen flebant; cunctæque profundum
Pontum adſpectabant flentes: Heu, tot vada feſſis
Et tantùm supereſſe maris. vox omnibus una.
Vrbem orant: tædet pelagi perferre laborem.

. * . . * . . * .

Heic Erycis fines fraterni, atque hoſpes Aceſtes:
Quis prohibet muros jacere, & dare civibus urbem?
O patria, & rapti nequidquàm ex hoſte penates!
Nulla ne jam Troiæ dicentur mœnia? nusquàm
Hectoreos amneis, Xanthum & Simoënta, videbo?
Quin agite, & mecum infauſtas exurite puppeis.

. * . . * . . * .

Nuncius Anchiſæ ad tumulum cuneosque theatri
Incenſas perfert naveis Eumelus.

. * . . * . . * .

——— *Ruit æthere toto*
Turbidus imber aquâ, denſisque nigerrimus auſtris;
Implenturque ſuper puppes: ſemuſta madeſcunt
Robora: reſtinctus donec vapor omnis, & omnes,
Quattuor amiſſis, ſervatæ à peſte carinæ.

. * . . * . . * .

Eſt tibi Dardanius divinæ ſtirpis Aceſtes:
Hunc cape conſiliis ſocium & conjunge volentem.
Huic trade, amiſſis ſuperant qui navibus, & quos
Pertæſum magni incepti rerumque tuarum eſt;
Longævosque ſenes, ac feſſas æquore matres:
Et quidquid tecum invalidum metuensque pericli eſt,
Delige; & his habeant terris, ſine, mœnia feſſi.
Vrbem adpellabunt permiſſo nomine Aceſtam.

. * . . * . . * .

Extemplò ſocios, primumque accerſit Aceſtem:
Et Iovis imperium & cari præcepta parentis

Eadocet;

Edocet; & quæ nunc animo ſententia conſtet.
Haud mora conſiliis; nec juſſa recuſat Aceſtes.
Transſcribunt urbi matres; populumque volentem
Deponunt; animos nil magnæ laudis egenteis.

* *

Intereà Aeneas urbem deſignat aratro;
Sortiturque domos. hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Eſſe jubet. gaudet regno Troianus Aceſtes:
Indicitq; forum, & patribus dat jura vocatis.
Tunc vicina aſtris Erycino in vertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

Thucydides, antiquiſſimus rerum auctor, ita ſcribit lib. VI: Ἰλίου δὲ ἁλισκομένου, τῶν Τρώων τινὲς, διαφυγόντες Ἀχαιοὺς, πλοίοις ἀφικνοῦνται πρὸς τὴν Σικελίαν. καὶ ὅμοροι τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες, ξύμπαντες μὲν Ἔλυμοι ἐκλήθησαν· πόλεις δ' αὐτῶν Ἔρυξ τε καὶ Ἔγεστα. προσξυνῴκησαν δὲ αὐτοῖς καὶ Φωκέων τινὲς, τῶν ἀπὸ Τροίας τότε χειμῶνι ἐς Λιβύην πρῶτον, ἔπειτα ἐς Σικελίαν ἀπ' αὐτῆς κατενεχθέντες. Id eſt: *Ilio capto, quidam Troianorum, Achæos fugientes, navibus in Siciliam adpulerunt. locatiſque juxta Sicanos ſedibus, in univerſum uno nomine Elymi adpellati ſunt. urbesque eorum fuêre Eryx & Egeſta. His mox alii coloni acceſſerunt, Phocenſium nonnulli: eorum ſcilicet, qui tunc ab Troiâ in Africam primùm tempeſtate delati, mox inde in Siciliam transmisêre.* En, quàm diſertè *Phocenſeis* ait fuiſſe Thucydides, antiquiſſimus ſimul & graviſſimus ſcriptor, quos alii auctores Troianos ducemque eorum Aeneam faciunt. Atque hoc ſanè multo credibilius, quàm illud de Troianarum mulierum facinore; vel etiam, quod ipſe conjecit Dionyſius, ſponte illic quosdam reliquiſſe è ſuo comitatu Aeneam. quid enim ille partem claſſis ſuæ in medio itineris curſu relinqueret, novas ſedeis quærens: quas non niſi vi armisque ſeſe obtenturum ſperare poterat. Egeſtem urbis Egeſtæ conditorem quamvìs non memorat Thucydides; eumdem tamen fuiſſe non negat. Sed *templum Aeneæ* apud Aegeſtanos fuiſſe dicatum, docet Dionyſius, ſuperioribus continuans iſta: Τεκμήρια δὲ τῆς εἰς Σικελοὺς Αἰνείου τε καὶ Τρώων ἀφίξεως πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, περιφανέστατα δὲ τῆς Αἰνειάδος Ἀφροδίτης ὁ βωμὸς ἐπὶ τῇ κορυφῇ τοῦ Ἔρυκος ἱδρυμένος, καὶ ἱερὸν Αἰνείου ἱδρυμένον ἐν Αἰγέστῃ· τὸν μὲν αὐτοῦ κατασκευάσαντος Αἰνείου τῇ μητρί· τὸ δὲ ἱερὸν τῶν ὑπολειφθέντων ἀπὸ τοῦ στόλου, τῇ μνήμῃ τοῦ σώσαντος σφᾶς ἀνάθημα ποιησαμένων. τὸ μὲν δὴ σὺν Ἐλύμῳ καὶ Αἰγέστῳ Τρωϊκὸν ἐν τούτοις κατέμεινε τοῖς χωρίοις, καὶ διετέλεσαν Ἔλυμοι καλούμενοι. πρόσθεν γὰρ κατὰ τὴν ἀξίωσιν Ἔλυμος, ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὤν. Id eſt: *Documenta adventus Aeneæ & Troianorum in Siciliam cùm multa alia, tùm hæc ſunt omnium luculentiſſima; nempe ara Veneris Aeneiæ, in vertice Erycis poſita; & apud Aegeſtanos templum Aeneæ dicatum. quorum illa ab ipſo Aeneâ matri erecta fuit: hoc in memoriam ſervatori ſuo dicatum ab iis, qui è claſſe illic relicti erant. Hæ igitur fuerunt ſedes Troianorum, qui cum Elymo & Aegeſto profugerunt. adpellatique ſunt in univerſum Elymi; quod huius propter regium genus maior eſſet dignatio.* Luculentiſſima iſta omnium quæ videbantur Dionyſio documenta, ſatis erant infirma ac lubrica. potuit quidpe iſtorum Troianorum, qui cum Elymo Aegeſtoque in Siciliam profecti, ſalutis ac fugæ auctor fuiſſe Aeneas, licèt ipſe in Siciliam non pervenerit. ſic enim Livius initio hiſtoriarum ſuarum: *Iam primùm omnium ſatis conſtat, Troiâ captâ, in cæteros ſævitum eſſe Troianos: duobus Aeneâ Antenoreque, & vetuſti jure hoſpitii, & quia pacis reddendæque Helenæ ſemper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abſtinuiſſe.* Cum Aeneâ igitur potuerunt evaſiſſe Elymus Aegeſtusque: qui, mox ab eius claſſe ſeparati, in Siciliam adpulerunt; ibique opido de Aegeſti nomine condito, ARAM SERVATORI AENEAE ſtatuerunt. Erycis verò conditor quàm varius atque diverſus etiam antiquiſſimis mortalibus creditus ſit, ſuprà perſpectum eſt. Sanè, ſi quid vetuſtis narrationibus de Troianâ expeditione credendum, nihil probabilius eſt, quàm, uti junctim Elymus & Aegeſtus ex unâ Troiâ in Siciliam pervenerunt, ſic eos ſimul junctis conſilio & ope condidiſſe urbeis treis, *Aegeſtam, Erycem,* atque *Entellam.* ita verò nominis dignitatem inter ſe partitos eſſe, uti omneis ab ipſis huc deducti Troiani ex Elymi nomine dicerentur ELYMI; ſedes verò utriusque ducis ab Aegeſti nomine AEGESTA, ſive, ut variare hactenus varios vidimus auctores, EGESTA, & ACESTA. Hinc eſt, quòd antiquus inter primos poëta Lycophron unum Aegeſtum τρισσῶν συνοικιστῆρα καὶ κτίστην τόπων vocat, id eſt, *trium fundatorem conditoremque locorum,* quorum nomina commen-

commentator eius refert, *Aegeſtam, Erycem*, & *Entallam*: ex quibus ipſe poëta nominat *Aegeſtam*: ſcilicet, quia hæc caput erat reliquarum, &ſedes ipſius ducis; qui unà ſecum adduxerat in eamdem ſedem ſpurium Anchiſæ filium Elymum. Hinc item eſt, quòd è diverſo trium dictarum urbium origo uni adſcribitur Elymo ab Servio ac Pomponio Sabino: qui id haud dubiè & ipſi ex antiquiſſimorum quorumdam ſcriptorum habuêre monumentis. nam Thucydides quoque unum dumtaxat memorat Elymum, ducem eorum Troianorum, qui, in univerſum Elymi dicti, Erycem & Egeſtam incoluêre urbeis. Apud Servium equidem pro Eryce nominatur *Aſca* neſcio quod vocabulum. ſed falſum vel corruptum id eſſe, haud dubitaverim; quando omnes reliqui ſcriptores in ternario illo urbium numero habent Erycem; nec illud *Aſca* ulli alii in Siciliâ memoratum. Erycem verò ſub Aegeſti fuiſſe ditione, Virgilius quoque ſatis clarè innuit, dicto Aeneid. lib. V, his verſibus:

Intereà Aeneas urbem deſignat aratro;
Sortiturq; domos: hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Eſſe iubet. gaudet regno Troianus Aceſtes:
Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.
Tunc vicina aſtris Erycino in vertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

Hinc etiam poſterioribus temporibus in rebus ſub Tiberio imperatore geſtis ita Tacitus dicto Annal. lib. IIII: *Segeſtani ædem Veneris montem apud Erycem, vetuſtate delapſam, reſtaurari poſtulavêre*. Sed de conditoribus Aegeſtæ ſat dictum. Nunc ſitus quoque eius aperiendus. Itineraria ſic habent:

Antonini;		Tabulæ;	
Drepanis		*Drepanis*	
Aquis Segeſtanis, ſive Pincianis	XIIII.	*Segeſta*	XIIII
Parthenico	XII.		
Hyccara	VIII.		
Panormo	XVI.	*Panormo*	XXXVI.

Strabo, lib. VI: Ἐκ τοῦ Ἱμέρα ποταμοῦ εἰς Πάνορμον μίλια λε΄. β΄ δὲ λ΄ εἰς τὸ τῶν Αἰγεστέων ἐμπορεῖον. λοιπὰ δὲ εἰς Λιλύβαιον λη΄. Id eſt: *Ab Himerâ flumine ad Panormum millia ſunt* XXXV. *inde ad Aegeſtenſium emporium* XXXII. *reliqua hinc ad Lilybæum ſunt* XXXVIII. Diodorus lib. IIII, de Hercule loquens: Μετὰ δὲ ταῦτα βουλόμενος ἐγκυκλωθῆναι πᾶσαν Σικελίαν, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ἀπὸ Πελωριάδος ἐπὶ τὸν Ἔρυκα. διεξιόντος δ᾽ αὐτοῦ τὴν παράλιον τῆς νήσου, μυθολογοῦσι τὰς νύμφας ἀνεῖναι θερμὰ λουτρὰ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν τῆς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν γενομένης αὐτῷ κακοπαθείας. τούτων δὲ ὄντων διττῶν, τὰ μὲν Ἱμεραῖα, τὰ δὲ Ἐγεσταῖα προσαγορεύεται, τὴν ὀνομασίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ τῶν τόπων. Hoc eſt: *Poſt hæc totam ambire Siciliam cupiens, à Peloriade ad Erycem iter intendit. Litus verò ipſo peragrante, calidas à nymphis balneas ferunt apertas fuiſſe, quibus contractam ex itinere laſſitudinem adlevaret. Binæ quum ſint, alteræ Himerenſes, Egeſtanæ alteræ, ab ſuis locis dictæ ſunt.* Strabo dicto lib. VI poſteà: Θερμῶν ὑδάτων ἐκβολὰς κατὰ πολλοὺς ἔχει τόπους ἡ νῆσος· ὧν τὰ μὲν Σελινούντια [καὶ τὰ] κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά ἐστι, τὰ δὲ Αἰγεσταῖα πότιμα. Id eſt: *Multis locis in hac inſulâ calidæ erumpunt aquæ. quarum Selinuntiæ & Himerenſes ſalſæ ſunt, Aegeſtanæ potabiles.* Plinius, lib. XXXI, cap. VI: *Nec verò omnes, quæ ſint calidæ, medicatas eſſe, credendum; ſicut in Egeſtâ Siciliæ.* Solinus, cap. XI: *Fluminum miracula abundè varia ſunt. Dianam, qui ad Camarinam fluit, niſi manus pudicæ hauſerit, non coibunt in corpus unum latex vineus & latex aquæ. Apud Segeſtanos Herbeſus in medio flumine ſubitâ exæſtuatione fervet.* Ex his tam claris indiciis facilè erat ſitum Segeſtanæ urbis inveſtigare. Igitur Fazellus, Decad. I, lib. VII, cap. III, ita tradit: *A promontorio S. Viti ſuccedit Scupellus, piratarum ſtatio. Emporium Segeſtanum ad paſſuum millia* V *ſequitur. quod paſſuum millia* XXXII *à Panormo diſtare, lib.* VI *ſcribit Strabo. cuius minima adparent veſtigia. Non procul inde Caſtrum ad mare, opidulum frumentique emporium, diſtat: à quo ſinus ingens hoc tempore nomen ſuscipit. Criniſius deinde fluvius eſt, Thucydidi, Diodoro, & Plutarcho: qui à S. Bartholomæo, ab ædiculâ eiusdem nominis, nunc adpellatur. Oritur à duobus capitibus; quorum unum ſupra Calataſimum ſurgit; alterum à Stricto ſoricis & à planitie Habitæ. ex quibus delapſus, Segeſtam, quam ad lævam relinquit, præterlabitur: ubi Frigidus vocatur. Augetur deinde, primùm ex balneorum Segeſtanorum aquis; & mox Herbeſi æſtuantis fontis (qui, Gurgus hodiè nominatus, fluviolum, Calidum adpellatum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

adpellatum, ſtatim facit, & molas convolvit) congreſſum admittit. & ſic auctus in mare erumpit. Et ſequenti capite: *Imminet Criniſii oſtio & huic oræ ad meridiem paſſuum millibus* V *Segeſta, urbs vetuſta, in colle undique prærupto jacens, Barbara vulgò hodiè dicta. id quod liquidò oſtendunt ſulphureæ aquæ vicinæ, Segeſtanæ à Strabone adpellatæ; Herbeſus fons propinquus, Segeſtanis ortus agris Solino; Criniſius fluvius Plutarcho, qui Fluvius frigidus eſt hodiè, ut diximus; emporium ad oram ſitum, Segeſtanorum à Strabone nuncupatum: ſtupendæ præterea vetuſtiſſimi operis ruinæ. huc accedit, quòd Ptolemæus mediterraneam Segeſtam hoc loci ponit.* Et eodem capite poſteà: *Habet adhuc antiquitatis monumenta viſu digniſſima. urbem enim, quæ adſcenſum habet non difficilem, licet anguſtum & arte elaboratum, ingredientibus, ſtatim theatrum occurrit ſemidirutum. fanum quoque intra mœnia, priſci operis monumentum, quadratis ex lapidibus, teſtudinatum ac integrum prope ſupereſt: quod in divæ Mariæ cultum tranſabiit. cæteraque urbis omnia magnis lapidibus proſtrata, ac ciſternæ plurimæ adhuc in dirutis domibus adfectæ conſpiciunt. Sub urbis verò mœnibus dextrorſum, antequàm urbem adſcendas, templum eſt maximum, nullâ penè ex parte violatum, tredecim utrimque ſublimibus columnis ſuffultum; in quo nihil præter tectum deſideratur. Numiſmata etiam in urbe paſſim à foſſoribus fabriſq; cæmentariis ſæpenumerò ex ære & argento reperiuntur, Græcâ cum inſcriptione* ΣΕΓΕΣΤΑΝΩΝ. *Scaturigines aquarum ſunt in his agris ſulphureæ, contra varios morbos vim ſecum adferentes. Abſunt ab urbe, ad aquilonem, mare verſus, paſſus circiter mille balneæ: de quibus aquis lib.* VI *in hunc modum Strabo: Calidarum aquaram ſcaturigines habet Sicilia multis in locis. è quibus Selinuntiæ & ad Himeram ſulſæ ſunt; Segeſtanæ verò potabiles. Quod uſu etiam ſumus experti. aquæ etenim hæ, licèt calidiſſimæ ſint & ſulphureæ; quia tamen ſalis mineram non tranſeunt, ſicut Selinuntiæ & Himerenſes, ſi refrixerint, potabiles ſunt. Sub his ad jactum fundæ ingens lacus calidus eſt ſulphureus: qui, ſubitâ eructatione æſtuans ac fervens, Herbeſus Solino, à nobis Gurgus hodiè adpellatur.* Non lacus equidem hic ingens, ſed fons magnus eſt. lacum adpellare ſi libeat, exigui epitheton ei addendum erit. Hæc igitur ſigna tam clara atque manifeſta, dictas ruinas, quæ hoc tempore imminutæ ſunt, antiquæ urbis Segeſtæ eſſe reliquias, oſtendunt. His jam adde & Itinerariorum indicium. à Panormo enim ad dictas usque ruinas ſive ad aquas calidas hodiéque numerantur millia paſſuum XXXVI. inde verò Drepanum XXIIII. ubi alterum X in utroque itinerario interiiſſe deprehenditur. Ab opidulo autem ſive emporio, quod vulgari nunc adpellatione eſt *Caſtel à mare*, ad Panormum XXXII circiter ſunt millia; quæ Strabo tradit. quamquàm apud eumdem perperam ſcripta ſint inter dictum emporium & Lilybæum λη', id eſt, XXXVIII; quum re verâ ſint νη', id eſt, LVIII. qui lapſus librario ex facili naſci potuit. AEGESTENSIVM igitur, ſive SEGESTANORVM EMPORIVM nos unà cum Aretio EMPORIVM *Segeſtanorum.*
atque Bonfilio & aliis Siculis ſcriptoribus credimus eſſe prædictum Caſtellum ad mare; quia hoc Segeſtanorum flumini, de quo mox plura dicemus, proximum. Fazellus cur id emporium longiùs à fluminis oſtio in locum removerit, ubi *minima adparebant veſtigia*, equidem miror. Apud Ptolemæum ita ſcriptum eſt:

Πάνορμος	λζ		λζ	
Κηταρία	λζ		λϛ	∠ δ'
Βαθέος ποταμοῦ ἐκβολαὶ	λζ		λϛ	γο'
Δρέπανον	λζ		λϛ	∠
Ἐμπόριον Σεγεστανῶν	λϛ	∠	λϛ	∠
Αἰγίθαρσος ἄκρα	λϛ	∠γ'	λϛ	δ'
Λιλύβαιον	λζ		λϛ	

Hoc eſt:

Panormus	XXXVII		XXXVII	
Cetaria	XXXVII		XXXVI	XLV
Bathys fluvii oſtium	XXXVII		XXXVI	XL
Drepanum	XXXVII		XXXVI	XXX
Emporium Segeſtanorum	XXXVI	XXX	XXXVI	XXX
Aegitharſus promontorium	XXXVI	L	XXXVI	XV
Lilybæum	XXXVII		XXXVI	

In his quum numeri graduum ac ſcrupulorum, Drepano & Segeſtanorum emporio adpoſiti, recto ordine perſcripti ſint; ipſa tamen dictorum duûm locorum vocabula

perperam

perperam tranſpoſita ſunt ab incurioſo imperitoque exſcriptore. Itaque ad hunc modum corrigantur:

Βαθέος ποταμοῦ ἐκβολαὶ	λζ	λϛ γο'
Ἐμπόριον Σεγεστανῶν	λϛ	λϛ ∠
Δρέπανον	λϛ ∠	λϛ ∠

Id eſt:

Bathys fluvii oſtium	XXXVII	XXXVI XL
Emporium Segeſtanorum	XXXVII	XXXVI XXX
Drepanum	XXXVI XXX	XXXVI XXX

Cæterò, quum prædictæ ruinæ haud perinde magno ſparſæ jaceant in dicto colle ambitu; ipſa verò Segeſta, urbs quomdam fuit, ut ex Thucydidis ſimul atque Diodori patet hiſtoriis, opulenta ac potens; &, ut ſuprà demonſtratum, totius Elymorum gentis caput: facilè ego conjecerim, arcis tantùm Segeſtanæ urbis eas eſſe reliquias; ipſam autem urbem ad dictas uſque aquas calidas pertigiſſe. quod etiam Plinii Solinique præſcriptis verbis adfirmari videtur: quorum ille dictas aquas *in Egeſtâ*, hic verò Herbeſum fontem *apud Segeſtanos*, non *in Segeſtanis*, ut citat Fazellus, *agris*, fuiſſe tradunt. Atque huc etiam facere videntur Thucydidis & Diodori hiſtoriæ. quorum ille lib. VI, Τὰς προύπλους, inquit, ναῦς ἐκ τῆς Ἐγέστης προσεμένον· id eſt; *Præcurſorias ab Egeſtâ naveis præſtolabantur.* Et mox poſteà: Αἱ δ' ἐκ τῆς Ἐγέστης τρεῖς νῆες αἱ πρόπλοι παραγίγνονται· id eſt: *Præcurſoriæ naves ab Egeſtâ advenerunt.* Et eodem libro infrà: Δύο μέρη ποιήσαντες τοῦ στρατεύματος, ἔπλεον ξὺν παντὶ ἐπὶ Σελινοῦντος καὶ Ἐγέστης. id eſt: *Bifariam diviſo exercitum, cum omnibus copiis ad Selinuntem atque Egeſtam navigabant.* Alterius partis dux erat Nicias. ergo paullo pòſt: Νικίας δὲ εὐθὺς ἐξ Ὑκκάρων ἐπὶ Ἐγέστης παρέπλευσε. hoc eſt: *Nicias ab Hyccaris protinus Egeſtam navigavit.* Contrario hæc ordine narrat Diodorus lib. XIII. Οἱ δ' ἐν Σικελίᾳ, inquit, στρατηγοὶ μετὰ τῆς τῶν Ἀθηναίων δυνάμεως παραπλεύσαντες εἰς Αἴγεσταν, Ὕκκαρα Σικελικὸν πολισμάτιον εἷλον. hoc eſt: *Qui remanſerant in Siliâ Athenienſium copiarum duces, Aegeſtam navibus pervecti, Hyccara Siculorum opidulum ceperunt.* Niſi fortè Diodorus ipſe ſcripſerit, εἰς Αἰγεσταίαν, id eſt, *in Aegeſtanum agrum.* In lævâ tamen tantùm conſtitiſſe ripâ Aegeſtam, ex eiuſdem Diodori lib. XX colligo; ubi ita ſcriptum: Ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς, αἰτιασάμενος τοὺς Αἰγεσταίους ἐπιβουλεύειν αὐτῷ, δειναῖς περιέβαλε συμφοραῖς τὴν πόλιν. τοὺς μὲν γὰρ ἀπορωτάτους προαγαγὼν ἐκτὸς τῆς πόλεως, παρὰ τὸν Σκάμανδρον ποταμὸν ἀπέσφαξε· τοὺς δὲ δοκοῦντας οὐσίαν κεκτῆσθαι μείζονα, βασανίζων ἠνάγκαζε λέγειν, ὁπόσα ἔχων τις τυγχάνει χρήματα. Hoc eſt: *Inſidias ſibi ſtructas Agathocles prætexens, in graviſſimas urbem calamitates demerſit. nam pauperrimum quemque, extra opidum productum, apud Scamandrum amnem mactavit. qui maiores verò poſſidere videbantur facultates, hos tormentorum cruciatibus fateri coëgit, quantum quiſque pecuniarum haberet.*

SCAMANDER *fluvius.*

Hic ſcilicet ille eſt Σκάμανδρος ποταμὸς, SCAMANDER *fluvius*, qui, lævâ ſuâ ripâ dictas Segeſtæ ruinas & calidas aquas præterlabens, vulgò nunc ſuperiore ſui parte *S. Bartholomæi*, inferiore autem *Frigidus* vocatur. quem falsò hactenus omnes noſtri ſæculi ſcriptores interpretati ſunt Crimiſum; de quo mox poſteà agam. Strabo lib. XIII: Οἱ δ' εἰς Αἴγεσταν τῆς Σικελίας φασὶ καταραι τὸν Αἰνείαν σὺν Ἐλύμῳ Τρωΐ, καὶ Ἔρυκα καὶ Λιλύβαιον κατασχεῖν, καὶ ποταμοὺς περὶ Αἴγεσταν προσαγορεῦσαι Σκάμανδρον καὶ Σιμόεντα. Id eſt: *Quidam verò aiunt ad Aegeſtam Siciliæ trajeciſſe Aeneam cum Elymo Troiano; & occupaſſe Erycem Lilybæumque; amneisq; apud Aegeſtam denominaſſe Scamandrum & Simoenta.* Nempe ab eorumdem nominum fluminibus in priſtinâ patriâ Troade. ſic enim eodem libro anteà: Οἱ δὲ ποταμοὶ, ὅ τε Σκάμανδρος καὶ ὁ Σιμόεις, μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ νῦν Ἰλίου συμβάλλουσιν, εἶτ' ἐπὶ τὸ Σίγειον ἐκδιδόασιν. Id eſt: *Amnes Scamander & Simois paullo ante Ilium, quod nunc eſt, confluunt: atque inde apud Sigéum in mare effunduntur.*

SIMOIS *amnis.*

Hinc etiam Siciliæ noſtræ Σιμόεις ποταμὸς, SIMOIS *fluvius*, nullus alius eſt exiſtimandus, quàm qui, ab ſuprà commemorato Stricto ſoricis opido profluens, apud Segeſtam dextræ Frigidi amnis ripæ confunditur. Hinc jam illud mulierum Troianarum in Siciliâ apud Virgilium, dicto Aeneid. lib. V:

O patria, & rapti nequidquam ex hoſte penates!
Nulla ne jam Troiæ dicentur mœnia? nuſquam
Hectoreos amneis Xanthum & Simoënta videbo?

Et poſteà:

Et poſteà:

Intereà Aeneas urbem deſignat aratro;
Sortiturque domos. hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Eſſe jubet.

Nempe *Scamander* idem erat & *Xanthus*. Vibius, in Catalogo amnium: *Xanthus; Troiæ, Ilio proximus, ex Idâ monte defluens, Simoënti junctus in Propontidem funditur. hunc Scamandrum incolæ vocaverunt. Xantus & Xanthus ſcribitur: Flavus Latinè dicitur.* Plutarchus de Fluminibus: Σκάμανδρος, ποταμός ἐστι τῆς Τρωάδος. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ξάνθος. Id eſt: *Scamander, amnis eſt Troadis; anteà Xanthus dictus.* Aelianus, in Hiſtoriæ animalium lib. VIII, cap. XXI: Ὁ δὲ ἐν Τροίᾳ Σκάμανδρος ἐπεὶ ξάνθας ἀποφαίνει πιούσας τὰς ὄϊς, πρὸς τῷ Σκαμάνδρῳ, τῷ ἐξ ἀρχῆς, ἄλλο ὄνομα ἢ τῶν προβάτων ἐπίκτητος χρόα ἔθετο αὐτῷ τὸν Ξάνθον. Id eſt: *Ad Troiam Scamander ex aquâ ſuâ potanteis oveis flavas efficit. ex quo factum, ut huic, qui initio Scamander nominabatur, aliud deinde nomen adventitius ovium color Xanthum impoſuerit.* Sed duos iſtos amneis, Scamandrum atque Simoënta, à dictis auctoribus apud Aegeſtam urbem memoratos, vel non obſervavit omnino, vel diſſimulavit Fazellus, in præſcriptâ urbis topographiâ. poſteà verò in rebus geſtis Sicilienſibus Decad. II. lib. IIII, cap. I, Scamandrum commemorat, ex Diodori ſcilicet præſcriptâ de Agathocle hiſtoriâ; ſed quinam ille hodiè ſit, non addit.

Porrò Aelianus, Var. hiſtoriar. lib. II, cap. XXXIII, ita ſcribit: Ἐν Σικελίᾳ Συρακούσιοι μὲν τὸν Ἄναπον ἀνδρὶ εἴκασαν, τὴν δὲ Κυάνην πηγὴν γυναικὸς εἰκόνι ἐτίμησαν. Αἰγεσταῖοι δὲ τὸν Πόρπακα καὶ τὸν Κριμισὸν ἀνδρῶν εἴδει τιμῶσιν. Id eſt: *In Siciliâ Syracuſani Anapum viro adſimilarunt; Cyanen verò fontem ut feminam coluerunt: Aegeſtani autem Porpacem, Crimiſſum, & Telmiſſum virorum ſpecie venerantur.* Ex Solini cap. XI iſta adduximus paullo antè: *Apud Segeſtanos Herbeſus in medio flumine ſubitâ exæſtuatione fervet.* Ad quæ ita commentator eius Martinus Antonius Delrius: *Membranæ continent Helbeſus. fortè, Erbeſſus, ut Græci.* Id neſcio unde conjecerit, niſi ex vocabulo opidi, quod THERMESSVS fluvius.
dicebatur Ἐρβησσός. at hoc longè ab Segeſtanorum diſſitum fuit finibus: nec fluvius in Siciliâ eo nomine fuit ullus. Ego ex illo *Helbeſus*, ſcriptum Solino fuiſſe THERMESSVS ſuſpicor; eumdemque eſſe fluvium, qui Τελμισσὸς, *Telmiſſus*, dicitur Aeliano. apud quem & ipſum fortè genuina vox Θερμησσὸς, quæ ab aquarum fervore deducta fuerit, poſteà ab malè curioſo librario vitiata eſt in prædictam Τελμισσός. Sic ſcilicet Piſidiæ olim inſignis urbs, apud Strabonem lib. XII legitur Τερμεσσὸς, lib. XIII Τερμησσὸς, lib. XIIII Τερμισσός· & hoc etiam modo apud Stephani epitomatorem. apud Diodorum verò unico σ ter Τερμησός· apud Ptolemæum Τερμησσός· & in nonnullis exemplaribus, Τελμεσσός. apud Arrianum quoque Expedit. Alexandr. lib. I, modò Τερμισσὸς, modò Τελμισσός. apud Livium eadem lib. XXXVII *Telmeſſus*, libro verò XXXVIII *Termeſſus*. quum verum germanumque eius vocabulum ab initio fuerit Θερμησσὸς, *Thermeſſus*. unde *Thermenſes maiores Piſidæ* ſæpius nominantur in antiquiſſimâ tabulâ æneâ, cuius typum refert doctiſſimus Gruterus in opere Inſcriptionum antiquarum. Id vocabulum poſtmodò factum Τερμησσὸς, *Termeſſus*. quo nomine etiam fluvius apud Bœotiæ montem Heliconem memoratur Orpheo in Argonauticis, ac Pauſaniæ in Bœoticis. Ad eumdem igitur modum Siciliæ ille *Calidus fluvius*, Græcis Θερμησσὸς dictus ac Θερμησὸς, mox factus eſt Τερμησσὸς, ac Τερμησός· poſteà Τερμισσός· & tandem Τελμησσὸς ac Τελμισσός. Vnde Latinè etiam ſcriptum vocabulum primò fuit *Thermeſſus*. ex quo quum deinde fieret *Thermeſus* & *Thelmeſus*; tandem, extritâ primâ literâ *T* & vitiato *m* in *b*, factum eſt *Herbeſus*, & *Helbeſus*. Occaſionem autem variandi iſta duo in Siciliâ ac Piſidiâ vocabula exſcriptoribus præbuiſſe videtur conſimile vocabulum in opido maritimo Lyciæ; quod Ptolemæo Græcis literis ſcribitur Τελμησσὸς, Plinio autem, lib. V, cap. XXVII, unà cum amne ter memoratur *Telmeſſus*.

Cæterùm ὁ Πόρπαξ, PORPAX, qui fuerit ille Aeliani in iiſdem Aegeſtanorum PORPAX amnis.
agris *fluvius*, minimè liquet. quamquàm Thomas Fazellus, dictæ decad. I, lib. VII, cap. IIII, ipſas eum interpretatur calidas aquas; quæ, in eumdem cum Termeſſo defluentes Scamandrum, olim dicebantur, ut ſuprà oſtenſum, Αἰγεσταῖα ὕδατα, id eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

SEGESTANAE *aquæ*; *quæ &* PINCIAE.

AEGESTANAE ſive SEGESTANAE AQVAE. Eædem unde poſteà PINCIAE dictæ ſint, incertum eſt.

Cæterùm urbs ipſa Segeſta quum è florentiſſimis Siciliæ urbibus ſemper una fuiſſet, multaque bella cum finitimis Selinuntiis, potente itidem civitate, geſſiſſet; Agathocles tandem, Syracuſanorum tyrannus, omneis eius incolas excîdit; noviſque cultoribus contributis, novum etiam nomen ferre eam voluit; ut auctor eſt Diodorus, prædicto lib. XX. Verba eius hiſtoriæ poſtrema hæc ſunt: Ἡ μὲν οὖν Αἴγεστα τυχοῦσα μιᾶς ἡμέρας ἀτυχοῦς ἡβηδὸν ἐθανατώθη. τῆς δὲ πόλεως οὐδὲ τὴν προσηγορίαν ἀπολιπὼν ὁ Ἀγαθοκλῆς, ἀλλὰ Δικαιόπολιν μετονομάσας, ἔδωκεν οἰκητήριον τοῖς αὐτομόλοις. Id eſt: *Sic igitur Aegeſta, calamitoſiſſima unius diei vexatione, cum omni hominum flore ad internecionem interiit. Quin urbs ipſa ne nomen retineret, Dicæopolim mutato vocabulo adpellavit Agathocles; transfugiſque habitandam conceſſit.* Factum hoc Olympiadis CXVIII anno II, Athenis ſummum gerente magiſtratum Anaxicrate; ante natum Chriſtum anno CCCVII. Sed jam antè à Carthaginienſibus deleta fuit. Cicero, in dictâ Verrinâ IIII, ſuprà ſcriptis verbis continuat iſta: *Hoc quondam opidum, quum illa civitas cum Pœnis ſuo nomine ac ſuâ ſponte bellaret, à Carthaginienſibus vi captum atque deletum eſt. Fuit apud Segeſtanos ex ære ſimulacrum Dianæ, tùm ſummâ atque antiquiſſimâ præditum religione, tùm ſingulari opere artificioque perfectum. hoc tranſlatum Carthaginem.* Mox: *Aliquot ſæculis poſt P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit. Qua in victoriâ convocatis Siculis omnibus, quòd diutiſſimè ſæpiſſiméque Siciliam vexatam à Carthaginienſibus cognorat; jubet omnia conquiri: pollicetur, ſibi magnæ curæ fore, ut omnia civitatibus, quæ cuiusque fuiſſent, reſtituerentur.* Inter bellum Punicum tertium & magiſtratum Anaxicratis ſæculum dumtaxat unum cum dimidio interceſſit. Longè igitur ante Agathoclis tempeſtatem excidium id factum, certum eſt. Diodorum id nuſquàm adnotaſſe, miror. qui tamen lib. XIII, in rebus Olympiadis XCII anni tertii, quum ſummum gereret Athenis magiſtratum Diocles, id eſt, CCLVIIII annis ante dictum Punicum bellum tertium, Aegeſtanos ſocios vocat Carthaginienſium. Sed poſt Agathoclem etiam, Dicæopolis novo vocabulo abjecto, antiquum nomen iterum obtinuerunt. nam & ipſe poſteà Diodorus lib. XXIII, ut referunt Eclogæ legationum, in rebus geſtis belli Punici primi, quod anno XXIIII ab exitu Agathoclis cœpit, memoravit *Aegeſtam* opidum, à Romanis obſeſſum, opidanoſque *Aegeſtanos*: & Cicero, in Verrinâ III, inter *civitates ſine fœdere immuneis ac liberas Segeſtam* connumerat. unde Plinius etiam lib. III, *cap.* VIII, *Intus*, inquit, *Latinæ condicionis Centuripini, Netini, Segeſtani*. Quando tandem omnis interierit, incertum eſt.

CRIMISVS *amnis.*

Cæterùm ὁ Κριμισὸς ποταμὸς, CRIMISVS *amnis*, licet paullo remotior ab Segeſtâ & orâ maritimâ in mediterraneis fluat; tamen, quia crebra eius in hiſtoriâ dictæ urbis facta eſt mentio: unde etiam ab omnibus hactenus pro eo flumine, quod Segeſtam prælabitur, habitus eſt: res poſcit, uti & ipſe hoc loco indicetur. Sed priùs de nomine eius pauca quædam expediantur. Variè id in variis variorum auctorum exemplaribus conſcriptum reperitur. In unius Virgilii eiuſque commentatorum exemplaribus nunc *Crimiſus*, nunc *Crimniſus*, & aliàs *Criniſus*, legitur, inconſtantiſſimâ ſcripturâ. Servius etiam ad id nominis ita commentatus eſt: *Heſiona ad Siciliam delata, à Crimiſo fluvio, quem Criniſum Virgilius poëticâ licentiâ vocat, compreſſa, edidit Egeſtum.* At alia exemplaria habent; *à Crimniſo fluvio, quem Crimiſum Virgilius vocat*: alia, *à Crimiſo, quem Crimniſum Virgilius vocat*. Ita, uti, quid ipſe poëta, quidve deinde commentator eius ſcripſerit, haud facilè dijudicare queas. Apud Vibium, in fluminum catalogo ita legitur: *Cruniſos, Siciliæ, civitate Atilac.* Apud Hyginum, cap. CCLXXIIII, eſt *Criniſus*. apud Cornelii Nepotis epitomatorem Aemilium Probum, in vitâ Timoleontis *Criniſſum*, & in quibuſdam exemplaribus longè corruptius, *Chyniſſum flumen*. quod apud Plutarchum, in eodem Timoleonte eſt Κριμησὸς, *Crimeſus*: & apud Diodorum, lib. XVIIII Κρημισσὸς, *Cremiſſus*, & in alio exemplari Κρηνισσὸς, *Creniſſus*. Apud Lycophronem verò, ut ſuprà citatum, & eius ſcholiaſten legitur Κριμισσὸς, *Crimiſſus*: & ita apud Æelianum, dicto lib. II, cap. XXXIII. Verùm ego ex cunctis colligo, verum genuinumque fluvii nomen fuiſſe ὁ Κριμισὸς, CRIMISVS: ut habet loco ſuprà citato Dionyſius Halicarnaſſenſis. quod poſteà poëtæ fecerunt Κριμισσὸς CRIMISSVS; ut Servius innuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

innuit. Sic & urbs in Italiâ Straboni lib. VI & Stephano narratur Κρίμισα, *Crimiſa*; quæ eadem Κρίμισσα, *Crimiſſa*, Lycophroni & Scholiaſtæ eius Iſacio, à Philoctete ad *Crimiſum* ſeu *Crimiſſum promontorium* in Crotonienſi agro condita. Apud Stephani epitomatorem hæc leguntur: Κρίμισα, πόλις Ἰταλίας, πλησίον Κρότωνος καὶ Θουρίου· Λυκόφρων· ἀπὸ Κριμίσης νύμφης. τὸ ἐθνικὸν Κριμισαῖος. καὶ ποταμὸς [deeſſe videtur, Κριμισὸς τῆς Σικελίας.] Id eſt: *Crimiſa, opidum Italiæ propè Crotonem ac Thurium; auctore Lycophrone: à Crimiſâ nymphâ ſic dictum. Gentilitium inde eſt, Crimiſæus. Eſt & fluvius Crimiſus in Siciliâ.* Strabo dicto libro ait Philocteten miſiſſe, ut ſuprà memoratum, quoſdam cum Aegeſto Troiano in Siciliam, qui Aegeſtam urbem illic condiderunt. Hoc ſi verum; certè nomen promontorii atque opidi, quod in Italiâ reliquerat, in Siciliam detulit Aegeſtus; fluminique ſuæ illic ditionis maximo impoſuit. ſin falſum; omnis iſta fabula ex duûm diverſorum locorum uno eodemque nomine contexta eſt. Verùm de nomine ſatis. Nunc ſitum amnis certis documentis indicemus. Plutarchus in vitâ Timoleontis, qui Syracuſanis in auxilium contra Carthaginienſeis à Corinthiis miſſus erat, ita ſcribit: Αὐτὸς μὲν εἰς τὰς Συρακούσας ἐπανῆλθεν τῇ καταστάσει τῆς πολιτείας προσέξων· τοὺς δὲ περὶ Δείναρχον καὶ Δημάρετον εἰς τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐξέπεμψεν ἐπικράτειαν· οἱ πόλεις πολλὰς ἀφιστάντες τῶν βαρβάρων, οὐ μόνον αὐτοὶ διῆγον ἐν ἀφθόνοις, ἀλλὰ καὶ χρήματα παρεσκεύαζον εἰς τὸν πόλεμον ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων. ἐν τούτῳ δὲ Καρχηδόνιοι καταπλέουσιν εἰς τὸ Λιλύβαιον, ἄγοντες ἑπτὰ μυριάδας στρατοῦ, καὶ τριήρεις διακοσίας, καὶ πλοῖα χίλια, κομίζοντα μηχανὰς καὶ τέθριππα καὶ σῖτον ἄφθονον καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν. Ὁ μὲν οὖν Τιμολέων, τοὺς στρατιώτας ἐπιρρώσας, κατὰ τάχος ἦγεν πρὸς τὸν Κρίμησον ποταμὸν, ὅπου καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἤκουσε συνάπτειν. ἀναβαίνουσι δὲ αὐτοῖς πρὸς λόφον, ὃν ὑπερβάλλοντες ἔμελλον κατόψεσθαι τὸ στράτευμα καὶ τὴν δύναμιν τῶν πολεμίων, ἐμβάλλουσιν ἡμίονοι, σέλινα κομίζοντες· καὶ τοῖς στρατιώταις εἰσῆλθε, πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ὅτι τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν ἐπιεικῶς στεφανοῦν σελίνοις. βουλόμενος οὖν αὐτοὺς ἀπαλλάξαι τῆς δεισιδαιμονίας καὶ τὴν δυσελπιστίαν ἀφελεῖν ὁ Τιμολέων, τὸν στέφανον αὐτοῖς ἔφη πρὸ τῆς νίκης κομιζόμενον, αὐτομάτως εἰς τὰς χεῖρας ἥκειν. οἱ γὰρ Κορίνθιοι στεφανοῦσι τοὺς Ἴσθμια νικῶντας, ἱερὸν καὶ πάτριον στέμμα τοῦ σελίνου νομίζοντες. ἐντυχὼν οὖν ὁ Τιμολέων τοῖς στρατιώταις, καὶ λαβὼν τῶν σελίνων, κατεστέψατο πρῶτος αὐτὸς, εἶτα οἱ περὶ αὐτὸν ἡγεμόνες καὶ πλῆθος. τὸ δὲ ἔτος ἱστάμενον θέρους εἶχεν ὥραν, καὶ λήγοντι μηνὶ Θαργηλιῶνι, πρὸς τὰς τροπὰς ἤδη συνῆπτεν τὸν καιρόν. ὁμίχλην οὖν τοῦ ποταμοῦ πολλὴν ἀναδιδόντος, πρῶτον μὲν ἀπεκρύπτετο ζόφῳ τὸ πεδίον, καὶ σύνοπτον οὐδὲν ἦν ἀπὸ τῶν πολεμίων, πλὴν ἠχή τις ἄκριτος καὶ συμμιγὴς ἄνω πρὸς τὸν λόφον ἐχώρει πρόσωθεν ἀνισταμένης στρατιᾶς τοσαύτης. ὡς δὲ ἀναβάντες ἐπὶ τὸν λόφον ἔστησαν οἱ Κορίνθιοι, τῶν ὑπὸ πόδας τόπων ἀνακαθαιρομένων, ὅ τε Κρίμησος ἐξεφάνη, καὶ διαβαίνοντες αὐτὸν ὤφθησαν οἱ πολέμιοι. ὁ μὲν οὖν Τιμολέων, συνιδὼν, τὸν ποταμὸν αὐτοῖς ταμιεύοντα, τοῦ πλήθους τῶν πολεμίων ἀπολαβεῖν ὅσοις ἐθέλοιεν αὐτοὶ μάχεσθαι, καὶ τοὺς στρατιώτας καθορᾶν κελεύσας τὴν φάλαγγα τῷ ῥείθρῳ διαλελυμένην, καὶ τοὺς μὲν ἤδη διαβεβηκότας, τοὺς δὲ μέλλοντας, προσέταξε Δημαρέτῳ λαβόντι τοὺς ἱππεῖς ἐμβαλεῖν εἰς τοὺς Καρχηδονίους. * . * . Committitur hinc prœlium; quo Timoleon ſuperior evaſit. * . . * . Καὶ γὰρ ὁ Κρίμησος ὑπὸ τῶν διαβαινόντων ἐκλύθη, μέγας ἤδη τοῖς ὄμβροις ηὐξημένος, καὶ τὸ πεδίον τὸ περὶ αὐτὸν ὑπὸ πολλὰς συναγκείας καὶ φάραγγας ὑποκείμενον, ἐπίμπλατο ῥευμάτων οὐ κατὰ πόρον φερομένων, οἷς οἱ Καρχηδόνιοι καλινδούμενοι, χαλεπῶς ἀπήλλαττον. τέλος δὲ τοῦ χειμῶνος ἐπικειμένου, καὶ τῶν Ἑλλήνων τὴν πρώτην τάξιν αὐτῶν ἄνδρας τετρακοσίους καταβαλόντων, ἐτράπη τὸ πλῆθος εἰς φυγήν. καὶ πολλοὶ μὲν ἐν τῷ πεδίῳ καταλαμβανόμενοι διεφθείροντο, πολλοὺς δὲ ὁ ποταμὸς τοῖς ἔτι περαιουμένοις συμπίπτοντας ἐμβάλλων καὶ παραφέρων ἀπόλλυεν. * . . * . καὶ γὰρ τὸ στρατόπεδον μετὰ τῶν ὑποζυγίων διαβάντες ἔλαβον. Hoc eſt: *Ipſe Timoleon Syracuſas rediit; conſtituendæ reipublicæ operam daturus. Dinarchum verò & Demaretum cum ſuis militibus in Carthaginienſium dimiſit ditionem. qui opida complura receperunt à Barbaris. unde non ipſis modò omnia ſuppetebant abundè; ſed & pecuniam ad bellum ex prædâ conficiebant. Interim Pœni cum exercitu* LXX *millium militum,* CC *triremibus* CIↃ *navibus, quibus tormenta bellica, currus, magnam vim commeatus & alium adparatum portabant, Lilybæum adplicuêre. Itaque Timoleon milites, à ſe confirmatos, raptim ducebat ad Crimeſum amnem: ubi hoſtem ſe inventurum, intellexerat. Subeunti collem, quo ſuperato exercitum & copias hoſtium erant ſubjectos oculis habituri, occurrunt muli, apium ferentes. id militibus fœdum omen viſum eſt; quia defunctorum ſepulcris ferè coronas ex apio imponere ſolemus. Hos Timoleon uti ſuperſtitione ſolveret, conſternationeque liberaret; coronam dixit, ante victoriam*

*riam ipſis delatam, ultro in manus venire. quidpe Corinthii, ſacram arbitrantes atque patriam apii coronam, eâ victores Iſthmiorum ludicro coronant. Ita igitur milites adfatus Timoleon, ſumſit apium: ac princeps ipſe coronam ex eo ſibi impoſuit; inde tribuni militum; ac tandem ipſa multitudo. Tempeſtas tunc ineuntis æſtatis erat; & præcipite menſe Thargelione vergebat jam annus ad ſolſtitium. itaque quum nebulam ingentem amnis edidiſſet, ea primùm texit caligine campos, & omnem amovit conſpectum hoſtium: tantùm ſonus surſum in collem perferebatur incertus & confuſus; qui procul excitabatur à tanto exercitu. Vt evaſerunt in collem & conſtiterunt Corinthii; apertis campis ſubjectis, & Crimeſus adparuit, &, qui eum transmittebant, ſubjecti oculis hoſtes fuêre. Timoleon, cernens, fluvium ipſis diſpenſare, ut de hoſtium numero ſumerent, quantâ cum manu dimicare liberet; militibus juſſit aciem eorum contemplari, flumine disjectam, & partim transgreſſos jam, partim transgreſſuros: ſimulque Demaretum in Pœnos equitatum immittere juſſit. * . * .* Committitur hinc prœlium; quo Corinthii ſuperiores. * . * . *Namque Crimeſus, cum imbribus jam auctus, tùm transeuntium cauſâ exundavit; circumjectusq. campus multis ſubjectus vallibus & lacunis complebatur fluentis non alveo ſuo decurrentibus; quibus Pœni impediti adſtictabantur. Tandem tempeſtate premente, ac primâ eorum acie, quæ erat CCCC militum, à Græcis conciſâ, reliqua multitudo in fugam converſa eſt. Magna vis in campo deprehenſi interficiuntur: amnis verò multos, qui in transeunteis adhuc irruebant, impellens & transverſos rapiens haurit. * . * . Nam flumen transgreſſi caſtra quoque cum impedimentis ceperunt.* De eâdem expeditione ita narrat Diodorus lib. XVI: Ἀπορούμενος δὲ χρημάτων ὁ Τιμολέων εἰς τὰς τῶν ξένων μισθοδοσίας, ἐξαπέστειλε στρατιώτας χιλίους μετὰ τῶν ἀξιολογωτάτων ἡγεμόνων εἰς τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν. οὗτοι δὲ πολλὴν χώραν πορθήσαντες, καὶ λαφύρων πλῆθος κομίσαντες, παρέδωκαν τῷ Τιμολέοντι. ὁ δὲ, λαφυροπωλήσας τὴν λείαν, καὶ χρημάτων πλῆθος ἀθροίσας, ἔδωκε τοῖς μισθοφόροις εἰς πλείω χρόνον τοὺς μισθούς. ἐκράτησε δὲ καὶ τῆς Ἐντέλλης. Καρχηδόνιοι δὲ, τοὺς κατὰ τὴν Σικελίαν στρατηγοὺς ὁρῶντες ἀγεννῶς τὸν πόλεμον διοικοῦντας, ἔκριναν, ἑτέρους ἀποστέλλειν μετὰ δυνάμεως μεγάλης. * . * . Καρχηδόνιοι μὲν οὖν μεγάλας παρασκευὰς εἰς τὸν πόλεμον πεποιημένοι, διεβίβασαν τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Σικελίαν. εἶχον δὲ σύμπαντας, σὺν τοῖς προϋπάρχουσιν ἐν τῇ νήσῳ, πεζοὺς μὲν πλείους τῶν ἑπτακισμυρίων, ἱππεῖς δὲ καὶ ἅρματα καὶ συνωρίδας οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων, ναῦς δὲ μακρὰς μὲν διακοσίας, φορτηγοὺς δὲ, τὰς τοὺς ἵππους τε καὶ βέλη καὶ σῖτον καὶ τἄλλα κομιζούσας, πλείους τῶν χιλίων. Τιμολέων δὲ, πυθόμενος τὸ μέγεθος τῆς τῶν πολεμίων δυνάμεως, οὐ κατεπλάγη τοὺς βαρβάρους, καίπερ εἰς ὀλίγους στρατιώτας συνεσταλμένος. ἔδοξε δ᾽ αὐτῷ τὸν πρὸς τοὺς Φοίνικας ἀγῶνα συστήσασθαι κατὰ τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν. ἤδη δ᾽ αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἀκραγαντίνην ὄντος, παραδόξως ἐνέπεσε τῇ στρατιᾷ ταραχὴ καὶ στάσις. * . * . * . αὐτὸς δὲ τοὺς ἄλλους ταῖς φιλανθρώποις ἐντεύξεσιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν εὔνοιαν ἀποκαταστήσας, προῆγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὐ μακρὰν στρατοπεδεύοντας. * . πάντων δὲ καθάπερ τινὶ μιᾷ φωνῇ βοώντων ἐπιθέσθαι τοῖς βαρβάροις, καὶ κατάρχεσθαι τῆς μάχης, κατὰ τύχην ὑποζυγίων σέλινα κομιζόντων εἰς τὰς στιβάδας, ὁ Τιμολέων ἔφη δέχεσθαι τὸν οἰωνὸν τῆς νίκης· τὸν γὰρ Ἰσθμιακὸν στέφανον ἐκ σελίνου συνίστασθαι. οἱ δὲ στρατιῶται, παραγγείλαντος τοῦ Τιμολέοντος, ἐκ τῶν σελίνων πλέξαντες στεφάνους, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιθέντες, προῆγον μετὰ χαρᾶς, ὡς τῶν θεῶν προσημαινόντων αὐτοῖς τὴν νίκην· ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. ὁ μὲν γὰρ Τιμολέων, ἐκτάξας τὴν δύναμιν, κατέβαινεν ἀπό τινων λόφων ἐπὶ τὸν [Κριμισὸν] ποταμόν· καὶ μυρίων ἤδη διαβεβηκότων, ἐξ ἐφόδου τούτοις ἐπέρραξε. γινομένης δὲ μάχης καρτερᾶς, καὶ τῶν Ἑλλήνων ὑπερεχόντων ταῖς τε ἀρεταῖς καὶ ταῖς εὐχερείαις, πολὺς ἐγίνετο φόνος τῶν βαρβάρων. * . * . τὸ δὲ μέγιστον, λάβρων γινομένων τῶν ὄμβρων, ὁ ποταμὸς βιαιοτέρῳ τῷ ῥεύματι καταφερόμενος, πολλοὺς ἐβάπτιζε, καὶ μετὰ τῶν ὅπλων διανηχομένους διέφθειρε. * . * . τῶν δὲ Καρχηδονίων οἱ διαφυγόντες τὸν ἐν τῇ μάχῃ κίνδυνον, μόλις εἰς τὸ Λιλύβαιον διεσώθησαν. Hoc eſt: *Quum rei nummariæ difficultate premeretur Timoleon; nec eſſet, unde militi ſtipendium numeraret; CIↃ armatos cum ducibus præſtantiſſimis in Carthaginienſium ditionem excurrere jubet. Hi terras illorum longè latèque populati, prædam, quam inde luculentiſſimam retulerant, Timoleonti tradunt. qua ſub haſtâ venundatâ, quum pecuniarum vim magnam coëgiſſet, ad prolixum inde tempus ſtipendia conductitiis perſolvit. Cæterùm Entellâ quoque potitus eſt. At Carthaginienſes, ignaviter bellum à præfectis ſuis adminiſtrari videntes, alios cum inſtructis militum copiis mittendos decreverunt. * . * . Itaq. Carthaginienſes, poſt magnos belli adparatus, copias trajecerunt. quarum numerus in univerſum LXX peditum millia, cum iis, quos jam anteà in Siciliâ in ſtativis habebant, exceſſit. equites verò currusq. bellici cumbigis non pauciores decies mille erant. naves item longæ*

CC, *& onerariarum, equos, inſtrumenta, commeatum, & id genus alia vehentium, plus quàm* CIↃ. *Timoleon, de tantâ hoſtilis exercitus magnitudine certior factus, minimè expavit; licet militum eius numerus in arctum reſtrictus eſſet. Commodiſſimum verò duxit, ſi bellum in ipſorum Carthaginienſium ditionem transferret. Iamque in Agrigentinum agrum perventum erat, quum ſubitò ingens in caſtris tumultus & ſeditio exoritur.* * . * . * . *Ipſe, reliquis alloquii humanitate ad priſtinum benevolentiæ affectum reductis, in hoſtem, haud procul inde caſtra habentem, movet.* * . *Quumque omnes unâ veluti voce exclamarent, impreſſionem in Barbaros faciendam, pugnamque ſine morâ inceptandam eſſe; fortè accidit, ut apiorum faſciculi ad inſtruendos thoros à jumentis adportarentur. hoc victoriæ omen amplecti ſe dixit Timoleon: Iſthmiacam enim coronam ex apio texi. quin etiam milites, Timoleonte ſic jubente, ex apiis ſibi corollas nectunt: hiſque capita redimiti, cum gaudio in hoſtem tendunt; ac ſi certam dii victoriam portenderent. quod etiam eventus ratum fecit. Timoleon quidpe inſtructâ acie de collibus quibusdam ad* [*Crimiſſum*] *flumen deſcendebat. jamque* X *millia Barbarorum flumen transierant, quum ſubito eos incurſu ipſe invaſit. Validum inde certamen inhorreſcit. in quo virtute manuumque promtitudine ſuperantibus Græcis, funeſta Barbarorum editur ſtrages.* * . * . *Et quod omnium maximum erat; è pluviis immodicè fuſis, violentiore tunc impetu amnis decurrens, multos, præſertim qui cùm armis ad tranatandum ſeſe in eum abjecerant, demerſit.* * . * . *Qui discrimen pugnæ evaſerant, ægrè ſe Lilybæum receperunt.* In vulgatis equidem Diodori exemplaribus nomen amnis, ad quem nobiliſſima hæc pugna pugnata fuit, abeſt. at perſcripſiſſe tamen id auctorem, patet ex articulo adjuncto, τὸν ποταμόν. nam anteà nulla alicuius fluminis fit mentio. Apud eumdem auctorem lib. XVIII ita legitur: Καθ' ὃν δὴ χρόνον Τιμολέων ὁ Κορίνθιος, νικήσας τὴν ἐπὶ τῷ Κρημισσῷ μάχην τοὺς Καρχηδονίους, μετέδωκε τῆς ἐν Συρακούσαις πολιτείας πᾶσι τοῖς βουλομένοις. Id eſt: *Quo tempore Timoleon Corinthius, victis apud Cremiſſum Carthaginienſibus, civitate Syracuſanâ donavit omneis, qui ſe adgregare vellent.* Apud ſuprà dictum Aemilium Probum in Timoleonte hæc ſunt: *Dionyſio ſuperato, Timoleon maximas copias Carthaginienſium apud Crimiſum flumen fugavit.* Cæterùm ex ſuprà ſcriptis Plutarchi Diodorique narrationibus clarè liquidóque patet, *Crimiſum flumen* fuiſſe unum ex maioribus Siciliæ amnibus, inter Lilybæum & Agrigentinum agrum. quæ loca quum tam diſertè ab dictis auctoribus nominentur; miror ego, quibus rationibus omnes pariter huius ſæculi Siciliæ ſcriptores inducti, Crimiſum eum interpretati ſint amnem, qui, apud Segeſtam fluens, vulgò nunc Frigidus adpellatur, olim autem accolis vocabatur Scamander; teſtibus, Virgilio, Diodoro, atque Strabone; quos ſuprà citavi. Certè ex ſuprà ſcriptâ Diodori Plutarchique hiſtoriâ Crimiſus nullus alius eſſe poteſt amnis, quàm qui in Panormitano agro ad opidulum Caſale Græcorum exorſus, primùm inter opida Scalam Curiæ & Buſamarium, mox propter Iatum & Petram longam opida arcemque Calatraſim, & Entellam, qui hodiéque ita vocatur, montem veteriſque Entellæ urbis ruinas defluens, tandem in dextram Hypſæ amnis ripam in Selinuntiorum agro effunditur, vulgari nunc & communi cum ipſo Hypsâ nomine *Belíci* dictus; &, ad discrimen illius, interdum Belícis dexter cognominatus. Diodorus tradit, Timoleontem Entellam Carthaginienſis ditionis opidum eâ expeditione occupaſſe. id haud dubiè Carthaginienſes, cum auctis copiis à Lilybæo profecti, recuperare voluerunt. eò quum iter intenderent; Timoleon contrà eódem & ſuas movit copias: deprehenſosque Carthaginienſeis in Crimiſo fluvio, prœlio fudit atque fugavit. Apud Vibium igitur, ubi legitur, *Cruniſos, Siciliæ, civitati Atilac*; ſcribendum eſſe, *Crimiſos, Siciliæ, civitate Atilla*, ſive *Atella*; liquidò inde perſpicitur. namque *Entellam* aliâ vocabuli formatione etiam *Entallam*, & item *Atallam* dictam fuiſſe, Lycophronis ſuprà teſtatus eſt ſcholiaſtes. Scriptum verò ab ipſo fuiſſe Vibio *Atilla*, facilè crediderim; quando dictus ſcholiaſtes ab *Athyllâ*, Aegeſti uxore, dictum fuiſſe opidum innuit. Sed & hoc documentum ad prædicta argumenta accedit, quòd hoc tractu inter Entellam & Selinûntem urbeis tantâ copiâ etiam tunc antiquis temporibus creverit τὸ σέλινον, id eſt, *apium*, uti etiam flumen inde atque urbs nomen acceperint Σελινοῦς Selinûs; ut ſuprà intellectum. Quòd igitur veteres illi ſuprà ſcripti auctores in Aegeſti hiſtoriâ Crimiſum amnem memorarunt; id nullo modo ad unam Segeſtam urbem eiusque flumen trahendum eſt: ſed ad

omnem illum agrorum tractum, qui ab Entellâ hinc ad Lilybæum & Drepana; illinc ad Segeſtam protenditur. quem ille nobilis Troianus, ſive Crimiſus ſive alio nomine, cum Phœnodamantis filiabus à Troiâ in has inſulæ oras profectus, incoluit, antequàm Aegeſtus cum Elymo treis prædictas in eo urbeis conderet.

Bathys ſive Iatis amnis.

Porrò litus ab Segeſtâ ad Panormum usque apud Ptolemæum deſcriptum fuit hoc modo: Ἐμπόριον Σεγεστανῶν, Βαθέος ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Κητάρια, Πάνορμος. Id eſt: *Emporium Segeſtanorum, Bathys fluvii oſtium, Cetaria, Panormus.* Ex his ὁ Βαθὺς ποταμὸς, BATHYS *fluvius* extra controverſiam is eſt, qui vulgari nunc vocabulo accolis dicitur *Iati.* Nomen illud Græcum Βαθὺς, quod *Profundum* Latinè notat, à re ipsâ inditum ei eſſe poterat, quia altis & abruptis in ſaxeo ſolo eſt ripis. verùm mirum tamen fuerit, ni verum eius olim nomen fuerit idem quod etiamnunc obtinet, Ἴατις IATIS, ſive Ἴαθις IATHIS: quandoquidem ab monte profluit, cui unà cum ſuperſtructo opido vocabulum etiamnunc eſt *Iati:* quod opidum, ut ſuo loco latiùs oſtendam, Philiſto apud Stephanum dicitur Ἰεταὶ, & Silio Latino ore *Ietas.* unde Diodoro ac Plinio opidani ſunt Ἰετῖνοι, *Ietini.* Ac licet apud Stephanum & in Eclogis legationum ex Diodori hiſtoriâ id vocabulum per brevem ſcriptum ſit vocalem ε, tamen aliis etiam ſcriptum fuiſſe per η longam vocalem Ἰηταῖς, Silius teſtis fuerit, lib. XIIII, hoc verſu:

Sidonios Arbela ferox & celſus Ietas.

Quamquàm & in *Arbela* vocalis media heic producatur, quæ Græcis auctoribus eſt ε, ut ſuo loco oſtendetur.

Cetaria opidum.

Τὰ Κητάρια πόλις, CETARIA *opidum*, inter Bathyn quidem fluvium & Panormum ponitur à Ptolemæo eo ſitu, cui antiqui cuiusdam opidi ruinæ, quæ vulgò nunc dicuntur *Palamita,* omnibus partibus ac numeris conveniunt. at quia heic *Parthenicum* opidum olim fuiſſe, certis ex documentis deprehendo; meritò Fazelli acceſſerim ſententiæ, qui *Cetariam* inter Segeſtanorum emporium & promontorium S. Viti fuiſſe cenſet, ubi antiqui opidi quædam veſtigia cum ſpeculâ vulgò nunc incolis dicuntur *Scupello.* heic quidpe hodiéque τὰ κήτη, *cete*, ſive *thunni*, magnâ capiuntur copiâ, ac ſale condiuntur. unde olim loco nomen à Romanis Latinâ lingvâ impoſitum. *Cetariæ* enim, ſive *Cetaria*, dicebantur illis lacus ſive ſtagna marina, in quibus τὰ κήτη, id eſt, omnis generis maiores piſces marini, maximè verò thunni, capiebantur, juxtáque ſaliebantur. Horatius, Satyrâ V, libri II:

Plures adnabunt thunni, & cetaria creſcent.

Plinius, lib. XXXI, cap. VIII: *Nunc* [*garum*] *è ſcombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis Spartariæ cetariis.* Et lib. XXXVII, cap. V: *Ferunt in eâ inſulâ tumulo reguli Hermiæ juxta cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi inſtrumenta refugerent thynni: diu mirantibus novitatem piſcatoribus; donec mutavêre oculis gemmas.* Huiusmodi igitur *Cetariæ*, ſive neutro genere, quo Ptolemæus heic Latino uſus eſt in Romanorum provinciâ vocabulo, τὰ Κητάρια, *Cetaria*, jam olim fuêre in prædicto loco, qui vulgò nunc adpellatur *Scupello.*

Parthenicvm opidum.

Suprà dictus igitur locus, vulgò nunc *Palamita* dictus, antiqui illius habet ruinas opidi, quod Antonini itinerario dicitur PARTHENICVM. erravitque haud modicè Fazellus, *Elymam* neſcio quam urbem heic ſtatuens. Verba eius Decadis primæ, libri ſeptimi, capite V, hæc leguntur: *Ab Iati faucibus paſſuum millia* III *S. Cataldi turris ſpecula, ab ædiculâ eiusdem nominis adpellationem habens, occurrit; & juxta eam fluvii, divi eiusdem titulo inſcripti, oſtium. ubi ſinum maris piſculentiſſimi capaciſſimum, atque in eius interiori receſſu loco prominentiori arcis vetuſtiſſimæ, quomdam ad maris litorisque cuſtodiam exſtructæ, magna ex quadratis lapidibus habet veſtigia. juxta quæ multi ſpecus, habitationi idonei, feneſtellis quibusdam in mare deſpiciunt: in quibus, veri ſimile eſt, ſpeculatores olim obſervatoresque navium hoſtilium, quas & ex his locis, ſi neceſſitas poſtularet, facillimè offendere poterant, habitaſſe. & non procul inde, niſi paſſus* 10, *ad meridiem fons eſt ingens, agrum adjacentem irrigans, & in mare fluens; quem Aquam regis vocant: cui & turris ſuperimpoſita, & vetuſtate & induſtriâ, nominis quoque perpetuitate regem conditorem præ ſe fert. agri prætereà vicini, frumenti, vini, oleiq; ſunt feraciſſimi, & pluribus permagnis fontibus ibi ſcaturientibus irrigui. Imminet huic ſinui duobus à mari paſſuum millibus mons arduus, excelſus, præruptus, atque unico ad orientem ac mediterranea adſcenſu tutiſſimo & pauciſſimi præſidii indigo difficillimus. in cuius vertice planities eſt mille fermè paſſuum: cuius totum ambitum ingentes magnæ urbis & proſtratarum*

ædium

ædium ruinæ, lapides immenſi, tegulæ lateritiæ inauditæ craſſitudinis, vaſa fictilia antiquiſſimæ inuſitatæque formæ, ac pro ſingulis liminibus ſingulæ ferè ciſternæ, qualeis & in Eryce & in Segeſtâ urbibus notavimus, ſparſim & confusè occupant. ad angulum urbis, qui mari & zephyri flatibus prominet, magnæ arcis dirutæ, ciſternarum, ædiumque, ac murorum ingentium vaſta cernuntur monumenta. ingreſſum quoque eius, mœnium, ampliſſima quomdam murorum compagine lapidumque quadratorum fabricâ inſurgentium, magna fragmenta impediunt. pro mœnibus quoque jacentium domorum murique, quo ſepiebantur, reliquiæ, ſuburbium aut pomarium benè conſtitutæ ac populoſæ civitatis exſtitiſſe, declarant: quam Alymiten, ſive Palymiten, vulgò hodiè vocant. Hanc urbem nominis penè ſolîus viciniâ Elymam Troianorum urbem fuiſſe, licèt ſatis ex ſe probetur, aliæ tamen non deſunt rationes plureis efficacioreisque, quibus id hucusque Siculis ignoratum confirmem. Primùm enim, Elymam his agris ſtetiſſe, Dionyſii Alicarnaſſæi ac Thucydidis auctoritas docet: Thucydidis; qui lib. VI Soloentum, Panormum, & Motyam, finitima Elymis ponit: Dionyſii verò; quum Segeſtam & Elymam in hac regione agrisque conditas ſcribit. quod utrumque cum deſcripto à nobis ſitu munitiſſimæ reſpondet.* Et tandem, poſt alia ex hiſtoriâ de Elymo & Segeſto deſumta documenta: *Erat ea urbs, quantum ex ambitu colligitur, bis ferè mille laribus habitata. in qua ad eius verticem Aeneas Veneri aram erexit; ut Dionyſius refert.* Aram iſtam ab Aeneâ matri dicatam fuiſſe in Erycis montis vertice, nullamque umquàm fuiſſe Elymam urbem; ſed apud Dionyſium pro Ἔλυμα, legendum eſſe Ἔρυκα, documentis ſuprà in expoſitione Erycis oſtenſum eſt liquidiſſimis. Thucydides etiam nullius urbis ſed gentis Elymorum meminit dicto lib. VI. Verba eius diſerta ac plana hæc ſunt: Ἰλίου δὲ ἁλισκομένου, τῶν Τρώων τινὲς διαφυγόντες Ἀχαιοὺς πλοίοις ἀφικνοῦνται πρὸς τὴν Σικελίαν. καὶ ὅμοροι τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες, ξύμπαντες μὲν Ἔλυμοι ἐκλήθησαν, πόλεις δ᾽ αὐτῶν Ἔρυξ τε καὶ Ἔγεστα. * · * · Ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεσέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πλείω [οἱ Φοίνικες,] Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων ξυνοικίσαντες, ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. Id eſt: *Capto Ilio, quidam Troianorum, Achæos fugientes, navibus in Siciliam adplicuerunt: locatisque juxta Sicanos ſedibus, in univerſum uno nomine Elymi dicti ſunt: urbesque eorum fuêre Eryx & Egeſta.* Et paullo pôſt: *At poſtquàm permulti Græcorum illuc cum navibus trajecerunt; Phœnices, relictis plerisque, Motyam & Soloenta ac Panormum, poſitis ibi ſedibus, unà incoluerunt; tùm Elymorum freti ſocietate, tùm quia exiguo illinc ad Carthaginem trajectu Sicilia diſtat.* Ex his verbis neſcio quomodò Elymam urbem elicere vel conjicere potuit Fazellus. Elymorum certè mentio in universâ Thucydidis hiſtoriâ alia nulla eſt. Suprà dicta autem veteris urbis in montis vertice rudera nemo umquàm Alymiten adpellaverit, niſi qui unà cum Fazello Elymorum inde nomen extorquere velit. vulgò quidpe incolis dicitur is locus *Palimita*. Ego verò ex ſitu, antiquum hoc eſſe illud *Parthenicum*, colligo. ſic enim Antonini habet Itinerarium tribus itineribus:

Panormo		*Panormo*		*Ab Yccaris per maritima loca Drepanum usque*	M. P. XLVI, *ſic:*
Yccaris	XVIII.	*Hyccara*	XVI.		
		Parthenico	VIII.	*Parthenico*	XII.
		Aquis Segeſtanis	XII.	*Ad Aquas Perticianenſes*	XVI.
		Drepanis	XIIII.	*Drepanis*	XVIII.

Fazellum ne quis ſuſpicetur intervalla huius oræ ignoraſſe, ex Decadis eius I, lib. I, cap. I, huc ea adſcribam. *A Drepano*, inquit, *ad Aegitharſum promontorium, Caput S. Viti hodiè dictum, millia paſſuum* XVIII. *à Capite S. Viti ad Caſtrum ad mare, Segeſtanum olim emporium,* XVII. *à Caſtro maris ad arcem S. Cathaldi, quæ Elymæ ſubeſt,* XII. *ab Elymâ ad Hyccaram, nunc Carini murum,* XII. *à Carini ad Motyam, portum hodiè Galli,* IX. *à portu Galli ad Panormum totidem.* Vera atque germana eſſe hæc locorum intervalla, ipſe coram didici. In ſecundo igitur itinere, inter Panormum & Hyccara II millia interierunt, quæ rectè primum iter refert. Inter Hyccara quoque & Parthenicum perperam ſcripta eſſe millia VIII, quæ omni numero erant XII, aperto indicio oſtendit iter tertium. Ex hoc igitur XII millium numero, qui inter Murum Carinorum & Palamitam, quam Elymam interpretatur Fazellus, hodiéque computatur, manifeſtiſſimo documento deprehenditur, dictam Palamitam eſſe antiquum illud opidum *Parthenicum*. à quo porrò rectè Itinerarium habet ad Aquas Segeſtanas alia XII millia: quot hodiéque numerantur inter Palamitam & dictas Aquas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Cæterùm ager circa Palamitam etiamnunc vocatur *Parthenicus*; & opidulum in eo vulgò *Sala di Partenico*, in ipſâ viâ ſitum, qua Panormum itur à Drepanis.

HYCCARA *opidulum.*

Τὰ Ὕκκαρα, HYCCARA, ſive ſingulari numero, τὸ Ὕκκαρον πολισμάτιον, HYCCARUM *opidulum*, memoratur, præter Antonini Itinerarium, Thucydidi, Diodoro, Plutarcho, Athenæo, Syneſio, Stephano. Huius epitomator ſic habet: Ὕκκαρον, πόλις Σικελίας, ὡς Φίλιστος Σικελικῶν πρώτῳ· Ἀπολλόδωρος δ' ἐν δευτέρῳ Χρονικῶν πόλιν λέγει αὐτὴν τὰ Ὕκκαρα. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Θουκυδίδης. Ὕκκαρα δὲ πόλισμα ἐστὶ τῆς Σικελίας, ἔνθεν φασὶ γενέσθαι καὶ Λαΐδα τὴν ἑταίραν. Τὸ ἐθνικὸν Ὑκκαρεὺς, καὶ κτητικὸν Ὑκκαρικός. Id eſt: *Hyccarum, opidum Siciliæ; ut auctor eſt Philiſtus, rer. Sicular. lib.* I. *at Apollodorus, Chronicor. lib.* II, *urbem ipſam vocat Hyccara. Meminit prætereà & Thucydides huius vocabuli. Hyccara verò opidulum eſt Siciliæ; ex quo fuiſſe tradunt Laidem meretricem. Gentilitium eſt Hyccarenſis; & poſſeſſivum Hyccaricus.* Syneſius, Epiſt. III: Ἡ γὰρ Λαῒς, ἔφη τις ἤδη λογογράφος, ἀνδράποδον ἦν Ὑκκαρικὸν, ἐκ Σικελίας ἐωνημένον. Id eſt: *Lais, ut à quodam olim proditum eſt auctore, Hyccaricum erat mancipium, è Siciliâ emtum.* Thucydides lib. VI: Ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἤδη φυγὰς ὢν, οὐ πολλῷ ὕστερον ἐπὶ πλοίου ἐπεραιώθη ἐς Πελοπόννησον ἐκ τῆς Θουρίας. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐρήμη δίκη θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' ἐκείνου. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ λοιποὶ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ, δύο μέρη ποιήσαντες τοῦ στρατεύματος, καὶ λαχὼν ἑκάτερος, ἔπλεον ξὺν παντὶ ἐπὶ Σελινοῦντος καὶ Ἐγέστης. παραπλέοντες δ' ἐν ἀριστερᾷ τὴν Σικελίαν, τὸ μέρος τὸ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν κόλπον, ἔσχον ἐς Ἱμέραν. καὶ ὡς οὐκ ἐδέχοντο αὐτοὺς, παρεκομίζοντο· καὶ ἐν τῷ παράπλῳ αἱροῦσιν Ὕκκαρα, πόλισμα Σικανικὸν μὲν, Ἐγεσταίοις δὲ πολέμιον· ἦν δὲ παραθαλάσσιον. καὶ ἀνδραποδίσαντες τὴν πόλιν παρέδοσαν Ἐγεσταίοις. αὐτοὶ δὲ πάλιν τῷ μὲν πεζῷ ἐχώρουν διὰ τῶν Σικελῶν, ἕως ἀφίκοντο ἐς Κατάνην· αἱ δὲ νῆες περιέπλευσαν τὰ ἀνδράποδα ἄγουσαι. Νικίας δὲ εὐθὺς ἐξ Ὑκκάρων ἐπὶ Ἐγέστης παραπλεύσας, καὶ τἄλλα χρηματίσας, καὶ λαβὼν τάλαντα τριάκοντα, παρῆν ἐς τὸ στράτευμα. Hoc eſt: *Nec multo pòſt Alcibiades ex Thurino agro navi tranſmiſit in Peloponneſum, jam exſul. quem Athenienſes, ſimulque eos, qui cum illo erant, deſerto judicio, capite condemnarunt. Poſt hæc reliqui duces Athenienſium in Siciliâ, bifariam diviſo exercitu, ac ſortitò imperantes, cum omnibus copiis Selinûntem navigant atque Egeſtam. Ac præternavigantes à ſiniſtrâ Siciliam, quà ad Tyrrhenum ſinum vergit, ad Himeram adpulerunt. verùm ab Himerenſibus quum non reciperentur, ultrà provecti ſunt. In præternavigatione ceperunt Hyccara, opidulum maritimum Sicanicum, Egeſtanis infeſtum. id, ab ſe direptum, Egeſtanis tradiderunt. Ipſi rurſus cum peditatu per Siculos peragrando, Catanam usque pervenêre; navibus, qui prædam portabant, circumeuntibus. At Nicias ab Hyccaris protinus Egeſtam navigavit. ibi quum rebus conſtituendis operam dediſſet, acceptis triginta talentis, ad exercitum rediit.* De eâdem re ita Diodorus lib. XIII: Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι, παραδόντες δικαστηρίῳ τοῦ τε Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἄλλων συμφυγόντων τὰ ὀνόματα, δίκην ἐρήμην κατεδίκασαν θανάτου. οἱ δὲ ἐν Σικελίᾳ στρατηγοὶ μετὰ τῆς τῶν Ἀθηναίων δυνάμεως παραπλεύσαντες εἰς Αἴγεσταν, Ὕκκαρα μὲν Σικελικὸν πολισμάτιον ἑλόντες, ἐκ τῶν λαφύρων συνήγαγον ἑκατὸν τάλαντα· κομισάμενοι δὲ καὶ τριάκοντα τάλαντα παρὰ τῶν Αἰγεσταίων, κατέπλευσαν εἰς Κατάνην. Hoc eſt: *Athenienſes, exhibitis judicio Alcibiadis aliorumque, qui ſimul profugerant, nominibus, indictâ illos causâ, capite damnarunt. At in Siciliâ qui remanſerant duces Athenienſium, adſumtis copiis Aegeſtam navibus pervecti, Hyccara Siculorum opidulum capiunt. è cuius ſpoliis centum talenta confecêre. Exactis prætereà* XXX *talentis ab Aegeſtanorum civitate, Catanam revecti ſunt.* Plutarchus item in Niciâ: Ἀποπλεύσαντος δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου μετ' ὀλίγων ἐκ Σικελίας, τὸ πᾶν ἤδη κράτος ὁ Νικίας ἔσχεν. * . * . Καὶ τέλος εἰς Κατάνην ἀπῆλθε, πράξας οὐδὲν ἢ καταστρεψάμενος Ὕκκαρα, βαρβαρικὸν χωρίον· ὅθεν λέγεται καὶ Λαΐδα τὴν ἑταίραν ἔτι κόρην, ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις πραθεῖσαν, εἰς Πελοπόννησον κομισθῆναι. Id eſt: *Vt deceſſit ex Siciliâ cum paucis Alcibiades, auctoritas jam penes Niciam omnis erat.* Poſteà: *Catanam tandem ſe recepit; nullâ re geſtâ, niſi quòd Hyccara, Barbarorum opidulum, excîdit. unde Laidem meretricem aiunt, virginem etiam tum, inter captivos fuiſſe ſub haſtâ venditam, ac deportatam in Peloponneſum.* Item in Alcibiade: Οὕτω δ' αὐτοῦ πεσόντος καὶ τῶν βαρβάρων ἀπελθόντων, ἡ Τιμάνδρα τὸν νεκρὸν ἀνείλετο, καὶ τοῖς αὐτῆς περιβαλοῦσα καὶ περικαλύψασα χιτωνίσκοις, ἐκ τῶν παρόντων ἐκήδευσε λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως. ταύτης λέγουσι θυγατέρα γενέσθαι Λαΐδα, τὴν Κορινθίαν μὲν προσαγορευθεῖσαν, ἐκ δὲ Ὑκκάρων, Σικελικοῦ πολίσματος, αἰχμάλωτον γενομένην. Id eſt: *Quum ad eum modum cecidiſſet, & receſſiſſent Barbari; ſuſtulit Timandra cadaver: ſuisque obvelatum & involutum tunicis, ex præſenti copiâ ſplendidè & prolixè funeravit. Huius ferunt filiam fuiſſe Laidem, quæ Corinthia dicta eſt; quum Hyccaris, Siculorum opidulo, fuerit captiva abducta.* Sed ex hactenus adlatis ſatis manifeſtò jam conſtat, maritimum fuiſſe locum Hyccara.

Hyccara. Huc adde quæ Fazellus, Decad. I, lib. VII, cap. VI, tradit his verbis: *Poſt Elymam Hyccaris, vetus in hac orâ opidum, ad paſſuum millia* XII *ſitum, defecit. cuius ruinæ prorſus jacentes adhuc exſtant loco Garbolangi vocitato. ubi turris ſuperſtructa hodiè eſt, thynnorumque captura. Perſeverat autem priſci nominis id tantummodò veſtigium, quòd locus ille Murus Carinis adpellatur; ab antiquo procul dubio derivatum.* Vulgò dicitur incolis *Muro di Carini*: quod haud dubiè anteà dicebant *Muro d' Iccarini*; id eſt, *Murus Hyccarinorum.* De origine antiqui vocabuli ſic refert Athenæus lib. VII: Τίμαιος δ' ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, περὶ τοῦ Σικελικοῦ πολιχνίου (λέγω δὲ τῶν Ὑκκάρων) διαλεγόμενος, προσαγορευθῆναί φησι τὸ πολίχνιον διὰ τὸ τοὺς πρώτους τῶν ἀνθρώπων ἐλθόντας ἐπὶ τὸν τόπον, ἰχθῦς εὑρεῖν τοὺς καλουμένους ὕκκας, καὶ τούτους ἐγκύους, δι' οὓς οἰωνισαμένους Ὕκκαρον ὀνομάσαι τὸ χωρίον. Hoc eſt: *Timæus, Hiſtoriar. lib.* XIII, *de Hyccaris Siciliæ opidulo verba faciens, ſic adpellatum id tradit, quòd qui primi mortalium in eum locum venerunt, piſceis reperiſſent hyccas nomine; eosque prægnanteis. quod augurium & omen ſequutos, locum nominaſſe Hyccarum.*

Porrò AQVAE illæ PERTICIANENSES, Antonino in præſcripto itinere memoratæ, incertum eſt. Iter ita habet:

Ab Yccaris per maritima loca Drepanum usque M. P. XLVI, ſic:

Parthenico	XII.
Ad Aquas Perticianenſes	XVI.
Drepanis.	XVIII.

Fazelli etiam ſuprà citata ſunt iſta: *A Drepano ad Aegitharſum promontorium, Caput S. Viti hodiè dictum, millia paſſuum* XVIII. *à Capite S. Viti ad Caſtrum ad mare, Segeſtanum olim emporium,* XVII. *à Caſtro maris ad arcem S. Cathaldi, quæ Elymæ ſubeſt,* XII. *ab Elymâ ad Hyccaram, nunc Carini murum,* XII. Tres equidem iſti apud Antoninum numeri, in unum computati, conficiunt millia XLVI, quæ in capite itineris perſcripta ſunt. at ipſi huius oræ maritimæ à Muro Carinorum ad Drepanum longitudini, quæ millium eſt LVIIII, minùs reſpondent. A Parthenico ſive Palimitâ ad Scupellum quum XVII ſint millia, & hinc recto itinere per mediterranea Drepanum usque circiter XVIIII; ſuſpicari aliquis poſſit, ipſum Scupellum antiquorum eſſe *Aquas Perticianenſeis*; eumdemque locum alio nomine dictum fuiſſe *Cetaria.* verùm aquæ heic ſive calidæ ſive frigidæ memorabiles planè nullæ ſunt: tum totum iter Antoninus *per maritima loca* actum fuiſſe, diſertè in prædicto capite docet. Quapropter ſuſpicandum eſt, corruptum primò fuiſſe genuinum numerum inter Parthenicum & Aquas Perticianenſeis in XVI: & hinc porrò germanum quoque in capite numerum vitiatum ab imperito correctore in XLVI. Id ſi concedatur; *Aquæ Perticianenſes* fuerint ad ſuprà dictum promontorium S. Viti; unde millia Drepanum usque numerantur XVIII, quæ Itinerarium habet. Fazellus, Decad. I, lib. VII, cap. III ita ſcribit: *Promontorium S. Viti etſi nullam hodiè teneat coloniam; puteos tamen exhibet perenneis; & inter duos angulos, in mare procurrenteis, ſtationem habet navium capaciſſimam. cui à litore* IↃ *paſſus recedens incubat rupes quædam, à reliquo monte divulſa, Conterrana adpellata. quam urbem olim fuiſſe & terræ motu disjectam, nullâ auctoritate nulloque ſigno vulgus prædicat.*

CAP. III.

Panormus urbs cum portu. Erecta mons & caſtellum. Orethus & Eleutherius amnes. Solûs opidum. Himera urbs & eiusdem nominis fluvius. Thermæ urbs, ſive Aquæ Himerenſes. Minervius ager.

IPſa hinc *urbs* ὁ Πάνορμος, PANORMVS, Thucydidi, Polybio, Ciceroni, Diodoro, Straboni, Melæ, Plinio, Silio, Frontino, Ptolemæo, duobus Itinerariis Romanis, Procopio, Stephano, ac Scholiaſtæ Apollonii memorata, vulgò nunc incolis dicitur *Palermo*; omnium totius Siciliæ maxima ac ſplendidiſſima; regni caput, ac ſedes præſidis, quem Hiſpaniarum rex huc cum titulo viceregis mittit. Antiquum eius vocabulum compoſitum eſt ex duabus vocibus, πάνυ & ὅρμος· quorum PANORMVS *opidum.*

illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

illud *omnino*, hoc *navium adpulſum* ſive *ſtationem* ſignificat: quaſi dicas *eximium portum.* Diodorus lib. XXII, ut referunt Eclogæ legationum: ὁ δὲ Πύῤῥος ἧκεν ἐπὶ τῶν Πανορμιτῶν πόλιν, ἔχουσαν λιμένα κάλλιστον τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν· ἀφ' οὗ καὶ τὴν πόλιν συμβέβηκε τετευχέναι ταύτης τῆς προσηγορίας. Id eſt: *Pyrrhus Panormitanorum urbem adgreditur: quæ pulcerrimum totius Siciliæ portum habet. ex quo & adpellationem iſtam urbs conſequuta eſt.* Hinc etiam poſterioris ævi grammatici & veterum Latinorum auctorum exſcriptores Græco huic vocabulo adſpirationem interpoſuerunt; licet eam Græca lingva non admittat. Vibius, in Catalogo fluminum: *Orethus, Panhormi Siciliæ.* Apud Plinium, lib. III, cap. VIII: *Lilybæum promontorium, Drepana, mons Eryx: opida, Panhormum, Solûs, Himera.* Et conſimiliter lib. IIII, cap. V, in deſcriptione Achaiæ: *Panhormus portus.* Et eiusdem libri cap. XII, in deſcriptione Cretæ: *Opida, Rhythymna, Panhormum, Cyteum.* Hinc quoque noſtro hoc ſæculo inſcriptionibus antiquis, in quibus *Panormitanorum reſpublica* memorabatur, exſcriptores pravè curioſi eamdem adſpirationem inſeruerunt. Cæterò notandum, vocem hanc Græcam maſculini eſſe generis, quia adjiciebatur ſubſtantivo vocabulo ὁ λιμήν. Homerus, Odyſſeæ lib. XIII, de Vlyſſe loquens ad Ithacam delato:

Τοὔνεκ' ἄρ' ἀλλοειδέα φαινέσκετο πάντα ἄνακτι,
Ἀτραπιτοί τε διηνεκέες, λιμένες τε πάνορμοι.

Id eſt:

Propterea variata videbantur omnia regi;
Viæ directæ, ac portus opportuni.

Ad quæ ita ſcholiaſtes poëtæ Euſtathius: Πάνορμοι λιμένες, οἱ ἀγχιβαθεῖς· εἰς οὓς διὰ τοῦτο πᾶσα ναῦς καὶ ἐν παντὶ ἀνέμῳ ὁρμίζεται. Id eſt: *Panormi portus dicuntur, qui ſunt profundi. in quos ob id ipſum qualibet navis quovis vento adpellere poteſt.* Apollonius Ἀργοναυτικῶν lib. I:

Ἔνθ' Ἀργὼ προέτυψεν ἐπειγομένη ἀνέμοισι
Θρηϊκίοις· καλὸς δὲ λιμὴν ὑπέδεκτο θέουσαν.

Id eſt:

Huc tum Argo navis adpulit, acta ventis
Threïciis: pulcerque portus curſu eò contendentem recepit.

Ad quæ ita Scholiaſtes: Λιμὴν ὑπέδεκτο.] Πάνορμος, λιμὴν τῆς Κυζίκου, οὗ ὁμώνυμος πόλις ἐν Σικελίᾳ. Id eſt: *Portus recepit.*] *Panormus, portus Cizyci: cui cognominis urbs in Siciliâ.* At Plinius id urbis vocabulum tùm in Siciliâ tùm in Cretâ neutro formavit genere, PANORMVM. Et Thomas Fazellus, Decad. I, lib. VIII, cap. I, ita tradit: *In lapide alio, Adriano Cæſari inſcripto dicatoque, hæc duo verba ad calcem leguntur:* RESPVBLICA PANORMII. *ex quibus conſtat, hanc urbem apud veteres* PANORMIVM, *& gentiles Panormienſes adpellatos fuiſſe.* Sic ſcilicet opida dicebantur in Italiâ, *Populonium, Vetulonium, Volſinium, Lavinium, Corſinium:* quorum opidani, *Populonienſes, Vetulonienſes, Volſinienſes, Lavinienſes, Corſinienſes.* Sed pleraque deſinentia in *ium*, faciebant gentilitia in *ini*; ut in eâdem Italiâ, *Opitergium, Patavium, Aretium, Iguvium, Cluſium, Sutrium, Caudium, Canuſium, Brunduſium, Rhegium*; quorum gentilia, *Opitergini, Patavini, Aretini, Iguvini, Cluſini, Sutrini, Caudini, Canuſini, Bruduſini, Rhegini.* Ad eumdem igitur modum à Panormio quoque dici poterant PANORMINI. Stephani epitomator: Πάνορμος, πόλις Σικελίας καὶ λιμήν, ὡς Πολύβιος. οἱ κατοικοῦντες, Πανορμῖνοι. ὁ δὲ ἐκ τοῦ ..... ἐν Σικελίᾳ πολίτης, Πανορμίτης. λέγεται δὲ καὶ Πανορμεύς. Id eſt: *Panormus, urbs Siciliæ cum portu; auctore Polybio. Inquilini inde dicuntur Panormini. natus verò in Siciliâ opidanus, Panormita. ceterùm dicitur etiam Panormenſis.* Hoc fortè à neutrîus generis vocabulo *Panormum.* Illud verò Græcorum Πανορμῖται Latinis formabatur PANORMITANI; teſte Cicerone in Verrinis II, III, IIII, & V: & item inſcriptionibus antiquis compluribus.

Pervetuſtam eſſe urbem ex Thucydide diſcimus. cuius verba lib. VI, ubi de priſcis Siciliæ agit incolis, hæc ſunt: Ὤικουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν, ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες, καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς· ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεσέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πλείω, Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων συνοικίσαντες ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. Hoc eſt: *Phœnices prætereà circa omnem habitabant Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus, parvisque inſulis ei objacentibus; negotiandi cum Siculis causâ. At poſtquàm permulti Græcorum illuc cum navibus trajecerunt: relictis*

relictis pleriſque, Motyam & Solûntem ac Panormum, finitima Elymis opida, ſedibus ibi poſitis, unà incoluerunt; cùm Elymorum freti ſocietate, tùm quòd exiguo inde ad Carthaginem trajectu Sicilia diſtat. Factum hoc eſſe communi ope à Phœnicibus ſimul Sicilienſibus & Pœnis Carthaginienſibus, circa Olympiadem L, id eſt, circa annum ante natum Ieſum IↃ L XXX, prioris voluminis cap. II docuimus. At quia vox iſta Thucydidis ξυνοικίζειν admodùm eſt anceps; quidpe quæ & condere de novo urbem, & jam anteà conditam novis frequentare incolis, ſignificet: quæritur, utrum horum tunc à Phœnicibus atque Carthaginienſibus factum ſit. Græca quum ſint Πάνορμος & Σολόεις vocabula, à Græcis fuiſſe conditas eas urbeis ſuſpicari pronum erat. hinc doctiſſimus Marianus Valgvarnera, in libro de primordio urbis Panormitanæ, deque primis Siciliæ atque Italiæ cultoribus, ubi Cyclopes, primos huius inſulæ cultores, Græci fuiſſe generis primoſque Panormi conditores, compluribus demonſtrare laborat conjecturis; hoc etiam Græci vocabuli ceu firmiſſimo uſus eſt argumento. Verùm nos Motyam à Cnidiis Græcis prædictâ Olympiade L fuiſſe conditam, moxque eam Phœnices cum Carthaginienſibus, pulſis primis conditoribus atque incolis, occupaſſe, ſuprà libri huius ſecundi cap. I oſtendimus. Ex hoc igitur argumento quid vetat colligere, *Panormum* quoque ac *Solûntem* à Græcis, non à Phœnicibus, primum ortum nomenque accepiſſe? nam ea originatio, quam Panormo ſuo Valgvarnera ac Fazellus innumeris penè conjecturis neſcio ex quibus lapideis urbis monumentis, obſcuris ac dubiis literis conſcriptis, adſtruere conniuntur, ambigua admodùm, vel ipſis teſtibus, ac lubrica, planéque incredibilis eſt. Cur autem inter Græcas colonias prædictæ tres urbes à nemine veterum auctorum connumeratæ fuerint, cauſam in unius Motyæ hiſtoriâ ſatis perſpici puto. Nimirum, ab Olympiade XI, quo tempore primi Græcorum in Siciliam trajecerunt, ut prædicti lib. I cap. II oſtenſum eſt, ad Olympiadem usque L, bellum inter Phœnices, extremas tunc inſulæ oras tenenteis, ac Græcos perpetuum fuit; pellentibus his illos ex dictis maritimis locis, coloniaſque in iis alias ſubinde atque alias condentibus; donec ad extimam uſque inſulæ verſùs occaſum Solis & Carthagini proximam partem perventum eſt. tum Carthaginienſes, ſimul in auxilium à conſangvineis Phœnicibus vocati, ſimul ſuæ jam metuentes ex vicinitate locorum urbi, ſummis viribus in inſulam trajecerunt; conjunctiſque cum illis copiis, quum aliis locis nequirent, extremis iſtis, Motyâ, Panormo, & Solûnte, nuperrimè conditis urbibus, Græcos ejecerunt; auxiliantibus ipſis etiam Elymis ſive Aegeſtanis: occupatas verò urbeis novis incolis frequentarunt, firmiúſque communiverunt. unde illud Marciani Heracleenſis in circuitu Orbis, poſt enumeratas in Siciliâ Græcorum colonias:

Τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τῶν πολισμάτων,
Καρχηδονίων ἐντειχισάντων τοὺς τόπους.

Hoc eſt:

Reliqua opida ſunt Barbarica;
Loca à Carthaginienſibus communita.

Pauſaniæ etiam in Eliacis ſunt iſta: Ἔστι δὲ καὶ τὴν ἄκραν ἐν Σικελίᾳ, τὴν τετραμμένην ἐπὶ Λιβύης καὶ Νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον, Μοτύη πόλις· οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐπ' αὐτῇ καὶ Φοίνικες. * Οἱ δὲ Φοίνικες καὶ Λίβυες στόλῳ ἀφίκοντο κοινῷ, καὶ ἄποικοι Καρχηδονίων εἰσίν. Id eſt: *Ad Pachynum Siciliæ promontorium, quod in Africam & auſtrum vergit, urbs eſt Motya; quam Afri ac Phœnices habitant.* Et mox: *Phœnices atque Afri communi claſſe in inſulam venerunt: Carthaginienſiumque ſunt coloni.* Perperam heic Pauſaniam adpellaſſe *Pachynum promontorium*, quod erat *Lilybæum*, ſuprà huius libri II cap. I docui. per *Afros* autem intelligi Carthaginienſeis, qui communibus cum Phœnicibus copiis communique expeditione ex dictis tribus opidis pepulerunt Græcos, lib. I, cap. II oſtenſum eſt. De eâdem *Motyâ* urbe idem Pauſanias ita in Phocicis: Λέγει δὲ ὁ Ἀντίοχος Ξενοφάνους Συρακούσιος ἐν τῇ Σικελιώτιδι συγγραφῇ, ὡς ἐπὶ Παχύνῳ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σικελίᾳ κτίσαντες πόλιν οἱ Κνίδιοι, αὐτοὶ μὲν ἐκπίπτουσιν, ὑπὸ Ἐλύμων καὶ Φοινίκων πολέμῳ πιεσθέντες. Id eſt: *Ait Antiochus Syracuſanus, Xenophanis filius, in Sicilienſi hiſtoriâ, Cnidios ex eâ urbe, quam ad Pachynum Siciliæ promontorium condiderant, ab Elymis ac Phœnicibus bello pulſos eſſe.* De eâdem re ita tradit Diodorus, lib. V: Οἱ δ' οὖν Κνίδιοι πλεύσαντες τῆς Σικελίας εἰς τοὺς κατὰ Λιλύβαιον τόπους, κατὰ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπάδα, κατέλαβον Αἰγεσταίους καὶ Σελινουντίους διαπολεμοῦν-

λεμοῦντας πρὸς ἀλλήλους· πεισθέντες δὲ τοῖς Σελινουντίοις συμμαχεῖν, πολλοὺς ἀπέβαλον κατὰ τὴν μάχην. οἱ δὲ περιλειφθέντες, ἐπειδὴ κατεπολεμήθησαν οἱ Σελινούντιοι, διέγνωσαν ἀπιέναι πάλιν ἐπ' οἴκου. Hoc eſt: *Cnidii, in Siciliam transvecti, ad Lilybæum adpulerunt, Olympiade* L. *Bellum tum Aegeſtani ac Selinuntii inter ſe gerebant. In ſocietatem igitur Selinuntiorum perlecti, multos in prælio amiſerunt. Itaque, victis bello Selinuntiis, ſuperſtites domum reverti conſtituerunt.* Liparenſeis occupaſſe inſulas, ibidem tradit Diodorus; ut & Pauſanias, dicto loco in Phocicis. Idem Diodorus lib. IIII: Δωριεὺς ὁ Λακεδαιμόνιος, καταντήσας εἰς Σικελίαν, ἔκτισε πόλιν Ἡράκλειαν. Ταχὺ δ' αὐτῆς αὐξομένης, οἱ Καρχηδόνιοι φθονήσαντες ἅμα καὶ φοβηθέντες, μή ποτε, πλεῖον ἰσχύσασα τῆς Καρχηδόνος, ἀφέληται τῶν Φοινίκων τὴν ἡγεμονίαν, στρατεύσαντες ἐπ' αὐτὴν μεγάλαις δυνάμεσι, καὶ κατὰ κράτος ἑλόντες, κατέσκαψαν. Id eſt: *Dorieus Lacedæmonius, in Siciliam profectus, Heracleam ibi condidit. quæ ſubitis incrementis amplificata, invidiam Carthaginienſibus ſimul atque metum injecit, ne quando, ſupra Carthaginis potentiam evaleſcens, principatum Pœnis adimeret. Itaque magnis copiis eam adgreſſi, vi captam funditus diruerunt.* Tum etiam Elymos ſive Aegeſtanos auxilium tuliſſe Carthaginienſibus, patet ex Herodoti lib. V. Factam eam Pœnorum expeditionem circa Olympiadem LXX, ſuprà lib. I, cap. XVII, in deſcriptione Heracleæ, oſtenſum eſt. Eadem igitur ratio atque cauſa etiam anteà, circa Olympiadem L, Pœnis fuit Græcos ex noviſſimè conditis opidis Motyâ Panormo ac Solûnte ejiciendi. Hoc ſanè omnium certiſſimum iſtarum urbium dari poteſt primordium. illa verò Valgvarneræ docta magis quàm vera cuivis legenti adparuerit originatio. Celebrem exinde ſemper fuiſſe ſub Carthaginienſium ditione urbem juxtà ac portum, ex Diodori hiſtoriis, quæ ſunt lib. XI, XIII, XIIII, XXII, & XXIII, perſpicitur. Polybius etiam lib. I, in hiſtoriâ belli Punici primi, ita de eâ ſcribit: Οἱ δὲ κατασταθέντες ἄρχοντες, Αὖλος Ἀτίλιος καὶ Γνάϊος Κορνήλιος, καταράντες εἰς Πάνορμον τῆς Σικελίας τριακοσίαις ναυσὶν, ἥπερ ἦν βαρυτάτη πόλις τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπαρχίας, ἐνεχείρησαν αὐτὴν πολιορκεῖν. συστησάμενοι δὲ κατὰ διττοὺς τόπους ἔργα, προσήγαγον τὰς μηχανάς. ῥᾳδίως δὲ τοῦ παρὰ θάλατταν πύργου πεσόντος, καὶ βιασαμένων ταύτῃ τῶν στρατιωτῶν, ἡ μὲν καλουμένη Νέα πόλις ἑαλώκει κατὰ κράτος· ἡ δὲ Παλαιὰ προσαγορευομένη, τούτου συμβάντος, ἐκινδύνευσε· διὸ καὶ ταχέως ἐνέδωκαν αὐτὴν οἱ κατοικοῦντες. Id eſt: *Novi conſules, Aul. Atilius & Cn. Cornelius, claſſe navium* CCC *Panormum in Siciliâ adpellunt: eamque urbem, omnium in ditione Carthaginienſium caput, obſidere adgrediuntur. Itaque duobus locis operibus inſtitutis, machinas admovent. Dejectâ non difficulter turri ad mare ſitâ, quum illac irruiſſent milites, capta eſt per vim illa opidi pars, quæ dicitur Neapolis.* [id eſt, *Nova urbs.*] *nec mediocriter jam illa, quam Palæam* [id eſt, *Veterem*] *vocant, periclitabatur. itaque deditionem ſine morâ opidani fecerunt.* Quanto intervallo haud obſcura opida, Fanum Dianæ & Agathyrnum, de quibus pòſt dicetur, anteceſſerit bello Punico ſecundo, oſtendere voluit Silius lib. XIIII, his verſibus:

Cætera Eliſæis aderat gens Sicana votis.
Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongilos auſtris;
Mille Thoanteæ ſedes Faſcellina divæ.
Tergemino venit numero fœcunda Panormos;
Seu ſilvis ſectare feras, ſeu retibus æquor
Vertere, ſeu cœlo libeat traxiſſe volucrem.

Hinc Melæ, lib. II, cap. VII, hoc Siciliæ latere, *inter Lilybæum & Pelorida* promontoria, unæ memorantur *Panormus & Himera*. & Strabo, lib. VI, de ſuâ ætate loquens, Πάνορμος δὲ, inquit, καὶ Ῥωμαίων ἔχει κατοικίαν. id eſt: *Panormus etiam coloniam habet Romanorum.* Cicero, Actione in Verrem III: *Fœderatæ civitates duæ ſunt, quarum decumæ venire non ſoleant; Mamertina & Taurominitana. quinque prætereà ſine fœdere immunes civitates ac liberæ; Centuripina, Haleſina, Segeſtana, Halycienſis, Panormitana.* In Tabulâ tamen itinerariâ, miror, nomini eius nullum inſignioris urbis ſignum adpoſitum eſſe.

Ercta caſtellum.

Portui Panormitano ab occaſu ſolis mons imminet, cui CASTELLVM quondam ſuperſtructum ἡ Εἱρκτὴ Polybio, & Diodoro ἡ Ἑρκτὴ, ERCTA, huic etiam plurali numero αἱ Ἑρκταὶ, ERCTAE, dicitur. Latinè idem vocabulum verteris CARCER, & CARCERES. Diodori lib. XXII ſunt iſta: Ὁ δὲ Πύρρος εὐθὺς ἧκεν ἐπὶ τῶν Πανορμιτῶν πόλιν. εἷλε δὲ καὶ ταύτην κατὰ κράτος. καὶ τῶν Ἑρκτῶν κατασχὼν τὸ ὀχύρωμα, πάσης τῆς Καρχηδόνος ἐπεκράτησε δυνάμεως, καὶ κύριος ἐγένετο, πλὴν τοῦ Λιλυβαίου. Id eſt: *Pyrrhus ſtatim Panormitanorum urbem aggreditur: eamque vi cepit. Et munitione Ercturum occupatâ, omnem Carthaginienſium ditionem ſuæ poteſtatis & arbitrii fecit, præter Lilybæum.* Et lib. XXIII: Πο-

λιορκη-

λιορκήσαντες δὲ Ῥωμαῖοι καὶ Ἐρκτὴν φρούριον πεζῶν μυριάσι τέσσαρσι καὶ χιλίοις ἱππεῦσιν, ἑλεῖν οὐκ ἴσχυσαν. Hoc eſt: *Quum verò Romani Erctam quoque caſtellum* X L *millibus peditum & mille equitibus obſediſſent, expugnare id haud potuêre.* Situs eius loci egregiè atque eleganter deſcribitur à Polybio, lib. I, his verbis: Ὁ δὲ Ἀμίλκας, ὁ Βάρκας ἐπικαλούμενος, κατῆρε παντὶ τῷ στόλῳ πρὸς τὴν Πανορμῖτιν, καὶ καταλαμβάνει τὸν ἐπὶ τῆς Εἰρκτῆς λεγόμενον τόπον, ὃς κεῖται μὲν Ἔρυκος καὶ Πανόρμου μεταξύ, πρὸς θαλάττῃ, πολὺ δέ τι τῶν ἄλλων δοκεῖ διαφέρειν τόπων ἐπιτηδειότητι πρὸς ἀσφάλειαν στρατοπέδων, καὶ χρονισμόν. ἔστι γὰρ ὄρος περίτομον ἐξανεστηκὸς ἐκ τῆς περικειμένης χώρας εἰς ὕψος ἱκανόν. τούτου δὲ ἡ περίμετρος τῆς ἄνω στεφάνης οὐ λείπει τῶν ἑκατὸν σταδίων, ὑφ᾽ ἧς ὁ περιεχόμενος τόπος εὔβοτος ὑπάρχει καὶ γεωργήσιμος. πρὸς μὲν τὰς πελαγίους πνοιὰς εὐφυῶς κείμενος, θανασίμων δὲ θηρίων εἰς τέλος ἄμοιρος. περιέχεται δὲ κρημνοῖς ἀπροσίτοις ἔκ τε τοῦ κατὰ θάλατταν μέρους καὶ τοῦ παρὰ τὴν μεσόγαιαν παρήκοντος. τὰ δὲ μεταξὺ τούτων ἐστὶν ὀλίγης καὶ βραχείας δεόμενα κατασκευῆς. ἔχει δ᾽ ἐν αὐτῷ καὶ μαστόν, ὃς ἅμα μὲν ἀκροπόλεως ἅμα δὲ σκοπῆς εὐφυοῦς λαμβάνει τάξιν, κατὰ τῆς ὑποκειμένης χώρας. κρατεῖ δὲ καὶ λιμένος εὐκαίρου πρὸς τὸν ἀπὸ Δρεπάνου καὶ Λιλυβαίου δρόμον ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, ἐν ᾧ πλῆθος ὕδατος ἄφθονον ὑπάρχει. προσόδους δὲ τὰς πάσας ἔχει τρεῖς, τὰς δυσχερεῖς· δύο μὲν ἀπὸ τῆς χώρας, μίαν δ᾽ ἀπὸ τῆς θαλάττης. ἐν ᾧ καταστρατοπεδεύσας παραβόλως Ἀμίλκας, ὡς ἂν μήτε πόλεως οἰκείας, μήτ᾽ ἄλλης ἐλπίδος μηδεμιᾶς ἀντεχόμενος, εἰς μέσους δὲ τοὺς πολεμίους ἑαυτὸν δεδωκώς· ὅμως οὐ μικροὺς οὐδὲ τοὺς τυχόντας Ῥωμαίοις ἀγῶνας καὶ κινδύνους παρεσκεύασε. πρῶτον μὲν γὰρ ἐντεῦθεν ὁρμώμενος κατὰ θάλατταν, τὴν παραλίαν τῆς Ἰταλίας ἐπόρθει μέχρι τῆς Κυμαίων χώρας· δεύτερον δὲ κατὰ γῆν παραστρατοπεδευσάντων αὐτῷ Ῥωμαίων πρὸ τῆς Πανορμιτῶν πόλεως ἐν ἴσως πέντε σταδίοις, πολλοὺς καὶ ποικίλους ἀγῶνας συνεστήσατο κατὰ γῆν σχεδὸν ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτούς. Hoc eſt: *At Amilcar, cognomine Barca, ad fineis Panormitanorum cum omni claſſe adpulit: ibiq; locum occupavit ad mare ſitum, inter Erycem & Panormum, qui dicitur Supra carcerem; vulgóque exiſtimatur omnium locorum eſſe ad caſtra metandum aptiſſimus, & ad fovendum quamvis diu exercitum. mons quidpe eſt, præruptus omni ex parte, è circumjectâ planitie in altum ſic ſatis ſe attollens. eſtq; eius ambitus in ſummo faſtigio non minor quàm* X I I *millium &* I Ɔ *paſſuum. medium omne ſpatium pecori alendo & frugibus ſerendis aptum eſt: adversùs marinos flatus egregiè comparatum; peſtiferarum beſtiarum in totum immune: utrimq;, & à mari & ab eâ parte, quâ cohæret mediterraneis, ita circumdatum præruptis & præcipitibus locis, ut ad media intervalla parvâ breviq; munitione ſit opus. in hac item planitie tumulus adſurgit, ſic à naturâ factus, ut arcis vicem obtinere ac ſpeculæ ad obſervandam ſubjectam regionem queat. habet & portum aquâ abundantem; iis opportunum, qui à Drepano aut Lilybæo Italiam curſu petunt. aditus ad montem tres omnino ſunt; iiq; opidò difficiles: duo à terrâ; unus à mari. Vbi quum ingenti audaciâ caſtra muniſſet Amilcar; (ſociam enim nullam urbem habens, neq; ſpem ullam aliam, in medios ſe hoſteis dederat:) plurimum Romanis negotii faceſſit, & gravibus eos periculis implicuit. nam primùm ex eo loco navibus proficiſcens, oram Italiæ ad Cumanorum usq; fineis devaſtabat. dein, quum non longè caſtra Romani locaſſent ante Panormum urbem, intervallo paſſuum* I ƆCCXXV; *magnas cum illis pugnavit pugnas terreſtreis, trium fermè annorum ſpatio.* Prima quidem illa loci indicatio inter Panormum & Erycem nimis erat vaga; quum intervallum inter ea opida ſit millium fermè LX. ſed eamdem poſtremò certiori loco intendit; ubi non longè ab eo caſtra Romanos locaſſe ait, à Panormo verò paſſus I Ɔ C X X V tantùm. Mons is hodiéque excelſus, mille paſſus ab urbe diſtans, vulgari incolis vocabulo adpellatur *Monte Pelegrino*; nulli alii monti junctus. aditum unicum habet commodum, quà Panormum ortumque hiberni Solis ſpectat: quem duo vel tres homines cuſtodire poſſunt. Tumulus in mediâ eius planitie poſitus ſpeculam ſuſtinet, ex qua ſublati ignes piratarum hoſtiumque adventum Panormitanis prænunciant.

Porrò urbem ab ortu Solis præfluit ORETHVS *amnis*. Vibius in Catalogo fluviorum: *Orethus, Panormi Siciliæ*. Vulgò hodiè incolis vocatur *L'Amiraglio fiume*. Meminêre eius Polybius quoque & Diodorus: ſed ſine nomine. Polybii verba lib. I hæc ſunt: Ὁ δὲ Ἀσδρούβας, ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ Λιλυβαίου τὴν δύναμιν, ὥρμησε καὶ κατεστρατοπέδευσε πρὸς τοῖς ὅροις τῆς χώρας τῆς Πανορμίτιδος. Ὁ δὲ Κεκίλιος θεωρῶν τὸν Ἀσδρούβαν καταπεθαρρηκότα, καὶ σπουδάζων ἐκκαλέσασθαι τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ, συνεῖχε τοὺς στρατιώτας ἐντὸς τῶν πυλῶν. οἷς ἐπαιρόμενος Ἀσδρούβας, ὡς οὐ τολμῶντος ἀντεξιέναι τοῦ Κεκιλίου, θρασέως ὁρμήσας παντὶ τῷ στρατεύματι κατῆρε διὰ τῶν στενῶν εἰς τὴν Πανορμῖτιν. φθείροντες δὲ τοὺς καρποὺς αὐτοῦ μέχρι τῆς πόλεως, ἔμενεν ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης γνώμης ὁ Κεκίλιος, ἕως αὐτὸν ἐξεκαλέσατο διαβῆναι τὸν πρὸ τῆς πόλεως ποταμόν. ἐπεὶ δὲ τὰ θηρία διεβίβασαν οἱ Καρχηδόνιοι καὶ τὴν δύναμιν, τὸ τηνικαῦτα δὲ τοὺς εὐζώνους ἐξαποστέλλων ἠρέθιζε, μέχρι πᾶν αὐτοὺς ἐκτάξαι τὸ στρατόπεδον ἠνάγκασε. συνθεασάμενος δὲ γινόμενον ὃ προέθετο, τινὰς μὲν τῶν εὐκινήτων πρὸ τοῦ τείχους καὶ τῆς τάφρου παρέ-

ORETHVS *fluvius*.

λαβε, παρατάξας, ἂν ἐγγίζῃ τὰ θηρία πρὸς αὐτοὺς, χρῆσθαι τοῖς βέλεσιν ἀφθόρως. Id eſt: *Aſdrubal, Lilybæo. cum exercitu profectus, ad fineis agri Panormitani caſtra poſuit. Cecilius, temerariam Aſdrubalis cernens audaciam; quò hunc eius impetum magis etiam irritaret, ſuos intra portas continuit. Qua re elatus Aſdrubal, tamquàm non audente exire contrà Cecilio, auſu præcipiti cum univerſis copiis per anguſtias in Panormitanum agrum irrumpit. Qui quum ad ipſum usque opidum fruges corrumperet; in ſusceptâ ſemel ſententiâ manſit Cecilius, quoad hoſtem fluvium, qui ante urbem fluit, transire perliceret. Trajectis elephantis cum exercitu, tum verò expeditos immittere Cecilius, atque adverſarios laceſſere; donec univerſum exercitum in aciem educere coëgiſſet. tandem voti compos, manum expeditorum ante murum foſſamq; locat; juſſam, ſi propiùs beſtiæ acceſſerint, crebris telis eas obruere.* De eâdem re ita Eclogæ legationum referunt ex Diodori lib. XXIII: Ἀσδρούβας δὲ, ὁ στρατηγὸς τῶν Καρχηδονίων, βλασφημούμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων, διὰ τὸ μὴ πολεμεῖν, ἀναζεύξας μετὰ πάσης δυνάμεως, διὰ τῆς Σελινουντίας δυσχωρίας ἦλθεν εἰς τὴν Πάνορμον. καὶ διαβιβάσας τὸν ποταμὸν τὸν σύνεγγυς, περὶ τὰ τείχη ἐστρατοπέδευσε. Id eſt: *Aſdrubal, Carthaginienſium dux, malè audiens apud ſuos, quòd non pugnaret; cum toto exercitu profectus per Selinuntii agri anguſtias ad Panormum pervenit. vicinumq; amnem transgreſſus, circa muros caſtra poſuit.* Fauces iſtæ ſunt, per quas è Selinuntio agro juxta Crimiſum amnem, ſive Belícem dextrum, per opidulum Græcorum caſale adventantes, ad cœnobium divæ Mariæ de Gratiis, haud procul à dextrâ Orethi ripâ ſitum, transeunt.

ELEVTHERVS *amnis.* Vltra Orethum proximus ſequitur Ἐλεύθερος ποταμὸς, ELEVTHERVS *amnis;* uni Ptolemæo memoratus, hoc ordine: Πάνορμος, Ἐλευθέρου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Ὀλουλὶς, Θερμαὶ Ἱμεραῖαι πόλις. Id eſt: *Panormus, Eleutheri fluminis os, Olulis, Thermæ Himerenſes urbs.* Intervallum inter Panormum & oſtium Eleutheri facit Ptolemæus VI circiter millium paſſuum. tantumdem fermè hodiè deprehenditur eſſe inter urbem & oſtium amnis, cui vulgare nunc vocabulum *Baiaria fiume.*

SOLVS, *ſive* SOLENTVM *opidum.* Vocem Ὀλουλὶς corruptam eſſe à genuino vocabulo Σολόεις, ſive Σολοῦς, ipſe ſitus, quem ei Ptolemæus tribuit inter prædictum Eleutherum amnem & Thermas Himerenſes, ſatis clarè indicat. eſt quidpe etiamnunc in dextro latere promontorii, cui vulgaris adpellatio *Monte Gerbino*, caſtellum cum emporio frumentario, vulgò incolis *Sólanto* dictum: quod olim Græcis fuit, ut modò memoratum, Σολόεις, SOLOIS; & contractè Σολοῦς, SOLVS: Romano ori SOLVNTVM, & SOLENTVM; quemadmodum in Italiâ Ὑδρόεις, ſive Ὑδροῦς, *Hydruntum* & *Hydrentum*; Πυξόεις, ſive Πυξοῦς, *Pyxuntum*, & *Buxentum*. De Solûnte ita tradit Fazellus, Decad. I. lib. VIII: *Mons Gerbinus, à Panormo paſſuum millia* XII *diſtans, ſequitur; quem mare adlambit: & mons alius, undique præciſus, ei contiguus. ad cuius verticem Solëntum, urbs vetuſtiſſima, hodiè prorſus jacens cernitur. cuius mœnia, circumquaque jacentia, ac templorum ædiumque privatorum veſtigia, columnæ præterea proſtratæ, ac ciſternæ, quæ hucusque viſuntur, eius præteritam oſtendunt claritatem. Erat autem ambitus paſſuum ſupra mille, & naturali ſitu communita, unicum habens aditum & adſcenſu perdifficilem. Subeſt ei eiusdem nominis hodiè arx, frumenti emporium, portum habens navium capaciſſimum: ubi & thynnorum præclarus eſt piſcatus. Opidani* inde olim Græcis dicebantur Σολούντιοι, *Soluntii*, & Σολουντῖνοι, *Soluntini*. in antiquo verò nummo, Meſſanæ mihi exhibito, diſertiſſimis literis legi nomen ΣΟΛΟΝΤΙΝΩΝ, id eſt, *Solontinorum*. Romano ore rectè dicentur SOLVNTINI, à *Solûnte*, ſive *Solunto*; & à *Solento*, SOLENTINI. Apud Stephani epitomatorem ita legitur: Σόλοι, Κιλικίας πόλις, ἡ νῦν Πομπηίου πόλις· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. κέκληται δὲ ἀπὸ Σόλωνος, ὡς Εὐφορίων. ἀνεκτίσθη ὑπὸ Πομπηίου, καὶ μετωνομάσθη Πομπηϊούπολις. ὁ πολίτης, Σολεὺς, καὶ Σόλιος· τὸ θηλικὸν, Σολοῦντις, ὡς ἀπὸ τοῦ Σολοῦς Σολοῦντος. Id eſt: *Soli, Ciliciæ urbs, quæ nunc Pompeiopolis; auctore Hecatæo, in Aſiâ. dicta ſic ab Solone; ut auctor eſt Euphorion. Reſtaurata à Pompeio, mutato nomine Pompeiopolis nuncupata fuit. Opidanus inde dicitur, Solenſis, & Solius. femininum Soluntis, ut ab Solûs Solûntis.* Et ſequenti mox dictione: Σολοῦς, πόλις Κιλικίας, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ. ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ Σολοῦντος κακοξένου, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς. ὁ πολίτης Σολούντιος, καὶ Σολουντῖνος, μετὰ τοῦ ν· καὶ Σολουντίνις, καὶ Σολουντιὰς, καὶ Σολοῦντις. Id eſt: *Solûs, urbs Ciliciæ; auctore Hecatæo in Europâ. vocati autem ſunt à Solûnte, qui malè tractabat peregrinos; quem Hercules interemit. Opidanus inde Soluntius, & Soluntinus cum n: & Soluntinis, & Soluntias, & Soluntis.* Apud Svidam etiam hæc leguntur: Σόλοι, Σικελίας πόλις καὶ Κύπρου. Id eſt: *Soli, Siciliæ urbs, & item Cypri.* Nempe, quia Ciliciæ pariter & Cypri urbs fuit eodem nomine Σόλοι, *Soli*; Siciliæ verò Σολόεις ſive Σολοῦς, *Solûs*: poſterioris ſæculi gramma-

grammatici, ſive horum exſcriptores, vocabula ea miſerè confuderunt, abſurdasque ac miras inde fabricarunt Chimæras. A Svidâ ſcriptum fuiſſe haud dubito, Σόλοι, Κιλικίας πόλις καὶ Κύπρου· id eſt; *Soli, Ciliciæ opidum, & item Cypri.* Apud Stephani epitomatorem abſurda admodùm eſt loquutio, ubi nomen ſingularis numeri cum pluralis numeri verbo jungitur, ἡ Σολοῦς πόλις ἐκλήθησαν· id eſt; *Solûs urbs vocati ſunt.* Vbi diſertiſſimè patet, Ciliciæ illam urbem τοὺς Σόλους, *Solos*, vel ipſius epitomatoris, qui longè etiam abſurdiora aliàs vel ſexcenties habet, vel ſaltem exſcriptoris eius menti inhæſiſſe: eóque magis, quia ad dictæ in Ciliciâ urbis vocabulum hoc Siciliæ opidum Σολοῦς Σολοῦντος memoratur. à quo gentilitium femininum erat Σολουντὶς Σολουντίδος, & item Σολουντιὰς Σολουντιάδος. maſculinum autem Σολούντιος ac Σολουντῖνος. A Ciliciæ autem urbe Σόλοι, quæ Latinis auctoribus, Melæ, lib. I, cap. XIII, ac Plinio, lib. V, cap. XXVII, Solinoque cap. LXXXIII, *Soloe* dicitur, Livio vero lib. XXXVII, ac Plinio lib. VI, cap. XXXIIII *Soli*, plurali numero, gentilitia erant Σολεῖς, *Solenſes*; & Σόλιοι, *Solii.* quamquàm in hiſce duobus diſcrimen faciat Diogenes Laërtius, lib. I, in vitâ Solonis. Καί εἰσιν, inquit, οἱ μὲν ἔνθεν [ἀπὸ Κιλικίας,] Σολεῖς· οἱ δ' ἀπὸ Κύπρου, Σόλιοι. Id eſt: *Et adpellabantur hi quidem in Ciliciâ, Solenſes; illi verò in Cypro, Solii.* At quomodò Ciliciæ opidum Hecatæus memoravit in Europâ? Mendis ſcilicet atque erroribus ſcatere eum locum, vel hinc ſatis adparet. Corrigendus igitur in hæc verba: Σολοῦς, πόλις Σικελίας, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ. κέκληται [ſive ἐκλήθη] δὲ ἀπὸ Σολοῦντος κακοξένου, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς. Id eſt: *Solûs, Siciliæ opidum; auctore Hecatæo in Europâ. Nomen autem accepit à Solûnte, peregrinos hoſpites malè tractante: quem Hercules interemit.* Nempe in fabuloſâ illâ totius Siciliæ peragratione; de qua ſuprà lib. I, cap. II, & item lib. II, cap. I, plura narravimus. Apud Plinium, lib. III, cap. VIII, in Siciliæ deſcriptione, ita ſcriptum eſt: *Opida, Panormum, Solûs, Himera cum fluvio.* Vel ex hoc igitur loco rectè ſuprà ſcriptum Ptolemæi locum ita correxeris: Πάνορμος, Ἐλευθέρου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Σολοῦς, Θερμαὶ Ἱμεραῖαι. id eſt: *Panormus, Eleutheri fluvii os, Solûs, Thermæ Himerenſes.* nam vocem Ἱμεραι etiam apud eumdem Ptolemæum vitiatam eſſe, mox infrà oſtendam. Duo Itineraria Romana ſic habent:

Tabulæ;		Antonini;	
Panormo		*Panormo*	
Solunto	XII.	*Solunto*	XII.
Thermis	....	*Thermis*	XII.

Numerus XII millium hodiéque agnoſcitur inter dicta duo opida, *Palermo* & *Sólanto.* Atque hinc etiam porrò ad *Thermas*, quod opidum vulgò nunc vocatur *Términi*, alia computantur XII millia. Cæterùm Ciceroni in Verrinâ II ac III opidani ſunt *Solentini.* unde patet, ipſum opidum Romanis quoque olim dictum fuiſſe *Solentum*: unde tandem illud, quod nunc obtinet, factum eſt *Sólanto.* Eiſdem Romanis in uſu fuiſſe vocabulum *Soloentum*, ut formavit in præſcriptis verbis Fazellus, à Græco Σολόεις Σολόεντος, equidem maximè dubitaverim; quando eiuſmodi formationem nuſquàm reperio; è diverſo autem apud Plinium, lib. III, cap. V, exſtat *opidum Buxentum, Græcè Pyxûs*; & in lapide antiquo *Hydrentini* ſunt ab opido *Hydrento*, quod aliâs *Hydruntum*, ac Græcè *Hydrûs.* Apud Diodorum, libro decimoquarto, ita legitur: Παρέλαβον δὲ διὰ προδοσίας Κεφαλοίδιον καὶ Σολοῦντα, καὶ τὴν Ἔνναν. id eſt: *Cephalœdium & Solûntem Ennamque per proditionem ſuæ ditioni adjecerunt.* Et ita nominatur opidum libro XX. Ex libro autem XXIII Eclogis legationum referuntur opidani Σολουντῖνοι, *Soluntini.* De antiquis huius opidi incolis ita ſuprà, in deſcriptione Panormitanæ urbis, audivimus loquentem Thucydidem libro VI: Ὤικουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν· ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεισέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πλείω, Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων ξυνοικίσαντες ἐνέμοντο. Hoc eſt: *Phœnices præterea circa omnem habitabant Siciliam. At poſtquàm permulti Græcorum illuc cum navibus trajecerunt; relictis pleriſque, Motyam ac Solûntem & Panormum, finitima Elymis opida, ſedibus ibi poſitis unà incoluerunt.* Factum id à Phœnicibus ſimul & Carthaginienſibus circa Olympiadem L, ſuprà in Panormi deſcriptione oſtenſum eſt. Hecatæus, apud quem vetuſtiſſima Solûntis eſt mentio, vixit, teſte Svidâ, ſub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Dario, Hyſtaſpis filio; qui imperium Perſarum ſuſcepit anno IIII Olympiadis LXIIII; regnavitque annos XXXVI. μυθολόγοι quidam poſteà originem urbis antiquiſſimæ Herculeis fabulis adſcripſerunt. Sed ἐτυμολογία vocabuli Σολόεις, ſive Σολοῦς, licèt ſit Græca; tamen unde id ſic dictum fuerit, haud facile diſpectu. eaque ipſa cauſa fuit, cur eam ex dictis fabulis grammatici illi μυθολόγοι derivare conati ſint.

HIMERA, flumen & opidum; quod poſteà THERMAE HIMERENSES.

Sequitur à Solunto poſt XII millia paſſuum ὁ Ἱμέρας ποταμὸς, HIMERA *fluvius*: ad cuius oſtium olim in lævâ ripâ fuit Ἱμέρα πόλις, HIMERA *urbs*; poſteà verò, Himerâ deſtructâ, haud procul à dextrâ ripâ alia fuit *urbs*, Θερμὰ ὕδατα, cognomento Ἱμεραῖα, id eſt, AQVAE CALIDAE HIMERENSES, ſive Θερμαὶ Ἱμεραῖαι, THERMAE HIMERENSES dicta. quæ urbs hodiéque in primis Sicularum urbium ſplendida & incolis frequens, *Términi* vulgò vocatur. unde & *Himera fluvius* cognominatur nunc *Fiume di Términi*. Stephani epitomator: Ἱμέρα, πόλις Σικελίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ὁ πολίτης, Ἱμεραῖος. ἔστι καὶ ποταμὸς Ἱμέρας, ὡς Νικάνωρ. Id eſt: *Himera, urbs Siciliæ; auctore Hecatæo, in Europâ. Opidanus inde dicitur Himeræus. Eſt & amnis Himera; auctore Nicanore.* Et alibi: Ἀκράγαντες, πόλεις πέντε· Σικελίας, ἀπὸ ποταμοῦ παραῤῥέοντος. φησὶ γὰρ Δοῦρις, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελικῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται· Συρακούσας, Γέλαν, Ἱμέραν, Σελινοῦντα, καὶ Φοινικοῦντα, καὶ Ἐρύκην, καὶ Κάμικον, Ἁλυκόν τε καὶ Θερμὸν, καὶ Καμαρίναν. Id eſt: *Acragantes urbes quinque ſunt. una Siciliæ, ab flumine præfluente dicta. Ait quidpe Duris, pleraſque Sicularum urbium ab amnibus cognomenta accepiſſe; Syracuſas ſcilicet, Gelam, Himeram, Selinûntem, Phœnicûntem, Erycen, Camicum, Halycum, Thermum, Camarinam.* Vibius in Catalogo amnium: *Himera opido Thermitanorum dedit nomen Himeræ.* Plinius, lib. III, cap. VIII: *Opida, Panormum, Solûs, Himera, cum fluvio; Cephalœdis.* Ptolemæus: Πάνορμος, Ἐλευθέρου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Σολοῦς, Θερμαὶ Ἱμεραῖαι πόλις, Ἱμέρα ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Κεφαλοιδίς. Id eſt: *Panormus, Eleutheri amnis os, Solûs, Thermæ Himerenſes urbs, Himeræ fluvii oſtium, Cephalœdis.* Falsò heic atque imperitè Himeram fluvium poſtponi Thermis, id eſt, Aquis calidis Himerenſibus, ipſa rerum experientia docet. quidpe Aquæ iſtæ calidæ etiamnum in prædictâ urbe *Términi* exſtant celeberrimæ. flumen autem, quod cognomentum ab urbe nunc habere dixi, eſſe antiquorum Himeram, Melæ maximè oſtendit teſtimonium; quod lib. II, cap. VII, tale eſt: *De amnibus Himera referendus: quia in mediâ admodùm inſulâ ortus, in diverſa decurrit: ſcindenſque eam utrimque, alio ore in Libycum, alio in Tuſcum mare devenit.* Hæc ſanè fluvii ſeptemtrionale inſulæ litus & Tuſcum mare petentis deſcriptio nulli alii circa prædictas Thermas amni convenit, niſi uni illi, quem *Fiume di Términi* cognominari dixi. hic quidpe, totius huius litoris fermè maximus, ſolus *in mediâ admodùm inſulâ*, quà ea inter ſeptemtriones & auſtrum panditur, inter duo opida *Prizzi* & *Camarata* exoritur. De eodem amne ſic Vibius, loco prædicto: *Hoc flumen in duas ſindi parteis, ait Steſichorus: unâ in Tyrrhenum mare, alterâ in Libycum decurrere.* Et Silius Italicus, lib. XIIII:

Litora Thermarum, priſcâ dotata Camœnâ,
Armavêre ſuos; quà mergitur Himera ponto
Aeolio. nam dividuas ſe ſcindit in oras.
Nec minùs occaſus petit incita, quàm petit ortus.
Nebrodes gemini nutrit divortia fontis:
Quo mons Sicaniâ non ſurgit ditior umbrâ.

Antigonus in Mirandis: Περὶ δὲ ποταμῶν καὶ κρηνῶν Λύκον μέν φησι λέγειν, τὸν Ἱμέραν ἐκ μιᾶς πηγῆς σχιζόμενον, τὸ μὲν ἁλυκὸν τῶν ῥείθρων ἔχειν, τὸ δὲ πότιμον. Id eſt: *De fluminibus ac fontibus Lycum, ait, perhibere, Himeram ex uno fonte in duos ſcindi alveos; alterumque fluvium eſſe ſalſum, alterum potabilem.* Solinus, cap. XI: *Himeram cæleſtes mutant plagæ. amarus eſt dum in Aquilonem fluit; dulcis, ubi ad meridiem flectitur.* Malè atque imperitè Solinum naturam duorum fluminum commutaſſe, quum *Salſus* hodiéque & vocetur & re ipsâ exſiſtat, qui in meridiem & Libycum mare defluit; alter autem dulcis ſit, qui apud Thermitanam urbem in Tuſcum æquor effunditur: ſuprà, lib. I, cap. XVI oſtenſum eſt. Hinc etiam rectiùs ita Vitruvius lib. VIII, cap. III: *In Siciliâ flumen eſt Himera; quod, à fonte quum eſt progreſſum, dividitur in duas parteis. quæ pars profluit contra Aetnam, quòd per terræ dulcem ſuccum*

eam percurrit, eſt infinitâ dulcedine. altera pars, quæ per eam terram currit, unde ſal foditur, ſalſum habet ſaporem. Certè etiam ex hoc documento, quòd ait dulcem Himeram fluere contra Aetnam, apertè perſpicitur, prædictum Thermitanum amnem eſſe antiquorum Himeram. is quidpe & dulcis eſt mirum in modum, & ſolus in hoc inſulæ latere à fonte verſùs Aetnæ regionem ad mediam usque ſui partem profluit: inde verò in ſeptemtriones deflectitur. quem eius verſùs Aetnam curſum Silius quoque innuere voluit hoc verſu:

Nec minùs occaſus petit incita, quàm petit ortus.

Verùm non uno eodemque fonte exoriri prædictos duos amneis Himeras, ſed duobus diverſiſſimis longéque inter ſe remotis, dicto lib. I, cap. XVI docuimus. Vrbem Himeram in ipſo fuiſſe litore, præter ſuprà citatos geographos, Diodorus quoque lib. XI diſertiſſimis teſtatur verbis; quæ hæc ſunt: Καταπλεύσας δ' Ἀμίλκας, ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς, τῆς Σικελίας εἰς τὸν ἐν τῷ Πανόρμῳ λιμένα, διαπεπολεμηκέναι τὸν πόλεμον ἔφησε· πεφοβῆσθαι γὰρ μή ποτε ἡ θάλαττα τοὺς Σικελιώτας ἐξέληται τῶν κινδύνων. ἐπὶ δὲ τρεῖς ἡμέρας ἀναλαβὼν τοὺς στρατιώτας, προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν Ἱμέραν, συμπαραπλέοντος τοῦ ναυτικοῦ. ὡς δ' ἦλθε πλησίον τῆς προειρημένης πόλεως, δύο παρεμβολὰς ἔθετο, τὴν μὲν τῷ πεζῷ στρατεύματι, τὴν δὲ τῇ ναυτικῇ δυνάμει. καὶ τὰς μὲν μακρὰς ναῦς ἁπάσας ἐνεώλκησε, καὶ τάφρῳ βαθείᾳ καὶ τείχει ξυλίνῳ περιέλαβε· τὴν δὲ τῶν πεζῶν παρεμβολὴν ὠχύρωσεν, ἀντιπρόσωπον ποιήσας τῇ πόλει, καὶ παρεκτείνας ἀπὸ τοῦ ναυτικοῦ περιτειχίσματος μέχρι τῶν ὑπερκειμένων λόφων. καθόλου δὲ πᾶν τὸ πρὸς δυσμὰς μέρος καταλαβόμενος, τὴν μὲν ἀγορὰν ἅπασαν ἐκ τῶν φορτίδων νεῶν ἐξείλετο. Hoc eſt: *Amilcar, Panormitanum in Siciliâ portum invectus, bellum ſe confeciſſe aiebat; veritum hactenus, ne maris beneficio periculum Siculi devitarent. Ibi per triduum exercitu recreato, adverſùs Himeram duxit; claſſe latus eius comitante. Vbi ad urbem perventum, bina ponit caſtra; altera terreſtribus, nauticis altera deſtinata copiis. Tum quidquid eſt navium longarum, ſubducit; profundâ eas foſſâ ligneoque vallo circumdans. Et terreſtris exercitus caſtra ita muniit, uti adverſâ urbem fronte contuerentur, à navali inde muro ad imminenteis urbi colleis producta. Quumque totam ab occaſu partem ita circumvallaſſet, commeatu naveis evacuavit.* Ex his etiam patet, in ſiniſtrâ, ut ſuprà dixi, amnis ripâ fuiſſe urbem, quum ab occaſu eam caſtris circumdederit Amilcar. Atque hoc ipſum puto cauſam erroris præbuiſſe Ptolemæo, uti is Thermas Himerenſeis ad eam poſuerit ripam. A quibus condita fuerit Himera urbs, oſtendunt Thucydides atque Strabo. Huius verba lib. VI hæc ſunt: Τὴν Ἱμέραν μὲν οἱ ἐν Μύλαις ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι. Id eſt: *Himeram condiderunt Zanclani, qui Mylas incolebant.* Thucydidis hæc ſunt lib. VI: Καὶ Ἱμέρα ἀπὸ Ζάγκλης ᾠκίσθη ὑπὸ Εὐκλείδου καὶ Σίμου καὶ Σάκωνος. καὶ Χαλκιδεῖς μὲν οἱ πλεῖστοι ἦλθον ἐς τὴν ἀποικίαν, ξυνῴκησαν δὲ αὐτοῖς καὶ ἐκ Συρακουσῶν φυγάδες, στάσει νικηθέντες, οἱ Μυλητίδαι καλούμενοι. καὶ φωνὴ μὲν μεταξὺ τῆς τε Χαλκιδέων καὶ Δωρίδος ἐκράθη, νόμιμα δὲ τὰ Χαλκιδικὰ ἐκράτησεν. Hoc eſt: *Himera quoque Zancles colonia eſt, ab Euclide, Simo, ac Sacone deducta. in quam plurimi quidem venêre Chalcidenſes; ſed habitarunt tamen etiam cum ipſis Syracuſani exſules, à contrariâ factione ſuperati, quibus nomen Myletidæ. Atque apud hos loquela quidem obtinuit quædam inter Chalcidicam & Doricam media; leges verò Chalcidenſes.* Zanclanos Chalcidenſium ex Eubœâ inſulâ fuiſſe colonos, ſuprà lib. I, cap. VI, oſtenſum eſt. Cæterùm in eo diſſenſiſſe inter ſe duo iſti auctores videntur, quòd Strabo ab iis Zanclanis Himeram conditam tradit, qui Mylas, XXIIII millia paſſuum à Zanclâ poſitum opidum, incolebant, Zanclanorum ſcilicet coloni; Thucydides verò non à Mylis, ſed ab ipsâ Zanclâ Himeræ conditores deducit: quibus poſteà novos colonos ſuperinducit Myletidas, Syracuſanorum exſules. Et Diodorus quidem, cuius verba mox adponam, Dores in Himerenſium urbe, tum magnâ ex parte deſolatâ, collocatos tradit à Therone, Agrigentinorum tyranno, Olympiade LXXVI; ſed unde eos deduxerit, non addit. Cum Strabone tamen ſentire videtur Marcianus Heracleenſis; qui ita tradit in Orbis circuitu:

Μετὰ ταῦτα δὲ ἀπὸ Νάξου Λεοντῖνοί τε καὶ
Τὴν θέσιν τ' ἔχουσα Ῥηγίου πέραν,
Ἐπὶ τοῦ δὲ πορθμοῦ κειμένη τοῦ Σικελικοῦ,
Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις, ἔχον ἀποικίαν.
Πάλιν δ' ἀπὸ τούτων δύο πόλεις, Εὔβοια
Καὶ Μύλαι κατῳκίσθησαν ἐπικαλούμεναι·
Εἶθ' Ἱμέρα καὶ Ταυρομένιον ἐχομένη.
Εἰσὶ δὲ πᾶσαι Χαλκιδεῖς αὗται πόλεις.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Hoc eſt:

Poſt hæc à Naxo Leontini, &,
Quæ ex adverſo Rhegii
Ad fretum Siculum ſita eſt,
Zancle, item Catana, Callipolis, accepêre colonias.
Rurſus verò ab his duæ urbes, Eubœa
Et Mylæ dictæ, conditæ fuerunt.
Dein Himera, & poſthinc Tauromenium.
Sunt autem omnes hæ urbes Chalcidicæ.

Vnam fuiſſe ex celeberrimis florentiſſimiſque Siciliæ urbibus, patet ex prædicto Thucydidis lib. VI poſteà. Μετὰ δὲ ταῦτα, inquit, οἱ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ ἔπλεον ἐκ τῆς Κατάνης ξὺν παντὶ στρατεύματι ἐπὶ Σελινοῦντος καὶ Ἐγέστης. παραπλέοντες δ' ἐν ἀριστερᾷ τὴν Σικελίαν, τὸ μέρος τὸ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν κόλπον, ἔσχον ἐς Ἱμέραν, ἥπερ μόνη ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς Σικελίας Ἑλλὰς πόλις ἐστί. καὶ ὡς οὐκ ἐδέχοντο αὐτούς, παρεκομίζοντο· καὶ ἐν τῷ παράπλῳ αἱροῦσιν Ὕκκαρα. Id eſt: *Poſt hæc Athenienſium duces in Siciliâ cum omnibus copiis Catanâ Selinûntem atque Egeſtam versùs navigarunt. Ac præternavigantes à dextrâ Siciliam, quà ad Tuſcum ſinum vergit, Himeram adpulerunt. verùm quum ab Himerenſibus non reciperentur, ultrà navigarunt. ceperuntque in præternavigatione Hyccara.* Factum hoc eſſe Olympiadis XCI anno II, Chabriâ Athenis ſummum gerente magiſtratum, teſtis eſt Diodorus, ſub initium libri XIII; id eſt, anno ante natum Ieſum Chriſtum CCCCXV. At illa Amilcaris versùs Himeram expeditio LXV annis antiquior eſt: ut quæ in primum Olympiadis LXXV incidit annum. Itaque etiam Thucydides, lib. VII, inter potentiſſimas Siciliæ civitates connumerat Himerenſes. Καὶ ὁ μὲν Γύλιππος, inquit, ἀναλαβὼν τῶν τε σφετέρων ναυτῶν καὶ ἐπιβατῶν τοὺς ὡπλισμένους ἑπτακοσίους μάλιστα, Ἱμεραίους δὲ ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς ξυναμφοτέρους χιλίους, καὶ ἱππέας ἑκατόν, καὶ Σελινουντίων τινὰς ψιλοὺς καὶ ἱππέας, καὶ Γελῴων ὀλίγους, Σικελῶν τε ἐς χιλίους τοὺς πάντας, ἐχώρει πρὸς τὰς Συρακούσας. Hoc eſt: *Gylippus itaque, adſumtis è ſuorum nautarum & vectorum numero, quos armaverat, ad ſeptingentos, & Himerenſium armatorum ac levis armaturæ, omni numero mille, equitibusque centum, item Selinuntiorum quibusdam levis armaturæ, Gelenſium quoque paucis equitibus, Siculorumque ad mille, pergit Syracuſas.* Et eodem libro infrà: Συρακουσίοις δὲ ἀντεβοήθησαν καὶ Καμαριναῖοι μὲν, ὅμοροι ὄντες, καὶ Γελῷοι, οἰκοῦντες μετ' αὐτούς. ἔπειτα, Ἀκραγαντίνων ἡσυχαζόντων, ἐν τῷ ἐπέκεινα ἱδρυμένοι Σελινούντιοι. καὶ οἵδε μὲν τῆς Σικελίας τὸ πρὸς Λιβύην μέρος τετραμμένον νενόμενοι· Ἱμεραῖοι δὲ ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν πόντον μορίου, ἐν ᾧ καὶ μόνοι Ἕλληνες οἰκοῦσιν· οὗτοι δὲ καὶ μόνοι ἐξ αὐτοῦ ἐβοήθησαν. Id eſt: *E diverſo Syracuſanis auxilio venêre Camarinenſes, illorum finitimi; tum, qui poſt hos incolunt, Gelenſes: inde, Agrigentinis ab omni hoc bello abſtinentibus, proximè hos incolentes Selinuntii. Atque hi equidem latus Siciliæ Africæ obverſum incolebant. ab alterâ inſulæ parte, quæ ad mare Tuſcum pertinet, uni Himerenſes, qui ſoli è Græcis illic habitant, auxilio iisdem Syracuſanis fuêre.* Sic & Diodorus lib. XIII: Συρακούσιοι δὲ, ἀκούσαντες ἐπὶ τοῦ πορθμοῦ τὰς δυνάμεις εἶναι τῶν Ἀθηναίων, πρέσβεις ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Σικελίαν πόλεις ἀπέστελλον, δεόμενοι τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀντιλαμβάνεσθαι· τοὺς γὰρ Ἀθηναίους τῷ μὲν λόγῳ πρὸς Συρακουσίους ἐνίστασθαι τὸν πόλεμον, τῇ δ' ἀληθείᾳ καταστρέψασθαι βουλομένους ὅλην τὴν νῆσον. Ἀκραγαντῖνοι μὲν οὖν καὶ Νάξιοι συμμαχήσειν ἔφησαν Ἀθηναίοις· Καμαριναῖοι δὲ καὶ Μεσσήνιοι τὴν μὲν εἰρήνην ἄξειν ὡμολόγησαν, τὰς δὲ ὑπὲρ τῆς συμμαχίας ἀποκρίσεις ἀνεβάλοντο. Ἱμεραῖοι δὲ καὶ Σελινούντιοι, πρὸς δὲ τούτοις Γελῷοι καὶ Καταναῖοι συναγωνιεῖσθαι τοῖς Συρακουσίοις ἐπηγγείλαντο. Hoc eſt: *Syracuſani, quamprimùm intra fretum eſſe claſſem Athenienſium cognoverunt, per legationes urbeis Siciliæ ſolicitant atque rogant, ut pro communi omnium ſalute arma ſecum capeſſant. quidpe Athenienſeis, prætextu belli Syracuſanis inferendi, nihil aliud conſtitutum habere, quàm ut totam ſuæ poteſtati inſulam ſubjiciant. Ad quod Agrigentini ac Naxii, ſe in Athenienſium ſocietate fore, reſpondent. Camarinenſes ac Meſſanenſes, ſe à bello vacaturos, proteſtantur; reſponſo de ſocialibus armis in aliud tempus rejecto. Himerenſes atque Selinuntii, cumque his Gelenſes & Catanenſes, auxilia promittunt.* Sed maximè eodem libro poſteà: Τοιούτων δὲ ἐλαττωμάτων περὶ τοὺς Συρακουσίους γινομένων, ἠθύμουν οἱ κατὰ τὴν πόλιν. ὡς δ' ἤκουσαν, Γύλιππον εἰς Ἱμέραν καταπεπλευκέναι, καὶ στρατιώτας ἀθροίζειν, πάλιν ἐθάρρησαν. ὁ γὰρ Γύλιππος μετὰ τεττάρων τριήρων καταπλεύσας εἰς Ἱμέραν, τοὺς Ἱμεραίους πείσας συμμαχεῖν τοῖς Συρακουσίοις, παρά τε τούτων καὶ Γελῴων, ἔτι δὲ Σελινουντίων καὶ Σικανῶν ἤθροιζε στρατιώτας. Hoc eſt: *Tot igitur adverſis caſibus animi Syracuſanorum haud parum debilitati ſunt. At poſteaquàm renunciatum fuit, Gylippum, Himeræ adpulſum, militem contrahere; fiducia ipſis*

rediit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

rediit. Gylippus enim, ubi cum IIII *triremibus Himeram attigerat, Himerenſeis ad ſocietatem Syracuſanorum adduxit: & ab his, ſimulque Gelenſibus, Selinuntiis, ac Sicanis, militem conſcripſit.* Hinc Cicero, in Verrinâ II, *Himeram* vocat *opidum* quomdam in primis Siciliæ *clarum & ornatum.* hinc etiam ita de eâ canit antiquus poëta Pindarus, in Olympior. odâ XII, quam Ergoteli Himerenſi compoſuit:

Λίσσομαι παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου
Ἱμέρα εὐρυσθενέ' ἀμ-
φιπόλει σώτειρα Τύχα.

Id eſt:

Supplico tibi, filia Iovis, Libertatis præſidis,
Pro Himera, potenti
urbe, ſervatrix Fortuna.

Cæterùm de fortunâ huius urbis ita tradit Diodorus lib. XI: Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Φαίδωνος, Ὀλυμπιὰς μὲν ἤχθη ἕκτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα· κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Θρασυδαίου τοῦ Θήρωνος ἐπιστατοῦντος τῆς τῶν Ἱμεραίων πόλεως βαρύτερον τοῦ καθήκοντος, συνέβη τοὺς Ἱμεραίους ἀπαλλοτριωθῆναι παντελῶς ἀπ' αὐτοῦ. πρὸς μὲν οὖν τὸν πατέρα πορεύεσθαί τε καὶ κατηγορεῖν ἀπεδοκίμαζον, νομίζοντες οὐχ ἕξειν ἴσον ἀκουστήν· πρὸς δὲ τὸν Ἱέρωνα πρέσβεις ἀπέστειλαν κατηγοροῦντας τοῦ Θρασυδαίου, καὶ ἐπαγγελλομένους τήν τε πόλιν ἐκείνῳ παραδώσειν καὶ συνεπιθήσεσθαι τοῖς περὶ τὸν Θήρωνα. ὁ δὲ Ἱέρων κρίνας εἰρηνικῶς διαλύσασθαι πρὸς τὸν Θήρωνα, προὔδωκε τοὺς Ἱμεραίους, καὶ τὰ βεβουλευμένα λαθραίως ἐμήνυσεν. διόπερ Θήρων ἐξετάσας τὰ κατὰ τὴν βουλήν, καὶ τὴν μήνυσιν ἀληθινὴν εὑρίσκων, πρὸς μὲν τὸν Ἱέρωνα διελύσατο, τῶν δὲ Ἱμεραίων τοὺς ἐναντίους, πολλοὺς ὄντας, συλλαβὼν ἀποσφάζει. * . * . Θήρων δέ, μετὰ τὴν Ἱμεραίων σφαγήν, ὁρῶν τὴν πόλιν οἰκητόρων δεομένην, συνῴκισεν εἰς ταύτην τούς τε Δωριεῖς, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς βουλομένους ἐπολιτογράφησεν. Οὗτοι μὲν οὖν, μετ' ἀλλήλων καλῶς πολιτευόμενοι, διετέλεσαν ἔτη πεντήκοντα καὶ ὀκτώ· τότε δὲ τῆς πόλεως ὑπὸ Καρχηδονίων χειρωθείσης καὶ κατασκαφείσης, διέμεινεν ἀοίκητος μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν. Id eſt: *Athenis ſummi prætoris magiſtratum gerente Phædone, Olympias agebatur* LXXVI. *In Siciliâ tunc Thraſydæus, Theronis filius, Himerenſium urbi princeps datus, quum æquo inſolentiùs aſperiùsque imperaret, animos civium prorſus ab ſe abalienavit. qui quum ad patris tribunal criminationes de filio adferre, ut judicem minimè æquum habituri, inconſultum judicarent, miſſis ad Hieronem legatis, Thraſydæum accuſant, urbiſque deditionem, & auxilia contra Theronem illi offerunt. At Hiero, pacificè cum Therone tranſigendum ratus, proditis Himerenſibus, quæ contra illum machinarentur, clam aperit. Hic, inſidiis diligenter perveſtigatis, indiciorumque veritate cognitâ, Hieroni conciliatur; Himerenſium verò contra ſe aliquid molienteis, qui plurimi erant, comprehendit atque mactat.* Paullo pôſt: *Theron, quum Himeram poſt prædictam cladem bonâ ex parte deſolatam cerneret, Dores in eam collocavit; & alios, quicumque vellent, civium loco recenſeri juſſit. Hi per annos* LVIII *præclarè inter ſe rempublicam adminiſtrarunt. tum verò urbs à Carthaginienſibus ſubacta atque exciſa, ad noſtram uſque tempeſtatem cultoribus vacua permanſit.* Obſidionem everſionemque urbis, ab Annibale, Carthaginienſium duce, factam, prolixâ recenſet narratione lib. XIII. unde hæc retuliſſe ſufficiet: Ὁ δ' Ἀννίβας τὰ μὲν ἱερὰ συλήσας, καὶ τοὺς καταφυγόντας ἱκέτας ἀποσπάσας ἐνέπρησε, καὶ τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος κατέσκαψεν, οἰκισθεῖσαν ἔτη διακόσια τεσσαράκοντα. Id eſt: *Annibal templa deûm exſpoliat; &, abſtractis inde ſupplicibus, qui eò confugerant, incendio populatur. ipſam denique urbem ſolo æquat, per* CCXL *annos habitatam.* Factum hoc anno IIII Olympiadis XCII, Diocle ſummum Athenis gerente magiſtratum; id eſt, anno ante natum Ieſum CCCCVIIII. Hinc igitur colligitur, conditam fuiſſe urbem Olympiadis XXXII anno IIII; ante natum Ieſum anno IↃCXLVIIII; annis LXXXVII pôſt, quàm primi Græcorum in Siciliam trajecerunt: quos huc trajeciſſe Olympiadis XI anno primo, ſuprà, lib. I, cap. II, oſtenſum. Idem Himeræ excidium, novæque exinde urbis THERMARVM HIMERENSIVM ortum, memorat Cicero in dictâ Verrinâ II. *Opidum*, inquit, *Himeram Carthaginienſes quomdam ceperant; quod fuerat in primis Siciliæ clarum & ornatum. Scipio, bello confecto, Siculis omnibus, Carthagine captâ, quæ potuit, reſtituenda curavit. Himerâ deletâ, quos civeis belli calamitas reliquos fecerat, ii ſeſe Thermis collocârant, in eiusdem agri finibus, neque longè ab opido antiquo. hi ſe patrum fortunam ac dignitatem recuperare arbitrabantur, quum illa maiorum ornamenta in eorum opido collocabantur. Erant ſigna ex ære complura. in his mirâ pulcritudine ipſa Himera, in muliebrem figuram habitumque formata, ex opidi nomine & fluminis. Erat etiam Steſichori poëtæ ſtat[illegible] ſenilis incurva, cum libro; ſummo, ut putant, artificio facta: qui fuit Himeræ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ſed & eſt & fuit totâ Græciâ ſummo propter ingenium honore & nomine. Hinc illud Silii, dicto lib. XIIII:

Litora Thermarum, priſcâ dotata Camœnâ,
Armavêre ſuos, quà mergitur Himera ponto
Aeolio.

Biennio pòſt, quàm everſa fuit Himera, conditam fuiſſe ab iiſdem Carthaginienſibus Thermarum urbem, auctor eſt Diodorus dicto lib. XIII poſteà. Ἀθήνησι μὲν, inquit, Ἀντιγένης τὴν ἀρχὴν παρέλαβε· οἱ δὲ Καρχηδόνιοι ἐν μὲν τῇ Λιβύῃ μεγάλας παρεσκεύαζον τὰς δυνάμεις, ἐπιθυμοῦντες ἁπάσας τὰς ἐν τῇ νήσῳ πόλεις καταδουλώσασθαι. πρὶν δὲ τὰ στρατόπεδα διαβιβάζειν, καταλέξαντες τῶν πολιτῶν τινας καὶ τῶν ἄλλων Λιβύων τοὺς βουλομένους, ἔκτισαν ἐν τῇ Σικελίᾳ πρὸς αὐτοῖς τοῖς θερμοῖς ὕδασι πόλιν, ὀνομάσαντες Θερμά. Hoc eſt: *Dum Athenis ſummum gerit magiſtratum Antigenes, Carthaginienſes numeroſum denuo exercitum cogunt; & in hoc omni ſtudio toti ſunt, ut omneis Siciliæ urbeis ſervitutis jugo ſubjiciant. Antequàm verò copias in inſulam transportaſſent, volonum ex civibus aliisque Afris delectu habito, novam ad ipſas calidas aquas in Siciliâ urbem condunt, quam Thermas vocant.* Himerenſium quoque, qui excidio urbis ſuæ ſuperſtites erant, eódem fuiſſe collatos, teſtis eſt luculentiſſimo de Scipionis facto documento Cicero. Sed & ipſe Diodorus poſteà, lib. XIIII, Thermarum incolas adpellat *Himerenſeis.* Ἰμίλκων δὲ, inquit, πρὸς Ἱμεραίους καὶ τοὺς τὸ Κεφαλοίδιον φρούριον κατοικοῦντας φιλίαν ἐποιήσατο. Id eſt: *Himilco cum Himerenſibus & Cephalœdium habitantibus caſtellum amicitiam inivit.* Factum hoc anno XI pòſt, quàm Thermæ conditæ; id eſt, Phormione Athenis ſummum gerente magiſtratum. Quum igitur Himilco, Carthaginienſium dux, amicitiam Himerenſium petierit, patet ex eo, maximam Thermis incolentium partem non Pœnos nec Afros, ſed priſcos fuiſſe Himeræ cultores. Cæterùm apud Diodorum, prædicto lib. XIII, ubi in verbis præſcriptis legitur vox Θερμὰ, ſubintelligenda eſt altera vox ὕδατα, ſive λουτρά· id eſt, *Aquæ calidæ*, ſeu *balneæ calidæ*. At, quia Latinis vox *aquæ* erat feminini generis; Græcam etiam vocem neutri generis τὰ θέρμα, in femininum converterunt *Thermæ*. Apud Ptolemæum, qui plerumque in Romanis provinciis locorum nomina Romano more formata ſequitur, ſcriptum eſt, Θερμαὶ Ἱμέραι, id eſt, *Thermæ Himeræ.* at legendum eſſe Θερμαὶ Ἱμεραῖαι, id eſt, *Thermæ Himerenſes*, Polybius teſtatur lib. I. μεταξὺ τοῦ Παρώπου, inquit, καὶ τῶν Θερμῶν τῶν Ἱμεραίων ἐπιπεσὼν αὐτοῖς ἀφνιδίως, σχεδὸν εἰς τετρακισχιλίους ἀπέκτεινε. Id eſt: *Inter Paropum & Thermas Himerenſeis repentè in eos inruens, ad* IIII *fermè millia hominum cecîdit.* Heic tamen etiam neutrum intelligendum eſſe genus τὰ Θερμὰ Ἱμεραῖα, exiſtimo. ſic & Stephani epitomator: Θερμὰ, χωρίον Σικελίας. Φίλιστος τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Θερμαῖος. Id eſt: *Therma, opidum Siciliæ; auctore Philiſto, lib.* III. *Gentilitium, Thermæus.* Sed Latinis auctoribus, Ciceroni in Verrinis haud ſemel, & Vibio Sequeſtro in prædicto Catalogo amnium, dicuntur THERMITANI. quod ſanè vocabulum formatum eſt ab Græco Θερμῖται· ut *Tauromenitani*, *Lilybætani*, *Panormitani*, Græcis erant Ταυρομενῖται, Λιλυβαῖται, Πανορμῖται, & ſimilia. Θερμαῖοι autem faciebat Latinis THERMENSES. Celebrem hanc quoque fuiſſe urbem, ex prædictâ Ciceronis Verrinâ II perſpicitur. *Senatus*, inquit, *populusque Romanus Thermitanis, quòd ſemper in amicitiâ fideque manſiſſent, urbem, agros, legesque ſuas reddiderunt. Publiusque Rupilius poſteà leges ita Siculis ex ſenatusconſulto de decem legatorum ſententiâ dedit,* VT CIVES INTER SE SVIS LEGIBVS AGERENT. Factam poſteà COLONIAM *Romanorum*, teſtatur tabula marmorea, in qua ita perſcriptum:

C. MAESIO AQVILIO
FABIO. TITIANO. C. V. COS
OPTIMO. CIVI. AC. PATRONO. BENE. ME
RENTI. ORDO. ET. POPVLVS. SPLENDI
DISSIME. COL. AVG. HIMERAEORVM
THERMIT. PECVNIA. SVA. POSVIT

Eódem an & alius lapis pertineat, qui Neapoli exſtitit, teſte Pighio, equidem noſcio. inſcriptio verò talis eſt:

LICINI

LICINI
ALFIO. LICINIO
V. P. PATRONO. CO
LONIAE. EX. COMI
TIBVS
REGIO. THERMENSIVM. VERE. PATRONO

Apud Plinium equidem, lib. III, cap. VIII, ita legitur: *Opidum Acragas; quod Agrigentum noſtri dixêre: Thermæ colonia; amnes Atys & Hypſa; Selinûs opidum. Lilybæum ab eo promontorium.* Thermas iſtas hodiè vocari Sciaccam, ſuprà, lib. I, cap. XVII, docui. Coloniam id opidum quòd adpellet Plinius, vereor ſatis peritè ut id ab eo factum ſit. nihilque probabilius, quàm quòd vocabulo deceptus ille ſit; quum coloniam intelligerent auctores, ex quibus ipſe ſua deſumſit, Thermas Himerenſeis. Certè diſerta Martiani Capellæ verba lib. VI in deſcriptione Siciliæ ſunt iſta: *Coloniæ in Siciliâ quinque.* Ex his quum IIII ſuprà indicaverimus iſtas; *Tauromenium, Catanam, Syracuſas, Panormum;* &, quintam fuiſſe *Himerenſeis Thermas,* prædicti lapides oſtendant: certum jam ex Capellæ foret auctoritate, Thermas Selinuntias nullam fuiſſe; niſi Tyndarim quoque, de qua proximo capite dicetur, coloniam feciſſet idem Plinius. Res igitur in ambiguo relinquenda. Quamquàm Capellæ error ex eo naſci potuit, quòd Cicero, in actione Verrinâ III, *Fœderatæ,* inquit, *civitates duæ ſunt, Mamertina & Tauromenitana. quinque præterea ſine fœdere immunes civitates ac liberæ; Centuripina, Haleſina, Segeſtana, Halycienſis, Panormitana.* Poſterioribus etiam temporibus nobilem in primis Siciliæ fuiſſe urbem Thermas Himerenſeis, Tabu la teſtatur itineraria, primariæ urbis ſigno eam referens.

Cæterùm HIMERENSIVM AQVARVM antiquiſſima memoria ad Herculis uſque fabulas relata fuit ab vetuſtiſſimis ſcriptoribus. unde ita ſcribit Diodorus, lib. IIII: Διεξιόντος δὲ τοῦ Ἡρακλέους τὴν παράλιον τῆς νήσου, μυθολογοῦσι, τὰς νύμφας ἀνεῖναι θερμὰ λουτρὰ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν τῆς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν γενομένης αὐτῷ κακοπαθείας. τούτων δὲ ὄντων διττῶν, τὰ μὲν Ἱμεραῖα, [malè vulgò Ἡμεραῖα] τὰ δὲ Ἐγεσταῖα προσαγορεύεται, τὴν ὀνομασίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ τῶν τόπων. Id eſt: *Litus huius inſulæ peragranti Herculi, calidas à nymphis balneas fabulantur apertas fuiſſe; quibus contractam ex itinere laſſitudinem adlevaret. Binæ quum ſint; alteræ Himerenſes, Egeſtanæ alteræ, à ſuis locis dictæ ſunt.* Et lib. V: μυθολογοῦσι δὲ, μετὰ τῆς Κόρης τὰς τὴν ὁμοίας παρθενίας ἠξιωμένας Ἀθηνᾶν τε καὶ Ἄρτεμιν συντρεφομένας συνάγειν μετ' αὐτῆς τὰ ἄνθη, καὶ κατασκευάζειν κοινῇ τῷ Διῒ πατρὶ τὸν πέπλον, διὰ δὲ τὰς μετ' ἀλλήλων διατριβάς τε καὶ ὁμιλίας, ἁπάσας στέρξαι τὴν νῆσον ταύτην μάλιστα, καὶ λαχεῖν ἑκάστην αὐτῶν χώραν· τὴν μὲν Ἀθηνᾶν ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἱμέραν μέρεσιν, ἐν οἷς τὰς μὲν νύμφας, χαριζομένας Ἀθηνᾷ, τὰς τῶν θερμῶν ὑδάτων ἀνεῖναι πηγὰς κατὰ τὴν Ἡρακλέους παρουσίαν· τοὺς δ' ἐγχωρίους πόλιν αὐτῇ καθιερῶσαι καὶ χώραν, τὴν ὀνομαζομένην μέχρι τοῦ νῦν Ἀθήναιον. Id eſt: *Cum Proſerpinâ quoque Minervam atque Dianam, eidem virginitatis ſtudio dicatas, educationis tempore vixiſſe, & de floribus cum eâ collectis patri Iovi togam communi operâ contexuiſſe, fabulantur. quæ & propter familiarem inter ſe conſvetudinem inſulam mirificè dilexerint; adeò, ut unaquæque certum in eâ locum ſibi vindicaverit: Minerva quidem in circumjecto Himeræ tractu. ubi calidarum fonteis aquarum nymphæ ſub adventum Herculis in gratiam Minervæ aperuerint: urbem quoque cum agro, qui adhuc Athenæi nomine celebris, incolæ conſecraverint.* Falli puto heic noſtri ſæculi geographos, qui τὴν πόλιν intelligunt dictam fuiſſe unà cum agro Ἀθήναιον. cuius ſanè nulla aliàs apud rerum ſcriptores vel geographos extat mentio: quum tamen ob inſignem illam vetuſtatem latere omneis pariter haud facilè potuerit. Ego ipſam Ἱμέραν exiſtimaverim Minervæ ab incolis fuiſſe conſecratam: & agrum circumjacentem intellexiſſe Diodorum τὸ Ἀθήναιον dictum fuiſſe incolis, id eſt, ATHENAEVM; ſive, ſi Latine vertas, MINERVALE. Earumdem à nymphis apertarum aquarum meminit & Pindarus, vetuſtiſſimus poëta, in dictâ Olympior. odâ XII, his verbis:

Νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμενος,
Καὶ δὶς ἐν Πυθῶνι Ἰσθμοῖ τ', Ἐργότελες,
Θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμιλέ-
ων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.

Hoc eſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Hoc eſt:

Nunc, apud Olympiam coronatus,
Et bis apud Pythonem & apud Iſthmum, Ergoteles,
Calida nympharum balnea extollis, ver-
ſans apud domeſtica arva.

Ad quæ ita Scholia: Ἐκ ἢ ταύτης τῆς αἰτίας, φησὶ, τῆς κατὰ φυγὴν, στεφθεὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ἐν Πυθίᾳ καὶ ἐν Ἰσθμῷ, τὰ θερμὰ ὕδατα τῶν νυμφῶν ἐν τῇ Ἱμέρᾳ ὑψοῖς καὶ ἐπαίρεις τῇ δόξῃ. Ἄλλως· Τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ θερμὰ λουτρὰ τῆς Ἱμέρας πόλεως, λέγεται Ἀθηνᾶν ἀναδοῦναι εἰς ἀνάπαυσιν Ἡρακλεῖ, ἡνίκα ἐκεῖ ἐφάνη (τινὲς δὲ νύμφας, ὡς καὶ Πίνδαρος) ἵνα ἀπολούσηται, ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς ἀπελαύνων παρεγένετο. λείπεται δὲ λέγειν ἀπὸ μέρους αὐτὴν τὴν πόλιν· τόπος γὰρ ἐν αὐτῇ τὰ θερμὰ λουτρά. Hoc eſt: *Ex hac autem occaſione, quòd exſul fuiſti, coronatus apud Olympiam & Pythiam atque Iſthmum, calidas nympharum aquas in Himerâ extollis gloriâ. Aliter: Calida Himeræ urbis in Siciliâ balnea aiunt Minervam aperuiſſe Herculi in laborum recreationem, quum illuc perveniſſet. quidam autem nymphas id feciſſe dicunt; ut & Pindarus: uti ablueretur, quum, Geryonis boveis agens, in ea loca perveniſſet. A parte autem ipſa urbs ſignificatur. locus quidpe in ipſâ ſunt aquæ calidæ.* Falſum hoc eſſe, diſertiſſimis ſuprà teſtatus eſt verbis Cicero; *Himerâ deletâ,* inquiens, *quos civeis belli calamitas reliquos fecerat, ii ſeſe Thermis collocârant, in eiusdem agri finibus, neque longè ab opido antiquo.* Pindari autem ætate Himera adhuc exſtabat; quidpe quem circa Olympiadem LXXV floruiſſe tradit Diodorus dicto lib. XI; Euſebius autem, in Chronico, Olympiadibus LXXIII, & LXXVI. apud Svidam quidem eſt Ὀλυμπιὰς ξέ, id eſt, LXV: ſed errorem puto eſſe vel ipſius Svidæ, vel exſcriptoris eius; quum ſcribendum eſſet οέ, id eſt, ut Diodorus habet, LXXV. Pindarus igitur per inſigniorem Himerenſis agri locum ipſam urbem Himeram innuere voluit.

CAP. IIII.

Cephalœdis ſive Cephalœdium opidum. Monalus amnis. Haleſa ſive Alæſa urbs. Haleſus ſive Alæſus fluvius. Fons Alæſini agri mirandus. Ipyrrha fons. Opida Calacta & Aluntium. Chyda flumen.

CEPHALOEDIS *opidum.*

POſt Thermas Himerenſeis proximè nominatur *opidum* Κεφαλοιδίς, CEPHALOEDIS, ſive Κεφαλοίδιον, CEPHALOEDIVM; vulgò nunc etiam *Cifalù* incolis dictum. Ptolemæus: Ἱμέρα ποταμοῦ ἐκβολαί, Κεφαλοιδίς. id eſt: *Himeræ amnis oſtium, Cephalœdis.* Plinius, lib. III, cap, VIII: *Opida, Panormum, Solûs, Himera cum fluvio, Cephalœdis.* Strabo, lib. VI: Ἐκ δὲ τοῦ Τυνδαρίδος εἰς Ἀγάθυρσον μίλια λ', καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισαν, καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον, ταῦτα μὲν πολίχνια· εἰς δ' Ἱμέραν ποταμὸν ιη'. Hoc eſt: *Ab Tyndaride Agathyrſum usque millia ſunt* XXX. *hinc Alæſam totidem. aliaque inde* XXX *Cephalœdium: quæ omnia opidula ſunt. tum verò ad Himeram flumen millia ſunt* XVIII.

Longè aliter hæc computantur in Itinerariis Romanis; quæ ita habent:

Tabulæ;		Antonini;	
Thermis		*Thermis*	
Cephalecto	XXIIII.	*Cefalodo*	XXIIII.
Haleſa	XVIII.	*Aleſa*	XXVIII.
Calacte	XII.	*Caleate*	XXVI.
		Soluſapre	VIIII.
Agatinno	XII.	*Agantinno*	XX.
Tindareo	XXIX.	*Tindaride*	XXVIII.

Hodiéque inter *Termini* atque *Cifalù* opida XXIIII numerantur millia paſſuum. at millia hæc inter Cephalœdim & Panormum XLVIII tam exigua ſunt, uti ea uno die haud perinde accelerato gradu pedibus menſe Aprili confecerim. Sed de veteris opidi ſitu ita tradit Fazellus, Decad. I, lib VIIII, cap. III: *Cephalœdis urbs vetuſta nomen à* κεφαλὴ, *quod caput eſt Latinis, nacta eſt, vel ob id, quod ad verticem præruptæ rupis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

rupis, ac promontorii ſpeciem habentis, condita fuit: ubi adhuc arx eſt naturâ munitiſſima; & urbs ipſa jacens ambitus mille fermè paſſuum: ubi quoque & templi ingentis diruti, Doricâ formâ olim conditi, clara viſuntur monumenta. Et mox: *Sed quum demum exile ſanè eſſet opidulum, ruinisque adfectum, & adſcenſu perdifficile; à Rogerio rege ad angulum rupis tranſlatum eſt.* Vocabulum eius miſerè in dictis Itinerariis corruptum eſt. ſed & apud Ciceronem in Verrinis, in vulgatis exemplaribus, legitur opidum *Cephaledum*, & opidani *Cephaleditani*. ubi haud dubiè ab ipſo Cicerone ſcriptum fuit *Cephalœdium*; & inde *opidani* CEPHALOEDITANI; qui ipſis Græcis Sicilienſibus fuerunt Κεφαλοιδῖται. Sic & Priſcianus grammaticus, lib. II: *A Caralibus, Caralitanus, à Tauromìnio, Taurominitanus; Cephalœdio, Cephalœditanus; à Drepano, Drepanitanus.* Silio Italico Græcâ formatione litus ad hoc opidum dicitur Κεφαλοιδιὰς, CEPHALOEDIAS *ora*. Verba eius lib. XIIII hæc ſunt:

Quæque procelloſo Cephalœdias ora profundo
Cæruleis horret campis paſcentia cete.

Quæ ita interpretatur prædicto loco Fazellus: *Campi Cephalœditani marinis fluctibus ſuperfunduntur; quorum agros cete piſces paſcunt. delphini namque etiam hac ætate, tempeſtatibus & fluctibus ejecti marinis, ſæpenumerò ad litus in ſalo relinquuntur. Cephalœditana quoque ora thynnorum capturâ eſt celebris.* Cetaria igitur heic innuere videtur poëta, qualia ſuprà cap. II ad Cetaria opidum deſcripſimus. De cætero ut πολίχνιον Strabo, id eſt, *opidulum*, ſic φρούριον adpellat *Cephalœdium*, id eſt, *caſtellum*, Diodorus lib. XIII, in his verbis. Ἱμίλκων δὲ πρὸς Ἱμεραίους καὶ τοὺς τὸ Κεφαλοίδιον φρούριον κατοικοῦντας φιλίαν ἐποιήσατο. Id eſt: *Himilco cum Himerenſibus & Cephalœdium habitantibus caſtellum amicitiam inivit.* Factum hoc Phormione Athenis ſummum magiſtratum gerente, anno primo Olympiadis XCVI; ante natum Ieſum anno CCCXCVI. Atque hæc vetuſtiſſima eſt huius loci memoria. Alicuius tamen fuiſſe momenti, patet ex eiusdem Diodori hiſtoriis. ſic quidpe ſcribit eodem libro poſteà: Παρέλαβον δ᾽ οἱ Μεσσήνιοι διὰ προδοσίας Κεφαλοίδιον καὶ Σολοῦντα καὶ τὴν Ἔνναν. Id eſt: *Meſſanenſes Cephalœdium & Soluntem Ennamque per proditionem ditioni ſuæ adjunxerunt.* Et lib. XX: Κεφαλοίδιον δ᾽ ἐκπολιορκήσας ὁ Ἀγαθοκλῆς, Λεπτίνην ταύτης ἐπιμελητὴν ἀπέλιπεν. Id eſt: *Agathocles expugnato Cephalœdio Leptinem præfecit.* Et item ex lib. XXIII ita referunt Eclogæ legationum: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, ἕτερον στόλον μετὰ τὸν ναυάγιον ναυπηγήσαντες, καὶ σύν ναυσὶν εἰς τὸ Κεφαλοίδιον ἐλθόντες, τοῦτο διὰ προδοσίαν παρέλαβον. Hoc eſt: *Romani, aliâ poſt naufragium claſſe exſtructâ, cum* CCL *navibus Cephalœdium profecti, proditione id ceperunt.* Sic Cicero etiam, in Verrinâ III, inter haud obſcuras civitates Cephalœditanam connumerat. *Catinenſium*, inquit, *locupletiſſimorum hominum amiciſſimorumque, agros vexatos ab Apronio cognoſcetis: Tyndaritanam, nobiliſſimam civitatem, Cephalœditanam, Halentinam, Apollonienſem, Enguinam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum, intelligetis: Murgentinis, Aſſorinis, Elorinis, Ennenſibus, Letinis, nihil omnino relictum: Citarinos, Acherinos, parvarum civitatum homines, omnino abjectos eſſe ac perditos.*

MONALVS *amnis.*

Cephalœdim opidum porrò ſequitur ὁ Μόναλος ποταμὸς, MONALVS *amnis*, uni Ptolemæo memoratus. Κεφαλοιδὶς, inquit, Μονάλου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Ἄλαισα. id eſt: *Cephalœdis, Monali amnis oſtium, Alæſa.* In tabulâ autem medio fermè itinere eum ponit inter Cephalœdim & Alæſam opida. ex quo ſitu is deprehenditur eſſe fluvius, qui vulgò nunc accolis vocatur *Pollina*. nam ad *Pettinéi* fluminis lævam ripam fuiſſe Alæſam, proximè hinc oſtendam.

HALESA, *ſive* ALAESA *urbs.*

Vocabulum eius urbis variè apud auctores ſcriptum reperitur. nam Phalaridi, Ptolemæo ac Straboni eſt Ἄλαισα, ALAESA; Diodoro autem Ἄλεσα, & ita Antonino ALESA; Ciceroni ac Tabulæ itinerariæ, HALESA. unde etiam opidani ſunt eidem Ciceroni ac Plinio HALESINI. Et inſcriptioni antiquæ ſæpiùs repetitur ὁ Ἄλαισος ποταμὸς, ALAESVS *fluvius*: qui apud Columellam legitur HALESVS, mediâ productâ. Verba eius ſunt de Re ruſticâ lib. X iſta:

HALESVS *ſive* ALAESVS *fluvius.*

Nunc vos Pegaſidum comites Acheloidas oro,
Menaliumque choros Dryadum, nymphasque Napæas,
Quæ colitis nemus Amphryſi, quæ Theſſala Tempe,
Quæ juga Cyllenes & opaca rura Lycæi,
Antraque Caſtaliis ſemper rorantia guttis;
Et quæ Sicaniis flores legiſtis Haleſi,

Quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Quum Cereris proles, veſtris intenta choreis,
Aequoris Ennæi vernantia lilia carpſit;
Raptaque, Lethæi conjux mox facta tyranni,
Sideribus triſteis umbras & Tartara cœlo
Præpoſuit.

Apud Silium lib. XIIII ſic equidem legitur in recenſione urbium Siciliæ:

Venit, ab amne trahens nomen, Gela; venit & Heſa:
Et qui præſenti domitant perjura Palici
Pectora ſupplicio: Troianaque venit Aceſta.

Verùm quum nullum uſpiam reperiatur Siciliæ opidum *Heſa*, omnino ego eredo, ſcripſiſſe Silium ita:

Venit, ab amne trahens nomen, Gela; venit Aleſa.

Vel etiam cum adſpiratione, *Haleſa*: vel cum diphthongo *Alæſa*. nam quum media longa ſit, planè mihi perſvadeo, primam germanamque ſcripturam fuiſſe Ἄλαισα' ut tres prædicti habent auctores, & locupletiſſimus omnium teſtis, lapis marmoreus. unde *opidani* rectè dicuntur Ἀλαισῖνοι, ALAESINI; qui apud Diodorum lib. XIIII ſunt Ἀλεσῖνοι, ALESINI: ſed in Excerptis legationum ex lib. XXIII, rectiùs Ἀλαισῖνοι. quamquàm in vulgatis exemplaribus illic vitiata verba leguntur παρὰ Λαισίνων, pro παρ' Ἀλαισίνων. Situm urbis ita indicant Itineraria Romana:

Tabulæ;		Antonini;	
Cephalecto		*Ceſalodo*	
Haleſa	XVIII.	*Aleſa*	XXVIII.

Oram hanc ita deſcribit Fazellus, dictæ Decad. I, lib. VIIII, cap. III: *Ad oram Monali fluvii oſtium, Pollinæ hodiè nominati, ſequitur.* Et cap. IIII: *Monalo fluvio ad mille paſſus, & poſt Cephalœdim ad* XVIII *paſſuum millia, Tuſa arx recens ad litus ſuccedit. cui intus in colle imminenti, ad paſſuum millia* III, *eiusdem nominis opidum incubat. Sed ad oram, poſt arcem Tuſam ad jactum fundæ, torrens eiusdem adpellationis ſequitur. quo trajecto ad paſſus* IↃ *in litore mira diruti cuiusdam ædificii veſtigia occurrunt; quæ ab accolis Balneæ vocantur. ibique usque ad collis prominentis verticem, ubi arx proſtrata cernitur, continuatæ per paſſus ſupra mille jacentis urbis exſtant monumenta; ædiumque permagnæ ruinæ, ac disjectæ ingentium lapidum moles, & marmora quædam Cæſaris Auguſti titulo, pleraque Græcis characteribus inſcripta, paſſim reperiuntur. In urbis medio ædes ſacra, divæ Mariæ cognomento à Palatiis dicata, & monaſterium ordinis S. Benedicti illi conjunctum exſtat. Supra urbem ad paſſuum millia* III, *meridiem versùs, in collibus fons eſt ingens, Aqua civitatis adhuc vulgò adpellata. unde aquæ ductibus cæmentitiis miris, (quorum quidam integri, plerique disjecti, ſed & multi obruti) & fiſtulis lateritiis aquæ ad arcem ipſam primùm, deinde ad urbem ſubjacentem & illius regionem, ac demum ad ipſas balneas in litore deducebantur. eratque ea urbs ambitus, ut adparet, duorum & eo ampliùs paſſuum millium. Hæc urbs, niſi Ptolemæus erret, qui in hac orâ, inter Cephalœdim & Aleſam, Aleten urbem ponit in tabulis, eam ipſam Aleten fuiſſe, cenſendum eſt. Sed quum nullus ſcriptor, præter Ptolemæum, Aletes meminerit, ſi Alecia non eſt, quam immunem ac liberam fuiſſe Cicero in Verrem ſcribit, & Diodorus; quænam urbs Alete ſit, me ignorare fateor. At dum hæc mea ſcripta ſub prælo eſſent, tabula quædam marmorea vetuſtiſſima, latitudinis palmorum circiter trium, longitudinis verò ſex, multis literis Græcè inſcripta, & inter cadavera huius urbis reperta, Cæſaris Manni, mercatoris Piſani, ſtudio ad manus meas pervênit. in qua leges plures de agrorum, vinetorum, ac olivetorum terminis ſunt perſcriptæ. ubi ſæpe de fluvio Aleſo, & nulla tamen de Alesâ urbe fit mentio. quæ ſi fieret, hanc ipſam Aleſam fuiſſe, & Strabonem in milliariorum ſupputatione, ſimul & Ptolemæum erraſſe, conſtantiſſimum eſſet. Verùm etſi Aleſa urbs in eâ non nominetur; quia tamen de Aleſo fluvio pluries memoria repetitur; non omnino eam Aleſam non fuiſſe adfirmo: ſed anceps adhuc mihi eſt animus; dum ex veterum ſcriptorum, qui nondum fortè ſunt editi, monumentis veritas haberi poſſit. Poſt hanc urbem proſtratam, ad jactum lapidis, oſtium fluvii Pettinéi ſequitur; qui Aleſus in tabulâ marmoreâ vocatur. à quo, ſi hæc urbs Aleſa eſt, nomen, veluti & plureis alias à proximis fluviis, adeptam fuiſſe, arbitrandum eſt.* Et paullo pòſt: *Vlteriùs, poſt amnem Seravallis, Caroniæ fluvii oſtium ſequitur, & nominis eiusdem recens opidulum. ubi ad litus Aleſa pervetuſta olim erat urbs, ſi Straboni credimus, qui Aleſam poſt Cephalœdim ad* XXX *millia paſſuum ponit. Ptolemæus quoque, ut diximus, eam poſt Aleten ſeu Aliciam collocat. Vbi*

fragmenta

fragmenta ac veteres ruinæ, pro maximâ parte obrutæ, ad ædem Annunciatæ circa Caroniæ litora adhuc jacent; atque in ſubjectis agris & vineis, ad paſſuum ferè duo millia, ubicumque effoditur, paſſim occurrunt. De eâ inſigne teſtimonium quinto in Verrem Cicero edidit; Siciliæ, inquiens, civitates multæ ſunt ornatæ atque honeſtæ: ex quibus in primis numeranda eſt civitas Aleſina. Et mox: *In Aleſino agro, Iulio Solino & Afro Dionyſio auctoribus, fons eſt, qui, quum ſiletur, quietus ac tranquillus eſt; ſin autem tibiæ ſonant, exſultabundus ad cantum elevatur, &, quaſi miretur cantus dulcedinem, ultra margines intumeſcit. Qui ubi ſit hodiè, nobis quidem incompertum eſt. Furiani, novi nominis fluvii, oſtium eſt poſt Aleſam.* Caroniam igitur potiùs credidit Fazellus eſſe Aleſam, quàm rudera illa apud Pettinéum amnem. Sic in introitu etiam operis: *A Cephalœdi ad Thuſam arcem millia* XVIII: *à Thusâ ad Aleſam, nunc Caroniam,* XII. Atque ita alii etiam clari Siciliæ ſcriptores ſenſerunt. Tabulæ illius marmoreæ typus ſive inſcriptio exſtat apud Gruterum in opere Inſcriptionum antiquarum. ubi duodecies nomen eius Ἄλαισος, *Alæſus*, perſcriptum eſt. Quum omnino perſvaſum habuerit Fazellus, Pettinéum eſſe veterum Alæſum; miror, quî ipſam urbem Alæſam longiùs inde remotam, ultra & Seravallis & Caroniæ amneis, ſtatuere potuerit. *Alete* illa in tabulis Ptolemæi commentum eſt adpoſititium librariorum, in Græco aliquo exemplari nusquàm hactenus repertum. *Halycia* verò Ciceronis fuit ad Halycum fluvium, inter Entellam & Lilybæum; ut poſteà oſtendetur. Fazellus, dec. I, lib X, cap. I. *Pittinéum opidum* ait eſſe antiquam *Plinii Pittiam*, unde opidani *Pittienſes*. At verò apud Plinium nulli ſunt *Pittienſes*; ut detorſit vocabulum Fazellus: ſed *Phintienſes*; ab opido *Phintiâ*, quod nunc dicitur *Licata*; ut ſuprà lib. I, cap. XVI, oſtenſum eſt. Ex intervallo XVIII millium, quæ ſunt inter Cephalœdim & dicta antiquæ urbis apud Tuſam rudera, ſimulque ex tabulâ illâ marmoreâ, *Alæſi* nomen ferente, quæ heic reperta eſt, planè, has ipſas eſſe veteris *Alæſæ* urbis reliquias, judicandum eſt. In Antonini itinerario, ubi inter Cephalœdium & Aleſam XXVIII leguntur millia, alterum X abundare, & ab imperito exſcriptore perperam inſertum eſſe, vel ipſa tabula tùm ratio totius inter Cephalœdim & Tyndaridem itineris manifeſtè coarguunt. De ortu ſimul & ſitu huius urbis ita narrat Diodorus lib. XIIII: Ἀρχονίδης γὰρ, ὁ τῆς Ἑρβίτης ἐπιστάτης, ἐπειδὴ πρὸς Διονύσιον εἰρήνην ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἑρβιταίων συνέθετο, διενοεῖτο κτίσαι πόλιν. εἶχε γὰρ μισθοφόρους τε πλείους καὶ σύμμικτον ὄχλον, ὃς τῷ πρὸς Διονύσιον πολέμῳ συνέδραμεν εἰς τὴν πόλιν. πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν ἀπὸ τῶν Ἑρβιταίων ἐπηγγέλλοντο αὐτῷ κοινωνήσειν τῆς ἀποικίας. ἀναλαβὼν οὖν τὸ συνεδρεῦον πλῆθος, κατελάβετό τινα λόφον, ὀκτὼ σταδίους ἀπέχοντα τῆς θαλάτης, ἐν ᾧ πόλιν ἔκτισεν Ἄλεσαν. οὐσῶν δὲ καὶ ἄλλων πόλεων κατὰ τὴν Σικελίαν ὁμωνύμων, Ἀρχωνίδιον αὐτὴν προσηγόρευσεν ἀφ' ἑαυτοῦ. ἐν δὲ τοῖς ὕστερον χρόνοις τῆς πόλεως πολλὴν ἐπίδοσιν λαμβανούσης, διά τε τὰς ἀπὸ τῆς θαλάτης ἐργασίας, καὶ διὰ τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων δοθεῖσαν ἀτέλειαν, οἱ Ἀλεσῖνοι τὴν τῶν Ἑρβιταίων συγγένειαν ἀπηρνήσαντο, αἰσχρὸν ἡγούμενοι καταδεεστέρας πόλεως ἑαυτοὺς ἀποίκους νομίζεσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ μέχρι νῦν παρ' ἀμφοτέραις συγγένειαι πλείονες διαμένουσι, καὶ τὰς κατὰ τὸ Ἀπολλώνειον θυσίας τοῖς αὐτοῖς ἔθεσι διοικοῦσι. Τινὲς δέ φασιν ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθαι τὴν Ἄλεσαν, καθ' ὃν καιρὸν Ἀμίλκας τὴν πρὸς τὸν Διονύσιον εἰρήνην ἐποιήσατο. Hoc eſt: *Archonides, Herbitenſium præfectus, poſteaquàm populus Herbitenſis pacem cum Dionyſio firmaverat, novæ urbi condendæ animum adjecit. mercenarios quidpe complureis habebat, & promiſcuam in urbe turbam, quæ belli Dionyſiani metu illuc confluxerat. multi prætereà Herbitenſium in coloniam hanc ultro nomina profitebantur. Multitudine igitur, quæ convenerat, adſumtâ, collem quemdam occupat,* VIII *ſtadia à mari disſitum; in quo Aleſæ urbis fundamenta jecit. &, quum id nominis etiam aliæ per Siciliam occuparent urbes, Archonidium illam de ſe cognominavit. Poſterioribus inde temporibus, ubi ei urbi, tùm propter negotiationes maritimas tùm ob immunitatem à Romanis conceſſam, plurimum incrementi acceſſit; Herbitenſium cognationem Aleſini abnegarunt: quòd turpe ſibi ducerent, urbis longè inferioris colonos ſeſe profiteri. Sed tamen hodiéque multæ inter has duas urbeis familiarum gentiumq; conſangvinitates permanent: & in Apollinis fano iisdem utriq; ritibus ſacra peragunt. Cæterùm ſunt, qui Aleſam à Carthaginienſibus primùm conditam memorant; quo tempore pax inter Amilcarem & Dionyſium coivit.* Conditam ab Archonide refert Diodorus anno ſecundo Olympiadis XCIIII, Athenis Euclide ſummum gerente magiſtratum; id eſt, anno ante natum Ieſum CCCCIII. Cæterùm *in colle, à mari* VIII *ſtadia*, id eſt, mille paſſus disſito, exſtructam primò fuiſſe ab Archonide urbem ait; poſteà verò ſucceſſu temporis πολλὴν ἐπίδοσιν, id eſt, *plurimum incrementi* accepiſſe.

huc jam confer illa Fazelli verba: *In litore mira diruti cuiusdam ædificii veſtigia occurrunt; quæ ab accolis Balneæ vocantur. ibique usque ad collis prominentis verticem, ubi arx proſtrata cernitur, continuatæ per paſſus ſupra mille jacentis urbis exſtant monumenta.* Hic ſcilicet ille collis eſt, in quo prima urbis Aleſæ jecit fundamenta Archonides. Hinc Plinio etiam lib. III, cap. VIII, nulla memoratur in litore *Haleſa* urbs; ſed in mediterraneis opidani *Haleſini*. In prædictâ autem tabulâ marmoreâ memoratur etiam τοῦ Βαλανείου τὸ ἀπόῤῥεον, id eſt, BALNEI *defluvium*: & item τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, id eſt APOLLINIS *templum*. PORTVM etiam habuiſſe olim in litore conſtructum, vel unus Cicero ſatis luculentus eſt teſtis. apud quem, in Verrinâ III, ita ſcriptum: *Enna mediterranea maximè eſt. coge, ut ad aquam tibi, id quod ſummi juris eſt, frumentum Ennenſes metiantur. vel Phintiam, vel Haleſam, vel Catanam, loca inter ſe maximè diverſa, eodem die, quo juſſeris, deportabunt.* Strabo equidem Alæſam unà cum Cephalœdio ac Tyndaride πολίχνιον tantùm atque πόλισμα adpellat, id eſt, *opidum*, ſive *opidulum*. verba enim eius hæc ſunt lib. VI: Ἐκ Μυλῶν εἰς τὴν Τυνδαρίδα μίλια κε΄· εἶτα εἰς Ἀγάθυρσον λ΄· καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισαν· καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον· ταῦτα μὲν πολίχνια. Id eſt: *A Mylis ad Tyndaridem millia ſunt* XXV: *hinc Agathyrſum* XXX: *inde Alæſam totidem: aliaque inde* XXX *Cephalædium. quæ omnia ſunt opidula.* Et poſteà: Ἄλαισα καὶ Τυνδαρὶς καὶ Κεφαλοίδιον πολίσματά ἐστι. Hoc eſt: *Alæſa ac Tyndaris & Cephalædium opidula ſunt.* Poſt Strabonem verò Pomponius Mela ne nominavit quidem Alæſam in ſuâ Siciliæ chorographiâ. At magnam tamen ſatis atque celebrem fuiſſe urbem, cùm ſuprà perſcripta Diodori verba tùm ipſa eius rudera, hoc noſtro ævo à dicto colle ad mare usque per mille amplius paſſus ſparſa, diſertè teſtantur. Huc accedit & Ciceronis auctoritas, qui eam inter haud poſtremas inſulæ urbeis connumerat. Verba eius in Verrinâ II hæc ſunt: *Dicta ſunt priore actione & privatim & publicè teſtimonia. legati Centuripini, Haleſini, Catanenſes, Panormitanique dixerunt; multarum præstereà civitatum.* Et poſteà: *Dixerunt Haleſini, Catanenſes, Tyndaritani, Ennenſes, Herbitenſes, Agyrinenſes, Netinenſes, Segeſtani.* Et iterum: *Cogitate nunc, quum illa ſit hæc inſula, quæ undique exitus maritimos habeat, quid ex cæteris locis exportatum putetis. quid Agrigento, quid Lilybæo, quid Panormo, quid Thermis, quid Haleſâ, quid Catanâ; quid ex cæteris opidis.* Et Actione IIII: *Quid te à Centuripinâ civitate, à Catanenſi, ab Haleſinâ, Tyndaritanâ, Aetnenſi, Agyrinenſi, cæterisque Siciliæ civitatibus circumveniri atque opprimi dicis? tua te altera patria, quemadmodùm dicere ſolebas, Meſſana circúmvenit.* Sed omnium diſertiſſimè Actione III: *Siciliæ civitates multæ ſunt, judices, ornatæ atque honeſtæ: ex quibus in primis numeranda eſt civitas Haleſina. nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate graviorem.* Hinc etiam Famil. epiſt. lib. XIII, epiſt. XXXII, *In Haleſinâ*, inquit, *civitate, tàm lautâ quàm nobili, conjunctiſſimos habeo & hoſpitio & familiaritate M. & C. Clodios, Archagathum & Philonem.* Diodorus, loco præſcripto, Romanos, ait, ἀτέλειαν, id eſt, *immunitatem* Alæſinis dediſſe. Idem teſtatur & Cicero, in dictâ Verrinâ III. *Fæderatæ*, inquit, *civitates duæ ſunt, quarum decumæ venire non ſoleant, Mamertina & Taurominitana. quinque prætereà ſine fædere immunes civitates ac liberæ; Centuripina, Haleſina, Segeſtana, Halycienſis, Panormitana.* Actione verò II, *Haleſinos antiquiſſimos & fideliſſimos* populi Romani *ſocios atque amicos* adpellat.

FONS *Alæſini agri mirandus.*

Cæterùm apud Solinum, cap. XI, in deſcriptione Siciliæ ita ſcriptum eſt: *In Haleſinâ regione fons, aliàs quietus & tranquillus, quum ſiletur; ſi inſonent tibiæ, exſultabundus ad cantus elevatur; &, quaſi miretur dulcedinem vocis, ultra margines intumeſcit.* Idem tradit Priſcianus, ſive is Rhemnius Fannius habendus, Dionyſii, Orbis terrarum deſcriptoris, interpres:

Heic & Haleſinus fons eſt, mitiſſimus undis;
Tibia quem extollit. cantu ſaltare putatur
Muſicus, & ripis lætans excurrere plenis.

IPYRRHA *fons.*

Haud dubiè hæc natura fontis jam deſiit; quando talis nullibi reperitur. In ſuprà dictæ tabulæ marmoreæ inſcriptione Ἴπυρρα κρᾶνα ter quaterve memoratur, id eſt IPYRRHA *fons*. is ne ille fuerit Solino Fannioque celebratus, planè incertum eſt.

Vltra Alæſam fuit *opidum*, quod à loco, in quo ſitum, Græcis dicebatur Καλὴ ἀκτὴ, & contractè Καλακτὴ, CALACTE, id eſt, *Pulcrum litus*. Romanis uſurpatum fuit CALACTA; ut è Ptolemæo patet; qui id, ut multa alia per Italiam Siciliamque loca, Romanum in modum formavit Καλάκτα. Meminêre eius Herodotus, Cicero, Diodorus, Ptolemæus, Athenæus, Itineraria Romana, atque Priſcianus. Athenæo, lib. VI, memoratur Καικίλιος ὁ ῥήτωρ, ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀκτῆς· id eſt; *Cæcilius rhetor, à Calactâ, ſive à Pulcro litore*. Apud Ciceronem in Verrinâ actione III ita legitur: *Calatinis quamobrem imperaſti anno tertio, ut decimas agri ſui, quas Calatæ dare conſueverant, Ameſtrati M. Cæſio decumano darent?* Ipſa *Ameſtrati* memoratio, quod propinquum hiſce locis opidum fuit, vulgò nunc *Miſtretta* dictum, ſatis apertè teſtatur, legendum eſſe *Calactinis* & *Calactæ:* qui genitivus eſt caſus ab nominativo *Calacta*. Apud eumdem auctorem, in Verrinâ IIII, memoratur *Eupolemus Calactinus*. pro quo alia exemplaria corruptam vocem habent, ut ſuprà, *Calatinum*; alia *Gelaſtinum*. Apud Diodorum quoque, lib. XII, quum Καλὴ ἀκτὴ bis nominetur locus, tamen opidani inde eodem libro poſteà leguntur Καλλατῖνοι, pro Καλακτῖνοι, ut mox videbimus. Apud Priſcianum, lib. II, hæc ſunt: *Præneſte, Præneſtinus; Calate, Calatinus; Calacte, Calactinus.* Scilicet, quia aliud in mediterraneis Siciliæ fuit opidum Καλατὴ, *Calate*; ſive Γαλατὴ, *Galate*; unde Plinio ſunt opidani mediterranei *Galatini:* natus hinc exſcriptoribus Ciceronis Diodorique eſt error, uti *Calatinos* pro *Calactinis* prædictis locis ſcripſerint. A *Calactâ* igitur *opidani* dicebantur Καλακτῖνοι, CALACTINI; teſtibus, Cicerone, Diodoro, atque Priſciano. Atque ita idem vocabulum ſcripſiſſe puto Ciceronem in Familiar. epiſt. lib. XIII, epiſt. XXXVII; ubi, quemadmodùm in Verrinis, *Calatinum* legitur, & *Calatinorum*. In Antonini Itinerario omnium peſſimè legitur opidi vocabulum *Galeate*; & in nonnullis exemplaribus *Caleate*. Situm eius ita recenſet Ptolemæus: Ἄλαισα, Καλάκτα, Χύδα ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Ἀλόντιον, Ἀγάθυρνον. Id eſt: *Alæſa, Calacta, Chydæ amnis oſtium, Alontium, Agathyrnum*. Itineraria ſic habent: Calacta opidum.

Tabulæ;		Antonini;	
Cephalecto		*Cefalodo*	
Haleſa	XVIII.	*Aleſa*	XXVIII.
Calacte	XII.	*Galeate*	XXVI.
¦		*Solusapre*	VIIII.
Agatinno	XII.	*Agantinno*	XX.

Fazellus, ſub initium operis ſui de Rebus Siculis: *A Cephalœdi ad Thuſam arcem millia* XVIII: *à Thuſâ ad Aleſam, nunc Caroniam*, XII. At ex hiſce intervallis *Carónia* erit ipſa *Calacta:* quam per ingentem errorem Fazellus, prædicto Decadis I lib. VIIII, cap. IIII, ad id collocat opidum, quod, XXX fermè millia paſſuum ultra Caroniam ſitum, vulgò vocatur *S. Marco*. ubi *Agathyrnum* olim fuiſſe opidum, infrà ego oſtendam. De Caroniâ verò ita ſcribit ibidem Fazellus, ut jam antè citatum: *Poſt amnem Seravallis, Caroniæ fluvii oſtium ſequitur, & nominis eiusdem recens opidulum. ubi ad litus Aleſa pervetuſta olim erat urbs, ſi Straboni credimus, qui Aleſam poſt Cephalœdim ad* XXX *millia paſſuum ponit. Vbi fragmenta ac veteres ruinæ, pro maximâ parte obrutæ, ad ædem Annunciatæ circa Caroniæ litora adhuc jacent; atque in ſubjectis agris & vineis, ad paſſuum ferè duo millia, ubicumque effoditur, paſſim occurrunt*. Hæ certè ruinæ ſunt *Calactæ*; quam Tabula XXX millibus paſſuum à Cephalœdio ponit. Apud Strabonem pleræque intervallorum ſupputationes, vel ipſius errore vel librariorum incuriâ, falſæ ſunt. Sed & ipſa Caronienſis litoris excellens amœnitas ac pulcritudo, quam diligentiſſimo oculo per totum hoc litus quæſivi, Calacten hoc ſitu fuiſſe, apertè clamat. Apud Strabonem ita ſcriptum eſt: Ἐκ δὲ τῆς Τυνδαρίδος εἰς Ἀγάθυρσον μίλια λ'· καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισαν, καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον· ταῦτα μὲν πολίχνια· εἰς δ' Ἱμέραν ποταμὸν ιη'. Id eſt: *Ab Tyndaride Agathyrſum usque millia ſunt* XXX. *hinc Alæſam totidem. aliaque inde* XXX *Cephalœdium. quæ omnia opidula ſunt. tum verò ad Himeram flumen millia ſunt* XVIII. At ſic rectiùs ſcripſiſſet: Ἐκ τῆς Τυνδαρίδος εἰς Ἀγάθυρνον μίλια λ'· καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισαν·

εἶτα εἰς Κεφαλοίδιον ιη΄. ταῦτα μὲν πολίχνια. εἰς δ' Ἱμέραν ποταμὸν κδ΄. Id eſt: *Ab Tyndaride Agathyrnum usque millia ſunt* XXX. *hinc Alæſam totidem. inde* XVIII *Cephalœdium. quæ omnia opidula ſunt. tum verò ad Himeram flumen milla ſunt* XXIIII. Non ſcripſiſſe Strabonem Καλάκταν, ſed Ἄλαισαν, patet ex numero ιη΄, id eſt, XVIII millium. quæ quum eſſent inter Alæſam & Cephalœdium, ille malè ac perperam accepit de intervallo inter Cephalœdium & Himeram. Apud Antoninum quoque in præſcripto itinere numerus millium XXVI inter Aleſam & Calacten corrigendus eſt ex Tabulâ itinerariâ ac documentis modò allatis in XII. Peſſimos ſæpe ſequutus eſt codices Hieronymus Surita in Antonini itinerario; ubi neſcio quas integris ſolidisque itineribus paſſim inſperſit lacunas. illic enim prædictum quoque iter ita relatum eſt:

Panhormum	
Soluntum	M. P. XII.
Thermas	M. P. XII.
* *	* *
Cephalœdim	M. P. XXIV.
Aleſam	M. P. XXVIII.
* *	* *
Calactam	M. P. XXVI.
A Calacta Soluſapre	M. P. XVIII.
Agathyrnum	M. P. XX.
Tyndaridem	M. P. XXIX.

Has, inquam, lacunas ex peſſimo ac maximè vitioſo inſeruit Surita exemplari, ſive typis compoſito, ſive vetuſtâ manu conſcripto. neque enim ex ſuo ingenio aut aliis certis quibusdam documentis tale quid colligere potuit. Quamquàm ille, haud ſatis probo nec laudabili exemplo, totum hoc Antonini itinerarium ad ſuum arbitrium miſerè laceravit; dum omnia eius vocabula, quæ inferioris ſæculi exſcriptores barbari, quemadmodùm etiam in Tabulâ itinerariâ, per omneis ferè caſus, ſine ullo diſcrimine, contra Latini ſermonis grammaticas regulas variata nobis reliquerunt, ille in accuſativos redigere conatus eſt. ubi, præter alios admiſſos errores, innumera eorum propria ac germana ſua genera deponere coëgit. quod ſanè non modò depravare, ſed planè exſtingvere erat veterem auctorem. Aliter multorum locorum vocabula jam tum huius ſive Antonini ſive Antonii ſæculo formata fuiſſe, quàm ab antiquioribus hiſtoricis pariter atque geographis relata ſunt; patet non modò ex Tabulâ itinerariâ, ſed etiam ex Ammiani Marcellini atque aliis eius ævi hiſtoriis. Quapropter noviſſimi etiam Coſmographi regii judicium nequeo non mirari, quòd is Antonini itinerarium uno volumine cum Gerardi Mercatoris Ptolemæo editurus, dictam Suritæ emendationem omnibus aliis codicibus præferendam cenſuit. Qua equidem re ita mihi impoſitum fuit, uti ipſius hanc curam eſſe primùm crediderim: ideóque illi imputaverim, ſuprà ſub finem capitis VII, libri primi, errorem, qui erat Suritæ. neque enim tam nudè alienum laborem eum voluiſſe edere arbitrabar, quin aliquid de ſuo adderet. Verùm unde digreſſus eſt, in viam tandem ex diverticulo revertatur ſermo. Millia inter Tyndaridem ac Panormum hodiè omni numero ſunt CXXVIII; eaque perquàm exigua. in proximè ſcripto itinere millia, præter lacunas, deprehenduntur eſſe CLXIX. Hæc quemadmodùm inter ſe conciliari poſſint, ipſe ille viderit, qui non tàm probiora, quàm quæ ubicumque invenerat, adferre voluiſſe videtur.

Cæterùm antiquiſſima loci *Calactæ* mentio eſt apud Herodotum lib. VI; ubi ita tradit: Μίλητος μὲν νυν Μιλησίων ἠρήμωτο. Σαμίων δὲ τοῖσί τι ἔχουσι τὸ μὲν ἐς τοὺς Μήδους ἐκ τῶν στρατηγῶν τῶν σφετέρων ποιηθὲν οὐδαμῶς ἤρεσκε· ἐδόκεε δὲ μετὰ τὴν ναυμαχίην αὐτίκα βουλευομένοισι, πρὶν ἤ σφι ἐς τὴν χώρην ἀπικέσθαι τὸν τύραννον Αἰακέα, ἐς ἀποικίην ἐκπλέειν, μηδὲ μένοντας Μήδοισί τε καὶ Αἰάκεϊ δουλεύειν. Ζαγκλαῖοι γὰρ οἱ ἀπὸ Σικελίης τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον πέμποντες ἐς τὴν Ἰωνίην ἀγγέλους, ἀπεκαλέοντο τοὺς Ἴωνας ἐς Καλὴν ἀκτήν, βουλόμενοι αὐτόθι πόλιν κτίσαι Ἰώνων. ἡ δὲ Καλὴ αὕτη ἀκτὴ καλεομένη, ἔστι μὲν Σικελῶν, πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τῆς Σικελίης. Τουτέων ὦν ἐπικαλεομένων, οἱ Σάμιοι μοῦνοι Ἴωνες

ἐστάλη-

ἐστέλησαν, σὺν δέ σφι Μιλησίων οἱ ἐκπεφευγότες. ἐν ᾧ τοιόνδε δή τι συνήνεικε γενέσθαι. Σάμιοι γὰρ, κομιζόμενοι ἐς Σικελίην, ἐγένοντο ἐπὶ Λοκροῖσι τοῖσι Ἐπιζεφυρίοισι· καὶ Ζαγκλαῖοι, αὐτοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτέων, τῷ οὔνομα ἦν Σκύθης, περιεκατέατο, πόλιν τῶν Σικελῶν ἐξελεῖν βουλόμενοι. μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Ῥηγίου τύραννος Ἀναξίλεως, ὅς τε ἐὼν διάφορος τοῖς Ζαγκλαίοισι, συμμίξας τοῖσι Σαμίοισι, ἀναπείθει ὡς χρεὸν εἴη Καλὴν μὲν ἀκτὴν, ἐπ' ἣν ἔπλεον, ἐᾶν χαίρειν, τὴν δὲ Ζάγκλην σχεῖν, ἐοῦσαν ἐρήμην ἀνδρῶν. πειθόμενοι δὲ οἱ Σάμιοι, ἔσχον τὴν Ζάγκλην. Hoc eſt: *Ac Miletus quidem Mileſiis ita deſolata eſt. Cæterùm Samiorum locupletibus adeò id, quod ſui duces adversùs Medos fecerant, non probabatur, uti, inito ſecundùm navalem pugnam conſilio, viſum eis ſit, priusquàm eò tyrannus Aeaces veniret, in coloniam aliquò concedere; ne manentes Medis ſimul ſervirent & Aeaci. Per hoc idem tempus Zanclæi in Siciliâ misêre in Ioniam, qui Iones ad condendam in Pulcro litore urbem ſolicitarent. eſt autem Pulcrum hoc litus Siculorum, in eâ Siciliæ parte, quæ in Tyrrheniam vergit. At ſoli ex Ionibus Samii cum iis, qui effugêre, Mileſiis eò conceſſerunt. Qui dum, in Siciliam tendentes, ad Locros EpiZephyrios pervenerunt, Zanclæi unà cum rege ſuo, cui nomen Scythes, urbem quamdam Siculorum oppugnabant. Id quum audiviſſet Anaxilaus, Rhegii tyrannus, quòd erat Zanclæorum hoſtis, adiens Samios, ſvaſit eis, ſatius eſſe, ut Pulcrum litus, quò navigabant, valere ſinerent; & Zanclen occuparent, viris vacuam. Samii perſvaſi, Zanclen occuparunt.* Factum hoc eſſe circa Olympiadem LXXIII, ſuprà lib. I, cap. VI, oſtendimus. Calacten XL circiter annis pòſt condi cœptam eſſe, Olympiadis LXXXIII anno III, Callimacho ſummum Athenis magiſtratum obtinente, auctor eſt Diodorus Siculus; id eſt, anno ante natum Ieſum CCCCXLVI. Verba eius hæc ſunt lib. XII: Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλιμάχου, κατὰ τὴν Σικελίαν Συρακουσίοις πρὸς Ἀκραγαντίνους συνέστη πόλεμος διὰ τοιαύτας αἰτίας· Συρακούσιοι καταπολεμήσαντες Δουκέτιον, δυνάστην τῶν Σικελῶν, καὶ γενόμενον ἱκέτην ἀπολύσαντες τῶν ἐγκλημάτων, ἀπέδειξαν αὐτῷ τὴν τῶν Κορινθίων πόλιν οἰκητήριον. Οὗτος δ' ὀλίγον χρόνον μείνας ἐν τῇ Κορίνθῳ, τὰς ὁμολογίας ἔλυσε, καὶ προσποιησάμενος χρησμὸν ὑπὸ τῶν θεῶν ἑαυτῷ δεδόσθαι, κτίσαι τὴν Καλὴν ἀκτὴν ἐν Σικελίᾳ, κατέπλευσεν εἰς τὴν νῆσον μετὰ πολλῶν οἰκητόρων. συνεπελάβοντο δὲ καὶ τῶν Σικελῶν τινες, ἐν οἷς ἦν καὶ Ἀρχωνίδης, ὁ τῶν Ἐρβιταίων δυναστεύων. Οὗτος μὲν οὖν περὶ τὸν οἰκισμὸν τῆς Καλῆς ἀκτῆς ἐγίνετο. Ἀκραγαντῖνοι δὲ, ἅμα μὲν φθονοῦντες τοῖς Συρακουσίοις, ἅμα δ' ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς, ὅτι Δουκέτιον, ὄντα κοινὸν πολέμιον, διέσωσαν ἄνευ τῆς Ἀκραγαντίνων γνώμης, πόλεμον ἐξήνεγκαν τοῖς Συρακουσίοις. Hoc eſt: *Athenis ſummum magiſtratum gerente Callimacho, in Siciliâ inter Syracuſanos & Agrigentinos hisce de cauſis bellum exortum eſt. Ducetium, Siculorum principem, Syracuſani, fractis eius opibus, quum ſupplex populi miſericordiam imploraſſet, à noxâ abſolutum Corinthi privatam agere vitam juſſerant. Is, ad exiguum illic tempus moratus, pactorum fidem ſolvit: & oraculo ſe juſſum fingens, ut in Siciliâ Calen acten* [id eſt, *Pulcrum litus*] *incolis frequentaret, cum magnâ hominum, novas ſedeis quærentium, turbâ in inſulam transmiſit. adjunxerunt ſe etiam Siculorum nonnulli, & inter hos Archonides, Herbitenſium princeps. Dum is igitur coloniæ condendæ in Pulcro litore intentus eſt, Agrigentini, ſimul invidiâ erga Syracuſanos concitati, ſimul etiam, quòd Ducetium illi, communem omnium hoſtem, præter Agrigentinorum conſenſum vitâ donaſſent, improperantes, bellum Syracuſanis intulerunt.* Sexto demum anno pòſt abſolutam fuiſſe Calacten, idem teſtatur Diodorus, eodem libro poſteà, his verbis: Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Μυριχίδου, Ἠλεῖοι ἤγαγον Ὀλυμπιάδα πέμπτην πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα· κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Δουκέτιος, ὁ γεγονὼς τῶν Σικελικῶν πόλεων ἡγεμὼν, τὴν τῶν Καλακτίνων [vulgò Καλλατίνων] πατρίδα κατέστησε, καὶ πολλοὺς εἰς αὐτὴν οἰκίζων οἰκήτορας, ἀντεποιήσατο μὲν τῆς τῶν Σικελῶν ἡγεμονίας, μεσολαβηθεὶς δὲ νόσῳ τὸν βίον κατέστρεψεν. Id eſt: *Athenis ſummum gerente magiſtratum Myrichide, Eléi Olympiadem egerunt* LXXXV. *In Siciliâ tunc Ducetius, qui urbium Siculorum dux fuerat, Calactinorum patriam condidit: & magnâ colonorum frequentiâ illuc deductâ, imperium Siculorum ſibi vendicare cœpit. verùm morbo præventus, vitâ ſimul & conatis excidit.* Atque hæc ferè ſunt, quæ de origine Calactinorum in veteribus monumentis reperiuntur. Quando & à quibus mortalibus urbs deſtructa fuerit, incertum eſt.

Poſt Calactam proximum ſequebatur *opidum* Ἀλούντιον, ALVNTIVM; Phalaridi, Ciceroni, Dionyſio Halicarnaſſenſi, Plinio atque Ptolemæo memoratum. Apud hunc equidem legitur Ἀλόντιον, *Alontium*; & apud Plinium in variis exemplaribus modò *Aleuntium*, modò *Alnuntium*. at quia in Epiſtolâ Phalaridis ad Steſichorum & apud Dionyſium eſt diſertè Ἀλούντιον, apud Ciceronem verò in vulgatis exemplaribus nunc *Aluntium*, nunc cum adſpiratione *Haluntium*; corruptum id eſſe apud Plinium vocabulum, certum eſt. Ptolemæi ſcriptio aliis etiam

ALVNTIVM *opidum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

uſurpari potuit Græcis. *Opidani* inde dicuntur Ciceroni HALVNTINI, ſive, ut alia habent exemplaria, ALVNTINI. qui Græcis fuêre Ἀλουντῖνοι, & Ἀλοντῖνοι. Apud Stephani epitomatorem, in vocabulo Ἀπολλωνία, ubi complureis fuiſſe *Apollonias* oſtendit, ita ſcriptum eſt: ζ, πλησίον Λεοντίνων καὶ Καλῆς ἀκτῆς. id eſt: *Septima, conterminaLeontinis & Calactæ.* Satis abſurdè; quum longiſſimè à Calactâ diſsiti ſint Leontini, in orientali inſulæ latere. Tu ergò lege, Ἀλοντίνων, ſive Ἀλουντίνων, id eſt, *Aluntinorum.* Situm eius in litore ita indicat Plinius, dicto lib. III, cap. VIII: *Cephalœdis, Aluntium, Agathyrnum, Tyndaris colonia.* Et Ptolemæus in Siciliâ: Κεφαλοιδίς, Μονάλου ποταμοῦ ἐκβολαί, Ἄλαισα, Καλάκτα, Χύδα ποταμοῦ ἐκβολαί, Ἀλόντιον, Ἀγάθυρνον. Id eſt: *Cephalœdis, Monali amnis oſtium, Alæſa, Calacta, Chydæ fluminis oſtium, Alontium, Agathyrnum.* Non in ipsâ maris orâ, ſed paullo remotum fuiſſe, in edito colle, docet Cicero in Verrinâ IIII his verbis: *Quum Haluntium veniſſet prætor laborioſus & diligens, ipſe in opidum accedere noluit; quòd erat difficili adſcenſu atque arduo. Archagathum Haluntinum, hominem non ſolùm domi, ſed totâ Siciliâ in primis nobilem, vocari juſſit. ei negotium dedit, ut, quidquid Haluntî eſſet argenti cælati, omne ſtatim ad mare ex opido deportaretur. Adſcendit in opidum Archagathus.* Hunc opidi Haluntini locum ſcitè indagavit Fazellus. qui ſub initium operis ita ſcribit: *A Thuſa ad Aleſam, nunc Caroniam, millia* XII, *à Caroniâ ad Aquas dulceis, quæ Aluntio ſubſunt,* XII. Et prædicto decadis I libri IX cap. IIII: *Furiani fluvii oſtium eſt poſt Aleſam. Aquæ deinde cognomento dulces, ad radices montium, non longè à mari, ſtatim ſubſequuntur.* Deſcribit hinc eorum montium ſitum ac naturam. poſteà ſic pergit: *Ad eorum radices, in colle edito & mari prominenti, nonnihil infra S. Philadelphi opidum, Aluntium vetuſta jacet urbs: quam Ptolemæi in ſuis tabulis ordo & Ciceronis deſcriptio, eam ipſam fuiſſe, ſatis liquidò declarant. cuius adhuc mira & ingentia ex lapidibus quadratis, & pro maiori parte disjecta, cernuntur monumenta. Lapidem marmoreum vetuſtiſſimum ac magnum offendi, Græcis inſcriptum literis. per urbem quoque ipſam magnæ ingentesque vetuſtorum operum ruinæ jacent. Huic ad paſſus fermè* IↃ *ſuperius prominet S. Philadelphi novi nominis opidum. Ad oram revertenti fluvii eiusdem nominis*

Chyda flumen. *oſtium ſubſequitur: & ulterius Chydæ fluvii oſtium Ptolemæo; cui nunc à Roſmarino vulgata eſt adpellatio.* Atqui Ptolemæus ita refert: Καλάκτα, Χύδα ποταμοῦ ἐκβολαί, Ἀλόντιον, id eſt: *Calacta, Chydæ fluminis oſtium, Alontium.* In tabulâ autem medio itinere poſuit id flumen inter Calactam & Alontium. Ptolemæus igitur, qui unus id vocabulum refert, ſi non in ordine locorum erravit, certè ὁ Χύδας ποταμὸς, CHYDA *flumen*, id eſt, quod vulgari vocabulo nunc vocatur *Furiano*. De ortu Aluntii ita tradit Dionyſius Halicarnaſſenſis lib. I; ubi de Aeneæ navigatione agit: Ἐκ δὲ Βουθρωτοῦ διαίρουσι τὸν Ἰόνιον, ἡγεμόνας ἔχοντες τῆς ναυτιλίας, οἳ συνέπλευσαν αὐτοῖς ἐθελούσιοι, συνεπαγόμενοι σὺν τῷ Πάτρωνι τῷ Θουρίῳ. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν πλείους, ἐπειδὴ σῶος ὁ στρατὸς εἰς Ἰταλίαν ἀφίκετο, ἐπ᾽ οἴκου αὖθις ἀνεκομίσθησαν· Πάτρων δὲ πεισθεὶς ὑπ᾽ Αἰνείου κοινωνεῖν τῆς ἀποικίας, καὶ σὺν αὐτῷ τινες τῶν φίλων, ὑπέμειναν ἐν τῷ στόλῳ· οὕς ἐνιοί φασιν ἐν Ἀλουντίῳ κατοικῆσαι τῆς Σικελίας. Id eſt: *A Buthroto Ionium mare trajiciunt; ductoribus navigationis aliquot, qui ſe ultro comites addiderant; adſumto etiam Patrone Thurio cum ſuis. Horum plerique, poſtquàm exercitus in Italiam pervenit incolumis, retro, unde venerant, reverterunt: Patron verò, ab Aeneâ perſuaſus, uti unà in coloniam iret, & quidam ex eius ſociis, manſerunt in claſſe. quos nonnulli aiunt ſedeis fixiſſe in Aluntio Siciliæ opido.*

CAP. V.

Agathyrna ſive Agathyrnum opidum. Soluſapra locus. Timethus fluvius. Tyndaris ſive Tyndarium opidum & promontorium. Helicon fluvius. Mylæ opidum. Fons agri Mylenſis mirandus. Longanus amnis. Thorax mons. Phalacrium promontorium. Fanum Dianæ Facelinæ, & Naulochus, opida. Melas fluvius; qui & Facelinus. Stabula boum Solis.

AGATHYRNA *ſive* AGATHYRNVM *opidum.* PORRÒ Aluntium ſequebatur *opidum* Ἀγάθυρνον, AGATHYRNVM; ſive feminino genere, Ἀγάθυρνα, AGATHYRNA: Polybio, Livio, Diodoro, Straboni, Plinio, Silio, Ptolemæo, & Itinerariis Romanis memoratum. Plinius lib. III, cap. VIII: *Cephalœdis, Aluntium, Agathyrnum, Tyndaris colonia.* Ptolemæus: Καλάκτα, Χύδα ποταμοῦ ἐκβολαί,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ἐκβολαὶ, Ἀλόντιον, Ἀγάθυρνον. Id eſt: *Calacta, Chydæ amnis oſtium, Alontium, Agathyrnum.* Strabo lib. VI: Ἐκ τῆς Τυνδαρίδος εἰς Ἀγάθυρνον μίλια λʹ. καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισαν, καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον. Hoc eſt: *Ab Tyndaride Agathyrnum usque millia ſunt* XXX: *totidemq́; hinc Alæſam: ac rurſus totidem Cephalœdium.* Silius, lib. XIIII:

Non Tapſos, non è tumulis glacialibus Acræ.
Defuerunt: Agathyrna manus, geminoque Lacone
Tyndaris attollens ſeſe, adfuit.

Epitomator Stephani: Ἀγάθυρνα, πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος ἐνάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαθυρναῖος. οὐ γὰρ ἀήθης ὁ τύπος τοῖς τὴν Σικελίαν οἰκοῦσιν· Ἱμεραῖος γὰρ, καὶ Ἐνναῖος, καὶ Καταναῖός φασιν. Id eſt, *Agathyrna, urbs Siciliæ, auctore Polybio, lib.* VIIII. *Gentilitium, Agathyrnæus. non enim inuſitata Siciliam incolentibus hæc formatio eſt. ſic quidpe dicunt Himeræus, Ennæus, Catanæus.* Ergo Romano ore *opidanos* rectè formaveris AGATHYRNENSEIS. ſic enim Romanis dicebantur, *Himerenſes, Ennenſes, Catanenſes.* Sed prædictum opidi vocabulum variè in variis auctorum exemplaribus corruptum legitur. apud unum Plinium aliàs *Agathyrnum*, aliàs *Agathirnum*, & interdum *Agathyrſum* reperitur; ut & apud Strabonem Ἀγάθυρσον; & apud Stephani epitomatorem Ἀγάθυρσα· apud Ptolemæum Ἀγαθύριον· apud Livium, *Agatirna:* in Tabulâ itinerariâ, & in Antonini Itinerario, *Agatinnum*; & in huius etiam aliis exemplaribus *Agantinno*, & *Agantino.* Verùm quia apud omneis pariter Græcos conſtanti ſcripturâ in tertiâ ſyllabâ eſt υ· Plinium quoque ac reliquos Romanos eamdem literam ſcripſiſſe, haud dubitandum. tum quia & Plinii antiquiſſima exemplaria nonnulla, tam manu ſcripta, quàm typis impreſſa, & Silius ac Diodorus, cuius verba mox citabo, & item Itineraria Romana, primam ultimæ ſyllabæ literam habent *n*; certum eſt, eam apud Ptolemæum vitiatam eſſe facili librarii lapſu in ι, & apud Strabonem ac Stephanum in σ. quod apud hunc eo faciliùs fieri potuit, quòd continuò ſequitur vocabulum Ἀγάθυρσοι· quæ gens fuit Scythica. Sed de nomine ſatis. Situm opidi ita referunt dicta Itineraria:

Tabulæ;		Antonini;	
Cephalecto		*Cefalodo*	
Haleſa	XVIII.	*Aleſa*	XXVIII.
Calacte	XII.	*Caleate*	XXVI.
¦		*Soluſapre*	VIIII.
Agatinno	XII.	*Agantinno*	XX.
Tindareo	XXIX.	*Tindaride*	XXVIII.

Strabo, ut ſuprà relatum, inter *Agathyrnum* & *Tyndaridem* XXX recenſet millia paſſuum. Tyndaridis locus hodiéque vulgò incolis vocatur *Santa Maria di Tindáro.* Ab hoc loco ſi Cephalœdim versùs contendas, XXVIIII numerabis ſive XXX circiter millia ad opidum usque, cui vulgaris eſt adpellatio *S. Marco.* circa quod opidum ex ſatis unanimo trium auctorum, Strabonis, Antonini, ac Tabulæ, conſenſu fuit antiqua illa urbs *Agathyrna.* erravitque heic etiam haud modicè Fazellus, ſub initium totius operis ſui ita de eâ tradens: *A Cephalœdi ad Thuſam arcem millia ſunt* XVIII. *à Thuſâ ad Aleſam, nunc Caroniam,* XII. *A Caroniâ ad Aquas dulceis, quæ Aluntio ſubſunt,* XII. *ab Aquis dulcibus ad Agathyrſum, quæ ad Caput Orlandi jacet,* XVIII. *ab Agathyrſo ad Brolum arcem,* VI. *à Brolo ad Pactas,* XII. *à Pactis ad Tyndaridem, quæ jacet,* VI. Rectiùs ſanè Bonfilius, Rer. Sicular. part. I, lib. I, inter Brolum & Cephalœdim LX recenſet millia. ſunt quidpe, ut ipſe coram didici, à Cephalœdi ad Tuſam, XVIII, inde Caroniam, XII. hinc ad Furianum flumen VIIII. hinc ad Roſmarinum fluvium, X. inde ad Fitaliam amnem, II. hinc ad promontorium Orlandi ſpeculamque in eo poſitam, III. hinc ad Naſum fluvium, VI cum dimidio: ubi Fazellus, Decad. I, lib. IX, cap. V, perperam IIII tantùm recenſet. à Naſo fluvio ad Brolum caſtellum unum eſt milliare cum dimidio. Hi verò numeri computati ſummam conficiunt inter Brolum & Cephalœdim millium LXI. A Brolo porrò ad Pactas rectè Fazellus refert XII millia: atque hinc item ad Tyndaridem VI. Prædictum autem opidum *S. Marci* inter dicta duo flumina *Roſmarinum* & *Fitaliam* ſitum eſt. De hoc opido ita narrat Fazellus, dictæ Decad. I, lib. VIIII, cap. IIII: *Roſmarini fluvii oſtium ager ſequitur, Planities S. Marci hodiè adpellatus; amœniſſimus, domeſticarumque*

omnis generis arborum ferax, & aquarum uberrimus. cui in ſublimi colle, agro & mari ad paſſuum millia III *prominenti, S. Marci incubat opidum: ubi & veſtigia antiquitatis nonnulla ſpectantur. Ad eius arcem, in rupe ſitam, in ſacello tabula eſt marmorea, Latinis his literis inſcripta: Liviæ Auguſtidæ municipium. aquæ ductus etiam lateritii ruinæ, quo, quòd natura opidum aquarum eſſet indigum, ex fonte Favarottâ, paſſuum millia inde* II *auſtrum versùs, aquæ in urbem deducebantur, adhuc ſupermanſerunt. Id verò urbem Calatam olim fuiſſe Ciceroni, non temerè, ut credam, adducor. nam, quum Ptolemæus Calactam in hac orâ collocet, & Diodorus, lib.* XII, *eam ad pulcrum Siciliæ hoc litus (quod ipſum Calata & eius nomen Græcis ſonat) fuiſſe conditam, ſcribat; etſi ille eam paullo ſuperiùs inter Aluntium & Aleſam poſuerit; quum tamen nullum ſit aliud præter hoc totâ hac orâ pulcrum litus, huiusque aliqua exſtent vetuſtatis monumenta; fruſtra mihi videor diutiùs apud Ptolemæum de eo ambigere, quod oculis deciſum habere arbitror.* Fateor equidem, nullum pulcrum eſſe inter Caroniam, quam Fazellus interpretatur Aleſam, & Roſmarinum flumen litus. at ipſam Caronienſem oram eſſe *Pulcrum* illud *litus*, ſive Καλὴν ἀκτὴν, inter Aleſam & Aluntium, ſatis ſuperque ſuprà demonſtratum eſt. Idem Fazellus poſteà, cap. V: *Agathyrium vetuſtiſſima urbs deinceps* [poſt Fitaliæ oſtium] *ad paſſuum millia* X *occurrit Ptolemæo: quam Strabo & Plinius Agathyrſum adpellant. Sita erat ad latus promontorii, quod ætate meâ Orlandi caput nominatur, totâ Siciliâ notiſſimum; ut Strabo lib.* VI *ſcribit. qui eo loco eam conſtituiſſe videtur, quum ab Aleſa* XXX *paſſuum millia totidemque à Tyndaride diſtantem fuiſſe tradit. Hodiè prorſus exſtincta eſt: & vix minima in agro S. Martini, qui totus aratur, lapidum laterumque jacentium, aquæ ductuum prætereà vetuſti operis, antiquitatis ſuæ relinquit monumenta. Ad* IIII *poſteà paſſuum millia Naſi fluvii exſtat oſtium.* At verò ex ipsâ iſtâ Strabonis poſitione *Agathyrnum* fuit eo ſitu, ubi nunc eſt prædictum opidum S. Marci. hinc quidpe ad Alæſum amnem XXX circiter ſunt millia; totidemque ad divam Mariam Tyndaritanam. ad quem locum Fazellus, in introitu operis ſui, à promontorio Orlandi & Agathyrſo ſuo XXIIII haud ampliùs computat millia. atque id quidem rectiùs, quàm loco proximè ſcripto XIIII millia inter Fitaliam & Naſum amneis; quæ re verâ vix X eſſe, ego pede meo deprehendi. Fuiſſe aliquod olim apud Orlandi promontorium opidum, haud equidem, tantis exſtantibus Fazelli ætate veſtigiis, negare auſim. at id quodnam fuerit, juxtà cum illo omnibusque reliquis Siculis ſcriptoribus me ignorare, lubens fateor. quin plura fuiſſe totâ inſulâ opida, quàm quorum vocabula veteres auctores literarum monumentis tradiderunt, omnino mihi perſvadeo. Apud Silium, lib. XIIII, in recenſione opidorum, quorum alia in Romanorum, alia in Pœnorum parteis, bello Punico tertio, conceſſerunt, hæc leguntur:

Adranum Ergentumq; ſimul, telâq; ſuperba
Lanigerâ Melite, & litus piſcoſa Melacte,
Quæque procelloſo Cephalœdias ora profundo
Cæruleis horret campis paſcentia cete.

Ex his *Melacte*, nulli alii auctori memorata, niſi corrupta vox ſit à genuinâ *Calacte*; quod vehementer ego ſuſpicor; facilè quis me induxerit, uti credam, fuiſſe opidum id maritimum, cuius veſtigia ad prædictum Orlandi promontorium exſtitiſſe ſuâ ætate, teſtatur Fazellus.

Cæterùm tanta fuit Agathyrni vetuſtas, uti ad Troiana tempora primordium eius priſci retulerint mortales. Diodorus lib. IIII: Ὁ δὲ Αἴολος οὗτός ἐστι, πρὸς ὃν μυθολογοῦσι τὸν Ὀδυσσέα κατὰ τὴν πλάνην ἀφικέσθαι· υἱοὺς δ' αὐτῷ γενέσθαι τὸν ἀριθμὸν ἕξ· Ἀστύοχον, καὶ Ξοῦθον, καὶ Ἀνδροκλέα, πρὸς δὲ τούτοις Φεραίμονα, Ἰοκάστην, καὶ Ἀγάθυρνον. πάντας δὲ τούτους διά τε τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν καὶ διὰ τὰς ἀρετὰς μεγάλης ἀποδοχῆς τυχεῖν. τούτων δὲ Ἀγάθυρνος, βασιλεύσας τῆς νῦν ὀνομαζομένης Ἀγαθυρνίτιδος χώρας, ἔκτισε πόλιν, τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Ἀγάθυρνον. Hoc eſt: *Aeolus verò iſte eſt, ad quem in oberratione ſuâ Vlyſſem perveniſſe fabulantur. eique* VI *liberos fuiſſe aiunt, Aſtyochum, Xuthum, Androclem, Pheræmonem, Iocaſten, & Agathyrnum. qui omnes, ob patris virtutes atque gloriam, magnos hominum favores ſint adepti. Ex his Agathyrnus regionem, quæ nunc Agathyrnenſis vocatur, potitus, opidum ſui nominis Agathyrnum condidit.* Meminit eius poſteà Polybius lib. VIIII; teſte Stephano, loco ſuprà citato: ſcilicet in rebus geſtis belli Punici ſecundi. unde fragmentum adhuc eius hiſtoriæ exſtat in Excerptis dicti libri, quo Agrigentum deſcribitur. Ex eâ Polybii hiſtoriâ haud dubiè deſumſit Livius lib. XXVI iſta: *Fama Agrigentinorum cladis*

cladis Siciliam quum pervaſiſſet, omnes repentè ad Romanos inclinaverunt. Prodita brevi ſunt XX *opida; ſex vi capta; voluntariâ deditione in fidem venerunt ad quadraginta. Quarum civitatum principibus quum pro cuiusque merito conſul præmia pœnasque exſolviſſet, coëgiſſetque Siculos, poſitis tandem armis, ad agrum colendum animos convertere; ut eſſet non incolarum modò alimentis frugifera inſula; ſed urbis Romæ atque Italiæ (id quod multis ſæpè tempeſtatibus fecerat) annonam levaret: ab Agatirnâ inconditam multitudinem ſecum in Italiam transvexit. Quatuor millia hominum erant, miſti ex omni colluvione, exſules, obærati, capitalia auſi plerique; & quum in civitatibus ſuis ac ſub legibus vixerant, & poſtquàm eos ex variis cauſis fortuna ſimilis conglobaverat, Agatirnæ per latrocinia ac rapinam tolerantes vitam. Hos neque relinquere Lævinus in inſulâ, tum primùm novâ pace coaleſcente velut materiam novandis rebus, ſatis tutum ratus eſt; & Rheginis uſui futuri erant ad populandum Brutium agrum, adſvetam latrociniis quærentibus manum.* Vel ex hoc loco liquet, ſcriptum fuiſſe & à Polybio Ἀγάθυρνα, non verò Ἀγάθυρσα, ut nunc ex Stephano referunt epitomatoris exemplaria. Livium verò omnes Polybii imitatum eſſe literas Latinè *Agathyrna*, haud equidem dubitaverim. Quamquàm Græcas literas θ atque υ à plerisque Romanis fuiſſe vitiatas, non tantùm Itineraria Romana paſſim, ſed & lapides antiqui haud ſemel teſtantur. Cæterùm inter præcipua inſulæ opida connumerat *Agathyrnam* Silius, dicti belli Punici ſecundi lib. XIIII, his verſibus:

Cætera Eliſæis aderat gens Sicana votis.
Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongilos auſtris;
Mille Thoantéæ ſedes Facelina Dianæ:
Tergemino venit numero fœcunda Panormos.

Porrò Calacta, Aluntio, & Agathyrno, expoſitis, commodum nunc erit eum etiam indicare locum, qui in Antonini itinerario dicitur SOLVSAPRA; ut pleraque referunt exemplaria: quum alia habeant *Soluſabra*; & nonnulla *Salaſabra*. Iter, ut antè ſæpiùs citatum, hoc modo deſcribitur: SOLVSAPRA *locus.*

Antonini;		Tabulæ;	
Cefalodo		*Cephalecto*	
Aleſa	XXVIII.	*Haleſa*	XVIII.
Caleate	XXVI.	*Calacte*	XII.
Soluſapre	VIIII.	¦	
Agatinno	XX.	*Agatinno*	XII.
Tindaride	XXVIII.	*Tindareo*	XXIX.

Quum omni numero inter Calacten & Agathyrnum, id eſt, inter Caroniam & S. Marci opidum, millia ſint XX, quæ Antonini iter habet ad Agathyrnum adſcripta; facilè ſuſpicari quis poſſit, ſuppoſititium iſtud eſſe *Soluſapræ* vocabulum, nulli alii veterum auctorum memoratum, & neſcio quid barbari ſonans. quam ſuſpicionem etiam augere queat, quòd Surita teſtatur, id vocabulum cum numero in regio bibliothecæ Laurentinæ exemplari deeſſe, ſine aliquâ lacunâ. Quia tamen id in Neapolitano, Blandiniano, atque Longoliano, exemplaribus exſtare adfirmat idem Surita, & in doctiſſimi item Torrentii exemplari Ortelius; tum quia in Tabulâ itinerariâ ad Agathyrnum XII tantùm adpoſita ſunt millia; minimè dubitandum eſt, quin locus is Antonino inter Calacten & Agathyrnum memoratus fuerit. Nec jam mirari fas ſit, corruptum eſſe ad Agathyrnum millium numerum; quando ad Aleſam quoque XXVIII pro XVIII, & ad Calacten XXVI pro XII poſita ſunt. Sed & prædictum regium exemplar ad Agathyrnum multo magis vitiato numero habere XXVI millia, teſtatur Surita. Quum igitur à Calactâ, ſive Caroniâ, ad Furianum ſint amnem millia VIIII, hinc verò ad opidum S. Marci circiter XII; ad ipſum Furiani oſtium lævâ ripâ fuiſſe *Soluſapram*, ex dictis duobus Itinerariis, inter ſe collatis, colligitur. Ipſe amnis Furianus an hoc nomine olim adpellatus fuerit, Ptolemæusque in recenſendo ſuo Chydâ flumine ab vero nativoque ordine aberraverit, nullo certo documento adfirmari poſſit.

Inter Agathyrnum & Tyndarium Τίμηθος ποταμὸς, id eſt, TIMETHVS *fluvius*, memoratur Ptolemæo. Ἀγάθυρνον, inquit, Τιμήθου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Τυνδάριον. id eſt: *Agathyrnum, Timethi fluvii oſtium, Tyndarium.* Huic autem opido facit propinquiorem, quàm Agathyrno. unde ita Fazellus, Decad. I, lib. VIIII, cap. VI: *Vrbs Pactæ* TIMETHVS *fluvius.*

poſt

poſt Calavæ promontorium ſuccedit. Et poſteà: *Timethi fluvii oſtium Ptolemæo, Simethi Straboni & Plinio, ſequitur; à Pactis hodiè adpellati.* Vulgari incolarum lingvâ eſt *Fiume di Patti*. At lib. III, cap. II, Symæthum Strabonis atque Plinii agnovit in orientale inſulæ litus defluere, inter Catanam & Leontinos; uti lib. I, cap. X, oſtendimus. memoriâ igitur heic lapſus videtur. Ille ad Pactas fluviolus minor eſt, quàm quem inter longè maioreis amneis Ptolemæus recenſere voluerit; præſertim nullo claro loco juxtà ſito. quapropter illud eum potiùs intellexiſſe flumen, quod vulgò nunc dicitur *Fiume di Naſo*, maximè credibile eſt.

TYNDARIS *opidum.*

Sequitur hinc tandem ipſa *urbs* Τυνδαρὶς, TYNDARIS; eadem & Τυνδάριον, TYNDARIVM, dicta; ut *Cephalœdis, Cephalœdium.* unde etiamnunc divæ Mariæ ædes, in ruinis Tyndarii exſtructa, vulgò incolis vocatur *Santa Maria di Tindáro.* Memoratur urbs antiqua, Ciceroni, Diodoro, Straboni, Plinio, Silio, Appiano, Ptolemæo, Itinerariis Romanis. Ciceroni, Ptolemæo, atque Tabulæ itinerariæ dicitur Τυνδάριον, *Tyndarium*: reliquis verò auctoribus Τυνδαρὶς, *Tyndaris.* Cicero, in Verrinâ V: *Dexio hic, quem vides, non quæ publicè Tyndarî, non quæ privatim ſibi eripuiſti, ſed unicum miſer abs te filium optimum atque innocentiſſimum flagitat.* Ptolemæus: Ἀγάθυρνον, Τιμήθου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Τυνδάριον. id eſt: *Agathyrnum, Timethi amnis oſtium, Tyndarium.* Itineraria Romana:

Tabulæ;		Antonini;	
Agatinno		*Agatinno*	
Tindareo	XXIX.	*Tindaride*	XXVIII.

Silius, lib. XIIII: —— *Geminoq; Lacone*
Tyndaris attollens ſeſe, adfuit.

Strabo, lib. VI: Ἐκ Μυλῶν εἰς τὴν Τυνδαρίδα μίλια κέ. Id eſt: *A Mylis ad Tyndaridem millia ſunt* XXV. *Opidani* inde ſunt in antiquo nummo, quem Goltzius refert, Τυνδαρέων· id eſt, Latino ore ſi formes, TYNDARIENSES. at Ciceroni in Verrinis quam frequentiſſimè repetuntur TYNDARITANI. quod eſt à Græco Τυνδαρῖται, quod Excerpta legationum referunt ex Diodori lib. XXII. Haud incelebrem hanc quoque fuiſſe civitatem, teſtari videtur ſatis clarè Diodorus lib. XIIII, his verbis: Διονύσιος δ' εἰς Μεσσήνην κατῴκισε χιλίους μὲν Λοκρούς, τετρακισχιλίους δὲ Μεδιμναίους, ἑξακοσίους δὲ τῶν ἐκ Πελοποννήσου Μεσσηνίων, ἔκ τε Ζακύνθου καὶ Ναυπάκτου φευγόντων. θεωρῶν δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους προσκόπτοντας ἐπὶ τῷ τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐκβεβλημένους Μεσσηνίους ἐν ἐπισήμῳ πόλει κατοικίζεσθαι, μετήγαγεν ἐκ Μεσσήνης αὐτοὺς, καὶ χωρίον τι παρὰ θάλατταν δοὺς τῆς Ἀβακαινῆς χώρας ἀπετέμετο, καὶ προσώρισεν ὅσον αὐτὸς μέρος ἀπετέμετο. οἱ δὲ Μεσσήνιοι τὴν μὲν πόλιν ὠνόμασαν Τυνδαρίδα· πολιτευόμενοι δὲ πρὸς αὐτοὺς συνοίκως, πολλοὺς πολιτογραφοῦντες, ταχὺ πλείους πεντακισχιλίων ἐγένοντο. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν Σικελῶν χώραν πλεονάκις ἐστράτευσαν, Σμένεον καὶ Μοργάντιον εἷλον· πρὸς Ἄγυριν δὲ, τὸν Ἀγυριναίων τύραννον, καὶ Δάμωνα, τὸν δυναστεύοντα Κεντοριπίνων, ἔτι δ' Ἑρβιταίους καὶ Ἀσσωρίνους συνθήκας ἐποιήσαντο. παρέλαβον δὲ διὰ προδοσίας Κεφαλοίδιον καὶ Σολοῦντα καὶ τὴν Ἔνναν. πρὸς δὲ τούτοις πρὸς Ἑρβησσινοὺς εἰρήνην ἐποιήσαντο. Hoc eſt: *At Dionyſius mille Locrenſium, IIII millia Medimnenſium & IↃC Meſſeniorum è Peloponneſo Zacynthoque & Naupacto exſulum, Meſſanæ collocavit. Sed quum Lacedæmonios hoc ipſo, quòd exterminati ab illis Meſſenii urbem præclaram accepiſſent incolendam, offenſos videret; ex Meſſanâ translatis, alium quemdam Abaceni agri locum juxta mare iis attribuit; attributumque certis limitibus definivit. Eam Meſſenii urbem Tyndaridem adpellavêre. dumque amicè inter ſe rempublicam adminiſtrant, & multos in civitatem adſcribunt; brevi numerus civium ultra IↃↃ excrevit. Poſt hæc crebras in Siculorum fineis fecerunt expeditiones. ac Smenteo & Morgantio captis, cum Agyri, Agyrinenſium tyranno, ac Damone, Centuripinorum regulo, cum Herbitenſibus item atque Aſſorinis fœdera percuſſerunt. Cephalœdium verò & Solûntem Ennamque per proditiones ſuæ adjunxerunt ditioni. cum Herbeſſenſibus pacem inivêrunt.* Sanè omnium totius inſulæ potentiſſima fuit Tyndaritana civitas, ſi hæc rectè ac verè de eâ narrantur: ut quæ prope Panormum ad Solûntem usque, prope Agrigentum ad Herbeſſum, prope Leontinos ad Morgantium, armorum ſuorum vim atque terrorem pertulerit. de qua tamen eorum potentiâ nusquàm aliàs neque fictum neque pictum quidquam reperias. Verùm quis Diodori diligens lector, rerumque ac temporum in eius hiſtoriis ſedulus obſervator, non facilè animadverterit, totum eum locum miſerè ac fœdè eſſe vitiatum. quidpe loco ἐκ Πελοποννήσου

Μεσσηνίων

Μεσσηνίων vulgata exemplaria habent Μιλησίων· quinam verò ſint illi Μεδιμναῖοι, quod item opidum Σμβύτιον, nemo hactenus oſtendere ſcivit. Ipſe Diodorus eodem libro poſteà tradit, Dionyſium cum Agyrinenſium tyranno Agyri, omnium totius Siciliæ tyrannorum ſecundùm Dionyſium potentiſſimo, communi ope bellum geſſiſſe adversùs Carthaginienſeis, tertio anno pòſt, quàm Tyndaris condita eſt. Vnde igitur tantam intra triennii ſpatium Tyndaritani potentiam adquirere potuerunt, uti mox Symethum usque amnem & Morgantiam Agyrinenſiumque confinia ditionem ſuam extenderint? Nugæ ſunt. locus, ut antè dixi, totus corruptus eſt. quem ita reſtituendum cenſeo: Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν Σικελῶν χώραν πλεονάκις στρατεύσας ὁ Διονύσιος, Σεργέντιον μὲν καὶ Μοργάντιον εἷλε, πρὸς Ἄγυριν δὲ, τὸν Ἀγυριναίων τύραννον, καὶ Δάμωνα, τὸν δυναστεύοντα Κεντοριπίνων, ἔτι δ᾽ Ἐρβιταίους καὶ Ἀσσωρίνους συνθήκας ἐποιήσατο, παρέλαβε δὲ διὰ προδοσίας Κεφαλοίδιον καὶ Σολοῦντα καὶ τὴν Ἔνναν· πρὸς δὲ τούτοις πρὸς Ἐρβησσίνους εἰρήνην ἐποιήσατο. Id eſt: *Poſt hæc crebras Dionyſius in Siculorum fineis fecit expeditiones. ac Sergentio & Morgantio captis, cum Agyri, Agyrinenſium tyranno, & Damone, Centuripinorum regulo, cum Erbitenſibus item atque Aſſorinis fœdera percuſſit. Cephalœdium & Solûntem Ennamque per proditiones ſuæ adjunxit ditioni. cum Herbeſſenſibus pacem inivit.* Cicero tamen ſuâ ætate *nobiliſſimam* eam adpellavit *civitatem.* Verba eius in Verrinâ III hæc ſunt: *Tyndaritanam, nobiliſſimam civitatem, Cephalæditanam, Haluntinam, Apollonienſem, Enguinam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum, intelligetis.* Atque ita ſemper inter primarias eam connumerat. Actione II: *Dixerunt* [*teſtimonium*] *Haleſini, Catanenſes, Tyndaritani, Ennenſes, Herbitenſes, Agyrinenſes, Netinenſes, Segeſtani.* Et Actione III: *Tu quum civitatum Siciliæ vulgò omne frumentum improbas; num ex Aegypto aut ex Syriâ frumentum Romam mittis? Improbas Haleſinum, Cephalæditanum, Thermitanum, Ameſtratinum, Tyndaritanum, Herbitenſe, multarum prætereà civitatum.* Actione IIII: *Quid ſedes Verres? quid exſpectas? quid te à Centuripinâ civitate, à Catanenſi, ab Haleſinâ, Tyndaritanâ, Aetnenſi, Agyrinenſi, cæterisque Siciliæ civitatibus circumveniri atque opprimi dicis? tua te altera patria, quemadmodùm dicere ſolebas, Meſſana circúmvenit.* Sed & *ſocios* atque *amicos populi Romani* eos vocat eâdem actione poſteà. *Audiſtis*, inquit, *nuper dicere legatos Tyndaritanos, homines honeſtiſſimos ac principes civitatis, Mercurium, qui ſacris anniverſariis apud eos ac ſummâ religione coleretur, quem P. Africanus, Carthagine captâ, Tyndaritanis non ſolùm ſuæ victoriæ, ſed etiam illorum fidei ſocietatisque monumentum atque indicium dediſſet, huius vi, ſcelere, imperioque eſſe ſublatum.* Et paullo pòſt; de Sopatro Tyndaritano loquens: *Fefellit hæc homines opinio. virgis iſte cæderet ſine causâ ſocium populi Romani atque amicum?* Et ſub finem actionis V: *Teque Mercuri, quem Verres in villâ & in privatâ palæſtrâ poſuit, P. Africanus in urbe ſociorum & in gymnaſio Tyndaritanorum, juventutis illorum cuſtodem & præſidem voluit eſſe, imploro atque obteſtor.* Proinde miror, Straboni πόλισμα tantùm & πολίχνιον, id eſt, *opidulum*, vocari. Verba eius lib. VI hæc ſunt: Ἐκ Μυλῶν εἰς τὴν Τυνδαρίδα μίλια κε΄· εἶτα εἰς Ἀγάθυρνον λ΄· καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισαν, καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον. ταῦτα μὲν πολίχνια. Id eſt: *A Mylis ad Tyndaridem millia paſſuum ſunt XXV. hinc totidem Alæſam usque. atque rurſus totidem Cephalœdium usque. quæ omnia ſunt opidula.* Et eodem libro poſteà: Ἄλαισα καὶ Τυνδαρὶς, καὶ Κεφαλοίδιον, πολίσματά εἰσιν. Id eſt: *Alæſa, Tyndaris, atque Cephalœdium, opidula ſunt.* Atqui tum erat COLONIA Romanorum, ſi Plinio credimus. Lib. III, cap. VIII; *Cephalœdis*, inquit, *Aluntium, Agathyrnum, Tyndaris colonia.* Deducta haud dubiè auſpiciis Auguſti Cæſaris, poſtquàm Sex. Pompeium in inſulâ hac devicit. Opportunitatem loci ſpectavit Auguſtus. de qua ita Appianus, Civil. bellor. lib. V: Ἀγρίππας μὲν ἐς Τυνδαρίδα ἐνδιδομένην ἔπλει. καὶ παρῆλθεν μὲν εἴσω· μαχομένων δὲ λαμπρῶς τῶν φρουρῶν, ἐξεώσθη. Id eſt: *Agrippa navigavit Tyndaridem, dedentem ſe. ubi ingreſſus quidem, rurſum à præſidiariis egregiè repugnantibus, ejectus eſt.* Et poſteà: Οὕτω μὲν ἐξ ἀέλπτου Κορνιφίκιος, καὶ τοῦ στρατοῦ τὸ φθάσαν μέρος διεσώθη πρὸς Ἀγρίππαν ἐς Μύλας· ἄρτι δὲ ὁ Ἀγρίππας Τυνδαρίδα εἰλήφει, τροφῶν μεστὸν χωρίον, καὶ εὐφυῶς ἐς πόλεμον ἐκ τῆς θαλάσσης ἔχον. καὶ ὁ Καῖσαρ ἐς αὐτὸ τὰ πεζὰ καὶ τοὺς ἱππέας διεβίβαζεν. Id eſt: *Sic ex inſperato Cornificius cum ſuperſtite parte exercitus Mylas ad Agrippam evaſit incolumis. qui tum Tyndaridem ceperat; locum victualium copia refertum, & opportunum bello maritimo. quò & Cæſar deportabat pedites ſimul & equites.* Sed dimidio maiorem ante ea tempora fuiſſe urbem, teſtis eſt Plinius, lib. II, cap. XCII. *Pyrrham & Antiſſam*, inquit, *circa Mæotin Pontus abſtulit: Elicen &*

Buram

Buram in ſinu Corinthio; quarum in alto veſtigia adparent. ex inſulâ Ceâ ampliùs XXX *millia paſſuum abrupta ſubitò cum plurimis mortalium. Rapuit & in Siciliâ dimidiam Tyndarida urbem; ac quidquid ab Italiâ deeſt.* Hujus diruptionis vorago ingens atque horrenda etiamnunc ad Tyndaridem cernitur. Quando facta ſit, incertum eſt. Zonaræ tamen, in rebus geſtis belli Punici primi, Τυνδαρὶς ἄκρα, TYNDARIS, ſive TYNDARIVM memoratur *promontorium.* Verba eius in tomo II hæc ſunt: οἱ δ' ὕπατοι [Ἀτίλιος Καλατῖνος καὶ Γάϊος Σουλπίκιος] ἐπὶ Σικελίαν ἐλθόντες, ἐπὶ Λιπάραν ἐστράτευσαν. Ἐπεὶ δ' ὑπὸ τὴν ἄκραν, τὴν Τυνδαρίδα καλουμένην, ναυλοχοῦντας ᾔσθοντο τοὺς Καρχηδονίους, διχῆ τὸν πλοῦν ἐποιοῦντο. Id eſt: *Conſules Atilius Calatinus atque Caius Sulpicius in Siciliam profecti, adversùs Liparam expeditionem fecerunt. Quum autem ſub Tyndaride promontorio Carthaginienſium naveis in inſidiis eſſe cognoviſſent, claſſem bifariam diviſerunt.* Conſulatum hi geſſerunt anno belli Punici primi VII, ab urbe Româ conditâ CCCCXCV, ante natum Ieſum CCLVIII. An etiam tunc integra fuerit urbs, haud facile dictu eſt. ſiquidem etiam poſt prædictam rupturam formam promontorii, licet admodùm exigui, ad hæc usque tempora retinuit. Cæterò ab urbe nomen commune accepit promontorium. ipſi urbi id indiderunt primi conditores Meſſenii à Tyndareo Laconum rege; quum ipſa Meſſenia pars quomdam fuiſſet Laconiæ; teſte Strabone, lib. VIII. Hinc illud Silii, in lib. XIIII:

TYNDARIVM *promontorium.*

——— *Geminoque Lacone*
Tyndaris attollens ſeſe, adfuit.

Caſtorem atque *Pollucem* intelligit, Tyndarei ac Ledæ filios: à quibus Tyndaritani originem ducere ſeſe gloriati videntur.

HELICON *fluvius.*

Reliquum hinc à Tyndaride ad Pelorum usque promontorium litus ita conſignavit Ptolemæus: Τυνδάριον, Ἑλίκωνος ποταμοῦ ἐκβολαί, Μύλαι, Φαλάκριον ἄκρον, Πέλωρος ἄκρα. Id eſt: *Tyndarium, Heliconis fluvii oſtium, Mylæ, Phalacrium promontorium, Pelorus promontorium.*

Ex his ὁ Ἑλίκων ποταμὸς, HELICON *fluvius,* haud dubiè is eſt, qui, omnium hoc litoris tractu maximus, vulgari nunc vocabulo accolis dicitur *Olivéro fiume.* nam, licet Ptolemæus in tabulâ propiùs Mylas eum admoveat, quàm Tyndario; tamen eum, qui propiùs Mylas vulgari nunc adpellatione eſt *Fiume di Caſtro reale,* Longanum olim dictum fuiſſe, paullo pòſt oſtendam. Ptolemæo verò uſitatiſſimum eſt, opidis fluminibusque alieniſſimos attribuere ſitus.

MYLAE *opidum & peninſula.*

Αἱ Μύλαι πόλις, MYLAE *opidum,* memoratum eſt, præter Ptolemæum, etiam Hecatæo, Thucydidi, Theophraſto, Scylaci, Marciano Heracleenſi, Diodoro, Straboni, Paterculo, Plinio, Silio, Tranquillo, Appiano, Ptolemæo, Dioni, Stephano, Apollonii Scholiaſtæ, Zonaræ. Plinius, lib. III, cap. VIII: *Tyndaris colonia, opidum Mylæ; &, unde cœpimus, Pelorus.* Scylax, in Περίπλῳ, ubi Siciliæ urbeis Græcanicas recenſet: Ἀπὸ δὲ Λιλυβαίου πόλις ἐστὶν Ἑλληνὶς Ἱμέρα. * . κατὰ πέραν πόλιν Λιπάρα νῆσός ἐστι, καὶ πόλις Ἑλληνὶς Μύλαι, καὶ λιμήν. ἔστι δὲ ἀπὸ Μυλῶν ἐπὶ Λιπάραν νῆσον πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ. Vt in præcedenti oratione, quam paſſim ſuis locis in hoc Siciliæ opere emendavi, ſic in hiſce verbis aperta ſunt menda κατὰ πέραν· pro quibus reſtituo, Μεθ' Ἱμέραν. totumque locum ſic interpretor: *A Lilybæo urbs eſt Græcanica Himera. * . Poſt Himeram urbem Lipara eſt inſula, & opidum Græcanicum Mylæ, cum portu. Eſt autem à Mylis ad Liparam inſulam trajectus dimidii diei.* Strabo, lib. VI: Ἐκ Πελωριάδος εἰς Μύλας μίλια κε'. τοσαῦτα δὲ καὶ ἐκ Μυλῶν εἰς τὴν Τυνδαρίδα. Id eſt: *A Peloriade ad Mylas millia ſunt* XXV: *totidemque à Mylis Tyndaridem usque.* Vtrumque falſum. à Peloriade quidpe promontorio millia ſunt circiter XXXV Mylas usque: hinc verò Tyndaridem XVIII. Vocatur autem opidum *Mylæ* vulgò incolis nunc *Milazzo*; cervicem ſive iſthmum occupans peninſulæ, quæ vulgò nunc ab opido cognominatur *Capo di Milazzo.* Porrò apud Stephani epitomatorem hæc leguntur: Μύλαι, πόλις Σικελίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ὁ πολίτης Μυλαΐτης. Id eſt: *Mylæ, opidum Siciliæ; auctore Hecatæo, in Europâ. Opidanus inde dicitur Mylaïtes.* At Latinâ formatione rectè dixeris MYLAETANVS: ut à Græcorum Λιλυβαΐτης Latinorum, ut ſuprà oſtendi, fuit *Lilybætanus.* Polybius verò lib. I nominat Μυλαῖον πεδίον, id eſt, *Mylæum campum.* ſecundùm quam formam *opidani* etiam erunt Μυλαῖοι, ut Diodoro dicuntur, lib. XII. Stephani epitomator dicto loco: Εἰσὶ δὲ Μύλαι καὶ Θετταλίας· ἧς τὸ ἐθνικὸν Μυλαῖος. Id eſt: *Sunt & Theſſaliæ Mylæ: à quo opido gentilitium eſt Mylæus.* Ab hoc igitur vocabulo rectè

Latino

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Latino ore formabuntur MYLENSES. A Zanclæis conditas fuiſſe Siculas Mylas, Marcianus Heracleenſis atque Strabo auctores ſunt. quorum hic, lib. VI, τὴν Ἱμέραν μὲν, inquit, οἱ ἐν Μυλαῖς ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι. Id eſt: *Himeram condiderunt Zanclæi, qui Mylas habitabant.* Marcianus Heracleenſis in Orbis circuitu:

Μετὰ ταῦτα δ᾽ ἀπὸ Νάξου Λεοντῖνοί τε καὶ
Ἣ τὴν θέσιν τ᾽ ἔχουσα Ῥηγίου πέραν,
Ἐπὶ τοῦ δὲ πορθμοῦ κειμένη Σικελικοῦ,
Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις, ἔσχον ἀποικίας.
Πάλιν δ᾽ ἀπὸ τούτων δύο πόλεις, Εὔβοια
Καὶ Μύλαι κατῳκίσθησαν ἐπικαλούμεναι.

Hoc eſt:

Poſt hæc à Naxo Leontini, &,
Quæ ex adverſo Rhegii ſita eſt
Ad fretum Siculum,
Zancle, item Catane, Callipolisque, accepêre colonias.
Rurſum ab his duæ urbes, Eubœa
Et Mylæ dictæ, conditæ fuerunt.

Opidum à peninſulâ, an hæc ab illo nomen primò acceperit, incertum eſt. nam idem vocabulum peninſulæ fuiſſe, teſtatur Apollonii Scholiaſtes in Ἀργοναυτικῶν lib. IIII his verbis: Τίμαιος Θρινακίαν φησὶ καλεῖσθαι τὴν Σικελίαν, ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει. οἱ δὲ ἱστορικοὶ Θρίνακον φασὶν ἄρξαι τῆς Σικελίας· Μύλας δὲ χερρόννησον Σικελίας, ἐν ᾗ αἱ τοῦ Ἡλίου βόες ἐνέμοντο. Id eſt: *Timæus ait Thrinaciam dictam fuiſſe Siciliam, quòd tria habeat promontoria. Rerum verò ſcriptores Thrinacum tradunt imperaſſe Siciliæ: Mylas autem eſſe peninſulam Siciliæ, in qua Solis boves paſcebantur.* A flumine *Melâ*, qui peninſulam ſubſequitur, dictum voluiſſe Fazellum opidum cum peninſulâ Mylas, equidem miror: utique, quum à nigredine aquarum id vocabuli flumini inditum eſſe, ipſe adfirmet. id enim Græcis numquàm *μύλας*, ut ſcribit Fazellus, ſed μέλας dictum eſt; quod Latinis eſt *niger*. Svidæ quum memoretur Φωκυλίδης Μιλήσιος, φιλόσοφος, id eſt, *Phocylides Mileſius, philoſophus*; huius quoque ab Aſiæ Mileto ad Mylas originem falsò traxit Fazellus. Quo anno conditum fuerit opidum Mylæ, nusquàm adnotatum reperio. Himeram tamen anno primo Olympiadis XXXII, id eſt, ante natum Ieſum anno IↃCXLVIIII conditam fuiſſe, id eſt, anno LXXXIIII poſtquàm Græci primas in Siciliam colonias deduxerunt, ſuprà libro hoc II, cap. III, oſtenſum eſt. Pauſanias in Meſſenicis, ut ſuprà lib. I, cap. VI, retulimus, Meſſenios tradit, è Peloponneſo in Sardiniam naviganteis, ab Anaxilao, Rheginorum tyranno vocatos Zanclen occupaſſe Olympiade XXVIIII. quod falſum eſſe, Meſſeniosque dictam urbem invaſiſſe circa Oympiadem LXXIII, ibidem docuimus. Quia verò Strabo atque Marcianus, ut ibidem oſtenſum, à Naxiis Sicilienſibus Zanclam conditam tradunt longo tempore antè, quàm Meſſenii eam occupaverint; fortè id circa dictam Olympiadem XXVIIII accidit. Hæc ſententia ſi recipiatur, Naxii paullo pòſt, quàm Zanclen occuparunt, τὴν χερσόννησον Μύλας, id eſt, *peninſulam Mylas* ſuæ ditioni adjecerunt; atque Φρούριον, ut Diodorus adpellat, id eſt, *Caſtellum* eiusdem nominis in eius cervice ſeu iſthmo communiverunt. Poſteà etiam, quum Meſſenii, ut modò memoratum, Zanclen abs ſe occupatam de priſtinæ patriæ nomine Meſſanam adpellaſſent, ſub eiusdem urbis ditione Mylæ manſerunt. Thucydides, lib. III: Χαροιάδου, τοῦ Ἀθηναίων στρατηγοῦ, τεθνηκότος ὑπὸ Συρακουσίων πολέμῳ, Λάχης, ἅπασαν ἔχων τῶν νεῶν τὴν ἀρχὴν, ἐστράτευσε μετὰ τῶν ξυμμάχων ἐπὶ Μύλας, τὰς τῶν Μεσσηνίων. ἔτυχον δὲ δύο φυλαὶ ἐν ταῖς Μυλαῖς τῶν Μεσσηνίων φρουροῦσαι, καί τινα καὶ ἐνέδραν πεποιημέναι τοῖς ἀπὸ τῶν νεῶν. οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τούς τε ἐκ τῆς ἐνέδρας τρέπουσι, καὶ διαφθείρουσι πολλούς· καὶ τῷ ἐρύματι προσβαλόντες, ἠνάγκασαν ὁμολογίᾳ τήν τε ἀκρόπολιν παραδοῦναι, καὶ ἐπὶ Μεσσήνην ξυστρατεῦσαι. Id eſt: *Charæade, Athenienſium duce, à Syracuſanis in bello occiſo, ſumma navium præfectura ad Lachetem devenit. Is cum ſociis profectus eſt Mylas Meſſanenſium; ubi erant præſidio duæ Meſſanenſium tribus. Quæ quum inſidias quasdam claſſiariis tetendiſſent; ab Athenienſibus & horum ſociis in fugam verſi, multos è ſuis amiſerunt. admotisque ad munitionem copiis, pactionem facere coacti ſunt, ut, deditâ arce, adversùs Meſſanam*

unà militarent. Factum hoc eſſe anno ſecundo Olympiadis LXXXVIII, Athenis ſummum gerente magiſtratum Euclide, Diodorus lib. XII adnotavit. ubi Χαβρίας vocatur Athenienſium dux, qui Thucydidi eſt Χαροιάδης. Verba Diodori hæc ſunt: Διὰ ταύτας οὖν αἰτίας ψηφισάμενοι βοηθεῖν τοῖς Λεοντίνοις οἱ Ἀθηναῖοι, ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Σικελίαν ναῦς ἑκατὸν καὶ στρατηγοὺς Λάχητα καὶ Χαβρίαν. Οὗτοι δὲ πλεύσαντες εἰς τὸ Ῥήγιον, προσελάβοντο ναῦς ἑκατὸν παρὰ τῶν Ῥηγίνων, τῶν Χαλκιδέων ἀποίκων ὄντων. ἐντεῦθεν δ' ὁρμώμενοι, τὸ μὲν πρῶτον τὰς Λιπαραίων νήσους κατέδραμον, διὰ τὸ συμμαχεῖν τοὺς Λιπαραίους τοῖς Συρακουσίοις· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Λόκρους πλεύσαντες, καὶ πέντε νεῶν Λοκρίδων κυριεύσαντες, [deeſſe videntur hæc, τὰς Μύλας τῶν Μεσσηνίων] φρούριον ἐπολιόρκησαν. ἐπιβοηθησάντων δὲ τῶν πλησιοχώρων Σικελῶν τοῖς Μυλαίοις, ἐγένετο μάχη· καθ' ἣν Ἀθηναῖοι νικήσαντες, ἀπέκτειναν μὲν πλείους τῶν χιλίων, ἐζώγρησαν δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν ἑξακοσίων. εὐθὺς δὲ καὶ τὸ φρούριον ἐκπολιορκήσαντες κατέσχον. Id eſt: *Athenienſes itaque, his de cauſis decreto Leontinis ſubſidio, centum naveis, Lachete & Chabriâ ducibus, mittunt. Hi Rhegium pervecti, centum naveis à Rheginis, Chalcidenſium colonis, traditas claſſi ſuæ adjiciunt. Inde profecti, Liparenſium inſulas excurſionibus vexant; quòd ſocietatem armorum Liparenſes cum Syracuſanis junxerant. mox Locros petunt. & V navibus Locrenſium captis, [Mylas, Meſſanenſium] caſtellum obſident. Quumque Siculi finitimi Mylenſibus auxilio venirent, conſeritur pugna: in qua ſuperiores Athenienſes mille hoſtium & ampliùs cædunt; nec pauciores ſexcentis capiunt. mox etiam caſtello, per vim expugnato, potiuntur.* In Rheginorum deinceps per aliquod tempus fuiſſe poteſtate, ex eiusdem auctoris lib. XIIII colligo; ubi ita ſcriptum eſt: Ἀθήνησι μὲν Εὐβουλίδης ἦρξεν· κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Ῥηγῖνοι, κατηγοροῦντες Διονυσίου ὅτι Μεσσήνην τειχίζων ἐπ' αὐτοὺς κατασκευάζεται, πρῶτον μὲν τοὺς ὑπὸ Διονυσίου φυγαδευομένους καὶ τἀναντία πράττοντας ὑπεδέξαντο· μετὰ δὲ ταῦτα Ναξίων καὶ Καταναίων τοὺς ὑπολελειμμένους εἰς Μύλας κατοικίσαντες, δύναμιν παρεσκευάζοντο, καὶ στρατηγὸν Ἕλωριν ἐξέπεμψαν πολιορκήσοντα Μεσσήνην. τούτου δὲ τὴν ἐπίθεσιν κατὰ τὴν ἀκρόπολιν ποιησαμένου, παραβόλως οἱ κατέχοντες τὴν πόλιν Μεσσήνιοι καὶ Διονυσίου μισθοφόροι συστραφέντες ἀπήντησαν. γενομένης δὲ μάχης, ἐνίκων οἱ Μεσσήνιοι, καὶ πλείους τῶν πεντακοσίων ἀπέκτειναν. εὐθὺς δ' ἐπὶ τὰς Μύλας ἐπελθόντες, εἷλον τὴν πόλιν, καὶ τοὺς οἰκισθέντας ἐν αὐτῇ Ναξίους ὑποσπόνδους ἀφῆκαν. Id eſt: *Athenis ſummum gerente magiſtratum Eubulide, in Siciliâ Rhegini cum Dionyſio expoſtulabant, quòd Meſſanam muniendo ſeſe contra ipſos armaret. Statim igitur à Dionyſio exactos, aliosque ipſi adverſanteis in tutelam ſuam recipiunt. poſteà Naxiorum & Catanenſium reliquiis Mylas incolendas tradunt. ſimulq; Helôrim imperatorem cum inſtructo exercitu ad Meſſanam obſidione cingendam mittunt. Is dum oppugnationis initium circa arcem facit, opidani extemplò, cum mercenariis Dionyſii conglobati, occurrunt. initoque conflictu, Meſſanenſes vincunt: & hoſtium plureis* IↃ *interimunt. hinc è veſtigio Mylas adgreſſi, urbem capiunt: Naxios, inibi collocatos, datâ fide incolumeis dimittunt.* Factum hoc Olympiadis XCVI anno III; annis XXXIII pòſt, quàm ab Athenienſibus ſimul atque Rheginis Mylæ captæ fuêre. Manſiſſe hinc ſub eorumdem Meſſanenſium ditione, ex Theophraſto diſco; qui ſcholam Ariſtotelis Olympiade CXIIII in ſe ſuſcepit. Verba eius Hiſtor. plantar. lib. VIII, cap. III hæc ſunt: Λέγεται δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ τῆς Μεσσηνίας ἐν ταῖς καλουμέναις Μύλαις, ταχεῖάν τινα γίνεσθαι τὴν πλείωσιν τῶν ὀψίων. Id eſt: *In Siciliâ quoque apud Mylas, Meſſanenſis agri opidum, celerem quamdam fieri ſerotinorum conſummationem aiunt.* Cæterò PORTVM fuiſſe ad Mylas, ſuprà è Scylace cognovimus. De eodem ita Silius lib. XIIII:

Et juſti quomdam portus, nunc litore ſolo
Subſidium infidum fugientibus æquora, Mylæ.

Portus is ſeu ſtatio navium ad dextrum ſive orientale peninſulæ eſt latus. Arx poſteà belli ac præcipua fuêre ſedes Sex. Pompeio Mylæ adversùs Auguſtum. quo tempore etiam maximè nobilitatæ ſunt clade navali, quam Pompeius ab Auguſto ad portum eius opidi accepit; ut auctores ſunt, Appianus, Bellor. civil. lib. V, & Dio lib. XLVIIII; & item Velleius Paterculus lib. II, his verbis: *Navali prælio apud Mylas, ductu Agrippæ, pugnatum proſperè.* Et Svetonius Tranquillus in Auguſto: *Pompeium inter Mylas & Naulochum ſuperavit.*

FONS *agri Mylenſis mirandus.*

FONS memoratur mirandæ condicionis in Mylenſi agro, Plinio lib. XXXI, cap. IIII: *In Siciliâ*, inquit, *circa Meſſanam & Mylas hieme in totum inareſcunt fontes; æſtate exundant, amnemque faciunt.* De hoc ita Fazellus, dec. I, lib. VIIII, cap. VIII: *Id & nos uſu venire didicimus. juxta lacum enim, quem Pantanum adpellant, à Mylis paſſuum millia duo Meſſanam versùs recedentem, puteus eſt ædi divæ Mariæ à Planâ & à Buſchetto*

adpellatæ

adpellatæ propinquus, qui per hiemem totus exſiccatur; per æſtatem verò aquis abundat.

LONGANVS *amnis.*

In eodem Mylenſi agro ὁ Λόγγανος ποταμὸς, LONGANVS *amnis*, memoratur Polybio ac Diodoro. quorum ille lib. I. de Hierone, Syracuſanorum rege, ita narrat: Ἐξάγει στρατιὰν, ὡς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους τοὺς τὴν Μεσσήνην κατασχόντας. ἀντιστρατοπεδεύσας δὲ περὶ Κεντόριπα, καὶ παραταξάμενος περὶ τὸν Κυαμόσωρον ποταμὸν, τοὺς μὲν πολιτικοὺς ἱππεῖς καὶ πεζοὺς αὐτὸς ἐν ἀποστήματι συνεῖχεν, ὡς κατ' ἄλλον τόπον τοῖς πολεμίοις συμμίξων· τοὺς δὲ ξένους προβαλλόμενος, εἴασε πάντας ὑπὸ τῶν βαρβάρων διαφθαρῆναι. κατὰ δὲ τὸν τῆς ἐκείνων τροπῆς καιρὸν ἀσφαλῶς αὐτὸς ἀπεχώρησε μετὰ τῶν πολιτῶν εἰς τὰς Συρακούσας. συντελεσάμενος δὲ τὸ προκείμενον πραγματικῶς, καὶ παρῃρηκὼς πᾶν τὸ κινητικὸν καὶ στασιῶδες τῆς δυνάμεως, ξενολογήσας δι' αὑτοῦ πλῆθος ἱκανὸν μισθοφόρων, ἀσφαλῶς ἤδη τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν διεξῆγε. θεωρῶν δὲ τοὺς βαρβάρους ἐκ τοῦ προτερήματος θρασέως καὶ προπετῶς ἀναστρεφομένους, καθοπλίσας καὶ γυμνάσας ἐνεργῶς τὰς πολιτικὰς δυνάμεις, ἐξῆγε. καὶ συμβάλλει τοῖς πολεμίοις ἐν τῷ Μυλαίῳ πεδίῳ περὶ τὸν Λογγανὸν καλούμενον ποταμόν. Hoc eſt: *Copias, quaſi Barbaros Meſſanam incolenteis peteret, educit. Quumque prope Centuripa in conſpectu hoſtium caſtra poſuiſſet, atque aciem ad Cyamoſorum amnem inſtruxiſſet; urbanos quidem equites peditesque, aliquanto ſpatio à cæteris ſejunctos, ipſe ſecum retinet; velut ab aliâ parte manum cum hoſte conſerturus: extraneos verò Barbaris objiciens, univerſos ab iis deleri ad internecionem eſt paſſus. ac, quo tempore iſti cummaximè ab hoſte cædebantur, ipſe cum civibus absque ullo periculo Syracuſas retro conceſſit. Sollerter itaque eo, quod deſtinaverat, perfecto; & univerſâ illâ parte exercitus expunctâ, quæ ad concitandos motus erat proclivis ac ſeditioſa; magnâ ſatis conductitiorum manu arbitratu ſuo comparatâ, magiſtratum absque ullo jam metu adminiſtrabat. Quum verò animadverteret Barbaros, ſecundâ pugnâ elatos, audacter atque temerè palanteis; urbanum militem armis inſtructum & naviter exercitatum, educit. deinde in Mylenſi campo, propter amnem, qui Longanus dicitur, hoſtem adortus eſt.* Eamdem hiſtoriam ita ex Diodori lib. XXII referunt Excerpta legationum: Καὶ εἰς στενὴν χώραν συνήλασε τοὺς Μαμερτίνους· ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους τὴν ἐγγὺς Μεσσήνης εἶχε πόλιν τὴν τῶν Ταυρομενιτῶν, ἀπὸ δὲ τοῦ Τυρρηνικοῦ τὴν Τυνδαριτῶν. ἐμβαλὼν δὲ εἰς Μεσσηνίαν, κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸν Λοίτανον ποταμόν. ἀντεστρατοπέδευσαν δὲ καὶ Μαμερτῖνοι, ἔχοντες στρατηγὸν Κίων. οὗτος οὖν εὐθὺς ἐκτάξας τὴν δύναμιν, ἐπειρᾶτο διαβαίνειν τὸν ποταμόν. Ἱέρων δ' ἔχων τοὺς φυγάδας Μεσσήνης σ' συστρατεύοντας, διαφόρους ταῖς ἀνδρείαις καὶ ἀρεταῖς, προσθεὶς αὐτοῖς ἄλλους υ' ἐπιλέκτους, προσέταξε τὸν πλησίον λόφον τὸν ὀνομαζόμενον Θώρακα περιελθεῖν, καὶ τοῖς πολεμίοις κατὰ νώτου προσπεσεῖν· αὐτὸς δὲ τὴν δύναμιν ἐκτάξας, κατὰ στόμα ἀπήντα. γινομένης δὲ περὶ ῥεῖθρον ἱππομαχίας, ἅμα καὶ τῶν πεζῶν παρατάξεως τοῦ βασιλέως προκατειληφότων ὀφρύν τινα περὶ τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου πλεονεκτούντων, μέχρι μέν τινος ἰσόρροπος ἦν ὁ κίνδυνος. οἱ δὲ ἐπὶ τὸν λόφον διελθόντες, ἐπέρραξαν παραδόξως τοῖς Μαμερτίνοις· καὶ νεαλεῖς ὄντες, τοὺς κάμνοντας τῇ μάχῃ ῥᾳδίως ἀνῄρουν. Id eſt: *Mamertinos in anguſtum coëgit locum. quidpe ad Siculum mare propinquum Meſſanæ Tauromenitanorum tenebat urbem; ad Tuſcum verò, Tyndaritanorum opidum. In Meſſanenſem itaque agrum irruptione factâ, ad Lætanum amnem conſedit. Huic objecerunt copias ſuas Mamertini, duce Cio. qui, diſtributis in ordinem copiis, amnem transire conatur. At Hiero, CC exſules Meſſanenſeis in commilitio habens, fortitudine ſtrenuisq; factis præcellenteis; quibus alios CCCC ex delectu adjungit; vicinum montem Thoracem eos circumire jubet; ita, uti hoſtibus à tergo incumberent. ipſe, diſpoſito in ordinem exercitu, à fronte occurrit. Equeſtri igitur prœlio apud flumen commiſſo, quum pedeſtris miles juſſu regis tumulum quemdam occupaſſet, locique opportunitate prævaleret; certamen in æquilibrio ad tempus erat. mox, qui ad montem transierant, ex inopinato Mamertinos adorti, quòd recentes erant, pugnâ defeſſos haud difficulter conficiebant.* Geminæ quum ſint ad Pelorum ſive Chalcidicum jugum fauces, per quas Meſſanam exercitus ex inſulâ adgredi poſſint, Taurominitanæ alteræ, alteræ Mylenſes; ut lib. I, cap. VI, docui: Hiero per Mylenſeis ſuum ducere exercitum inſtituit. ideóque à ſiniſtris per Centuripa opidum, quod hodiè vulgò vocatur *Centorve*, Aetnam prætergredi voluit. *Longanus* igitur ille in Mylenſi campo *amnis* nullus alius eſſe poteſt, quàm qui à ſiniſtro ſive occidentali Mylarum latere vulgari nunc adpellatione accolis dicitur *Fiume di Caſtro reale*. In dictis verò Excerptis legationum quum innumera vocabula miſerè ac mirificè vitiata ſint, quæ viri docti nuper emendarunt; iſtam etiam vocem Λοίτανον Polybii vocabulo Λόγγανον haud temerè prætulerim. Cæterùm quum prædicto Mylenſi campo continui immineant montes; incertum eſt, quinam eorum ille ſit Θώραξ λόφος, THORAX MONS. A dextrâ tamen fuiſſe eum amnis ripâ, patet ex hiſtoriâ præſcriptâ. Diodorus verò altiſſimum

THORAX *mons.*

quemque montem, ut Aetnam, Erycem, & alios, non modò colleis humilioreis, adpellat λόφους.

PHALACRIVM *promontorium.*

τὸ Φαλάκριον ἄκρον, PHALACRIVM *promontorium*, quod Ptolemæus Mylas inter & Pelorum promontorium recenſet, nullum aliud eſſe poteſt, quàm quod, XI circiter millia à Peloro diſtans, vulgari nunc incolis vocabulo dicitur *Capa di Raſiculmo.* hoc quidpe unum maximè prominet in mare: & Ptolemæus inter Pelorum & Phalacrium X circiter facit paſſuum millia.

FANVM DIANAE PHACELINAE, & NAVLOCHVS, *opida.*

Inter Phalacrium promontorium & Mylas duo recenſentur antiquis auctoribus loci: quorum alter τὸ Ἀρτεμίσιον, id eſt, DIANAE FANVM dicebatur; alter ὁ Ναύλοχος, NAVLOCHVS; ſive, plurali numero, οἱ Ναύλοχοι, NAVLOCHI: & neutro genere, τὸ Ναύλοχον, NAVLOCHVM; ſive, plurali numero, τὰ Ναύλοχα, NAVLOCHA. Appianus, Civil. bellor. lib. V: Μύλας δ' ἔτι καὶ τὰ ἐκ Μυλῶν ἐπί τε Ναυλόχους καὶ Πελωριάδα τὰ παράλια ἅπαντα φρουραὶ Πομπηΐου κατεῖχον. Id eſt: *Mylas & omnem hinc ad Naulochos & Pelorum maritimam oram Pompeius etiamtum tenebat præſidiis.* Svetonius, in Auguſto: *Pompeium inter Mylas & Naulochum ſuperavit.* Apud *Dianæ fanum*, quod medio erat ſitu, factam eſſe eam pugnam, pòſt ex Dione patebit. Silius, lib. XIIII, ubi Siciliæ populos atque urbeis recenſet, quarum aliæ Romanorum aliæ Carthaginienſium bello Punico ſecundo ſequebantur parteis, ita canit; ut vulgata quidem habent exemplaria:

Cætera Eliſæis aderat gens Sicana votis.
Mille Agathyrna dedit, perflataq; Strongylos auſtris;
Mille Thoantéæ ſedes Faſcélina divæ.
Non Herbeſſos iners, non Naulocha pigra pericli
Sederunt.

Quæ iſta fuerit *Thoantéa diva Faſcelinâ ſede*, docet Hyginus; & ex hoc Servius & Sabinus, ad Virgilii commentantes verba, quæ Aeneid. lib. II ſunt huiusmodi:

Sangvine placaſtis ventos & virgine cæsâ
Quum primùm Iliacas Danai veniſtis ad oras:
Sangvine quærendi reditus; animâque litandum
Argolicâ.

Ad quæ ita commentatur Pompon. Sabinus: *Agamemnon, quum claſſis Græca Aulide conveniret, improvidus paſcentem capream, Dianæ dedicatam, interemit. Itaque Vlyſſes, ſimulans Achilli deſtinatam, à Clytemneſtrâ matre virginem accepit; & ante aram vittatam duxit Achilles & alii, qui ſacrificio præerant, virginem Iphigeniam; & clam regi Scytharum commendavêre: & ſimulavêre, ſe [eam] ſacrificaſſe.. [Ea] Tauricæ templo Dianæ ſacerdos præficitur. Longo pòſt tempore Oreſtes [ſupervenit] eius frater. qui maternâ cæde expiatus, cum Iphigeniâ & Pylade, amicorum præcipuo, ſublato Tauricæ ſimulacro Dianæ, in Italiam navigavit. [Hinc] Dianam Faſcelitim adpellant; quia in faſce lignorum ſimulacrum advectum fuerat. cuius nominis colebatur apud Rheginos. Eius mentionem facit Lucilius, in tertio Satyrarum:*

——Et, ſæpè quod antè
Optaſti, freta Meſſanæ & Rhegina videbis
Mœnia; tum Liparam, & Facelinæ templa Dianæ.

Vel extrito ſ pronunciavit; vel, ut alii volunt, Facelitis à facibus dicta. Et ad eumdem locum ita commentatur Servius: *Antequàm ad Troiam veniretur, Iphigenia eſt ſacrificata. cuius fabula talis eſt: Quum Græci ad Aulidem veniſſent; Agamemnon Dianæ cervam occîdit ignarus, in venatione. unde irata dea, flatus ventorum, qui ad Troiam ducebant, ſuſpendit. Quamobrem quum nec navigare poſſent, & peſtilentiam ſuſtinerent; ab oraculo, per Calchantem conſulto, dictum eſt, Agamemnonio ſangvine, hoc eſt, immolatâ Iphigeniâ, Dianam eſſe placandam. Ergo, quum ab Vlyſſe, per nuptiarum ſimulationem, adducta Iphigenia eò eſſet, ut immolaretur; numinis miſeratione ſublata eſt, cervâ ſuppoſitâ. & translata ad Tauricam regionem, regi Thoanti tradita eſt; ſacerdosq; facta Dictynnæ Dianæ. Quæ quum, ſecundùm ſtatutam conſvetudinem, humano ſangvine numen placaret, agnovit fratrem Oreſtem; qui, accepto oraculo, carendi furoris causâ, cum amico Pylade Colchos petierat: & cum his, occiſo Thoante, ſimulacrum ſuſtulit, abſconditum faſce lignorum, (unde & Faſcelitis dicitur; non tantùm à face, cum qua pingitur; propter quod & Lucifera dicitur) & Ariciam detulit.* Totus locus ex Hygini Μυθολογικῶν cap. CCLXI deſcriptus eſt. Cicero, in actione Verrinâ IIII, ſimulacrum Dianæ, quod erat apud Segeſtanos, ita deſcribit: *Erat admodùm amplùm &*

excelſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

excelſum ſignum cum ſtolâ. verùm tamen inerat in illâ magnitudine ætas atque habitus virginalis. ſagittæ pendebant ab humero: ſiniſtrâ manu retinebat arcum; dextrâ ardentem facem præferebat. Rheginos equidem in Italiâ *Dianæ templum* habuiſſe extra urbem exſtructum, etiam antiquiſſimus rerum ſcriptor teſtatur Thucydides, lib. VI, his verbis: Ἕως ἀφίκοντο ἐς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας· καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἠθροίζοντο· καὶ ἔξω τῆς πόλεως, ὡς αὐτοὺς ἔσω οὐκ ἐδέχοντο, στρατόπεδον κατεσκευάσαντο ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ. Id eſt: *Donec ventum eſt Rhegium Italiæ opidum. ubi contractis jam copiis extra urbem, quoniam intra muros non recipiebantur, caſtra poſuerunt ad templum Dianæ.* Verùm tamen Lucilium intellexiſſe *Fanum Dianæ Facelinæ*, quod in Siciliâ erat, vel inde perſpicere licet, quòd poſt Rhegium Liparam inſulam nominat; ac poſt hanc tandem *templum Dianæ Facelinæ*. Vocabulum hoc priſcos Latinos non ſcripſiſſe cum *ſ*; quod poſtmodùm grammatici μυθολόγοι, fabulam de Oreſte atque Iphigeniâ explicantes, ex Latinâ voce *faſces* inſeruerunt; cùm præſcriptus Lucilii, antiquiſſimi poëtæ, verſus apertiſſimo judicio teſtatur, tùm ipſa origo vocabuli: quod non à dictâ Latinâ voce *faſces*, ſed à Græcâ φάκελος derivatum eſt. quæ equidem vox, eodem modo ut φορτίον, pro *faſce* ſeu *faſciculo* τῶν ξύλων ἢ φρυγάνων, id eſt, *lignorum ſive ſarmentorum*, Thucydidi, Dionyſio Halicarnaſſenſi, Ioſepho, Heſychio, Suidæ, Etymologo, & aliis uſurpata eſt: at ab initio ipſam etiam *facem*, quæ & nomen inde habuit, ex aridis ſive ſarmentis, ſive arundinibus, ſive tædis compoſitam, ſignificavit. unde etiamnunc idem vocabulum in noſtrâ lingvâ uſurpatur Germanicâ formatione *eine fackel*. quod nil niſi *facem* ex quavis materiâ confectam denotat. Varro, de Vitâ pop. Rom. lib. II: *Quum à novâ nuptâ ignis in face adferretur, de foco eius ſumtus; fax ex pinu ablata eſt, ut eam puer ingenuus adferret.* Cicero, de Naturâ deorum lib. II: *Dianam & Lunam eamdem eſſe putant. Luna à lucendo nominata eſt; eadem enim Lucina. itaque, ut apud Græcos Dianam, eamq; Luciferam; ſic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo invocant. Diana dicta, quia noctu quaſi diem efficeret.* Plutarchus, in libro de Iſide: Καὶ πρὸς τὰ ἐρωτικὰ τὴν Σελήνην ἐπικαλοῦνται. id eſt: *Et ad res amatorias Lunam invocant.* Tibullus, lib. I, eleg. V:

Ipſe velatus filo, tunicisque ſolutis,
Vota novem Triviæ nocte ſilente dedi.
Omnia perſolvi: fruitur nunc alter amore;
Et precibus felix utitur ille meis.

Cognomentum eſſe Dianæ vocabulum *Trivia*, vulgò notum eſt. Virgilius Γεωργικῶν lib. I, ita *Solem* ac *Lunam* adloquitur:

—— Vos ô clariſſima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum;
Liber & alma Ceres.

Hinc etiam Ceres cum tædis, ſive facibus, picta fuit. quas illam inflammaſſe finxerunt poëtæ in Aetnâ monte, quum filiam Proſerpinam, à Plutone raptam, inveſtigare vellet. Cicero Actione Verinâ IIII: *Simulacrum Cereris ex ære fuit quoddam, modicâ amplitudine, ac ſingulari opere, cum facibus, perantiquum.* Hinc ille Ovidii verſus in Epiſtolâ II:

Et per tædiferæ myſtica ſacra deæ.

Luna igitur, ſive *Diana*, quia noctu lucet, cum *face* picta fuit priſcis mortalibus; quæ Græcis dicebatur φάκελος. unde ipſa poſtmodùm Diana cognominata φακελινή, FACELINA; &, aliâ vocabuli formatione, φακελῖτις, FACELITIS. Hinc jam illud apud Vibium, in Catalogo amnium: *Phætelinus; Siciliæ, juxta Peloridem, confinis templo Dianæ.* Vbi corrupta vox eſt pro genuinâ *Phacelinus*. quod Vibius ex Græco haud dubiè, ut pleraque alia, petiit auctore: apud quem erat *Melas fluvius; qui & Facelinus.*
φακελινὸς ποταμός, id eſt, FACELINVS *amnis*. Apud Silium igitur etiam, prædicto loco, ſic ſcriptum fuiſſe cenſeo:

Mille Thoantéæ ſedes Facelina Dianæ.

Thoantéa autem heic vocatur *Diana*, quæ vulgò aliàs *Taurica*; quia Tauricæ regionis rex fuit *Thoas*; ut ſuprà intellectum. Cæterùm Facelinus amnis quo tractu fuerit, uti diſpicere queamus, ipſum primò DIANAE FACELINAE FANVM inveſtigandum erit. Dio lib. XLVIIII: Τῷ δ᾽ οὖν Καίσαρι, ἐς τὴν Σικελίαν μετὰ τοῦτ᾽ ἐλθόντι, ὁ Σέξτος περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἀντεστρατοπεδεύσατο. Id eſt: *Secundùm hæc Cæſari, in Siciliam profecto,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

apud Dianæ fanum Sextus caſtra oppoſuit. Eadem iſta verba ex Dione transſcripſit Zonaras, Hiſtor. tomo II. Appianus, dicto Bellor. civil. lib. V: Μύλας δ᾽ ἔτι καὶ τὰ ἐκ Μυλῶν ἐπί τε Ναυλόχους καὶ Πελωριάδα τὰ παράλια ἅπαντα φρουραὶ Πομπηΐου κατεῖχον· ἐκράτει δὲ καὶ τῶν στενῶν ἑκατέρων ὁ Πομπήϊος, ἀμφί τε τὸ Ταυρομένιον καὶ περὶ Μύλας, καὶ περιόδους τῶν ὀρῶν ἀπετείχιζε, καὶ τὸν Καίσαρα ἐκ Τυνδαρίδος ἐς τὸ πρόσθεν ἰόντα ἠνώχλει, μὴ συμπλεκόμενον. Ἀγρίππου δὲ νομισθέντος ἐπιπλεῖν, ἐς Πελωριάδα μετεπήδησεν, ἐκλιπὼν τὰ στενὰ περὶ Μύλας. καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτῶν τε κατέσχε καὶ Μυλῶν καὶ Ἀρτεμισίου, πολίχνης βραχυτάτης, ἐν ᾗ φασι τὰς Ἡλίου βοῦς γενέσθαι, καὶ τὸν ὕπνον Ὀδυσσεῖ. Hoc eſt: *Mylas etiamtum & omnem hinc ad Naulochos ac Peloriadem oram maritimam tenebant Pompeii præſidia. fauceis quoque utraſque, tùm Tauromenitanas tùm Mylenſeis, Pompeius occupârat; & montanos calleis muris interſepiit. etiam Cæſarem à Tyndaride adventantem infeſtabat, prælio abſtinentem. Quum verò Agrippam adpulſurum crederet; ad Pelorum transcurrit, deſertis faucibus Mylenſibus: quas mox Cæſar occupavit, unà cum ipſis Mylis & Fano Dianæ; quod opidulum eſt perexiguum, ubi Solis boves fuiſſe & Vlyſſis ſomnum factum tradunt.* Secundam hinc narrat pugnam navalem, ad *Naulochos*, quam ad *Fanum Dianæ* commiſſam tradit Dio; quia hic locus Naulochis erat celebrior nobiliorque. Καὶ ὁ τοῦ Καίσαρος στρατὸς, inquit Appianus, ἐπινίκιον ἠλάλαξεν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὁ πεζὸς ἀντεβόησεν ἐπὶ τῆς γῆς· οἱ Πομπηΐου δ᾽ ἀνῴμωξαν· καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν Ναυλόχων ἀναθορὼν, ἐς τὴν Μεσσήνην ἠπείγετο. * . * . * . ὁ δὲ Καῖσαρ ἔμενεν ἐν τῷ περὶ Ναυλόχους στρατοπέδῳ. Id eſt: *Cæſaris exercitus navalis victoriam ſignifi- it ingen ti edito jubilo: quem non minore terreſtris excepit. Pompeiani verò ingemuerunt. ipſeque Pompeius è Naulochis Meſſanam ſeſe proripuit.* Aliquanto poſt: *Cæſar in caſtris circa Naulochos manſit.* Ad hanc jam ſecundam pugnam navalem illa pertinent Svetonii in Auguſto: *Pompeium inter Mylas & Naulochum ſuperavit.* Nempe περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, id eſt, *ad Dianæ templum*; ut auctor eſt ſuprà memoratus Dio: quod Cæſarem unà cum Mylis cepiſſe ab Tyndaride profectum, dum Pompeius Pelorum versùs properaret, tradit Appianus. Ita igitur utriusque interpretanda ſunt verba, uti Pompeius, à Peloro adveniens, caſtra ſua propiùs Naulochum, Auguſtus, ab Mylis profectus, apud Dianæ fanum ſua poſuiſſe intelligatur. Ex iſtâ igitur Dionis ſimul & Appiani Svetoniique & Vibii traditione *Facelinus amnis* nullus alius eſſe deprehenditur, quàm qui accolis hodiè vulgari vocabulo dicitur *Nucito.* apud quem Ἀρτεμίσιον illud fuit, id eſt, *Templum* ſeu *fanum Dianæ Facelinæ.* Cognomen id eſſe, ſeu potius ἐπίθετον dumtaxat amnis, ab ipſo deæ cognomine tractum, quivis facilè animadverterit; quemadmodùm ipſe locus, ſeu templum, *Facelina* dicitur *ſedes Silio.* Hinc verum germanumque amnis nomen Ovidio refertur ὁ μέλας, MELAS, ſive, Romano ore ſi formare velis, MELA, in Faſtor. lib. IIII; ubi Ceres filiam Proſerpinam, à Plutone raptam, per omnem inveſtigat inſulam. Eo in errore inter alia loca ac flumina memorat

Sacrarumque Melam paſcua læta boum.

Τὰς Ἡλίου intelligit βοῦς, id eſt, *Solis boves*, quas Appianus ad *Dianæ templum* memorat, Apollonii verò Scholiaſtes apud *Mylas.* Fazellus, prædictæ Decad. I, lib. VIIII, cap. VIII, *Vlteriùs*, inquit, *Mylæ fluvii, Nuciti hodiè nominati, oſtium patet: qui ab aquarum nigredine (id enim melas Græcis ſignificat) quam adhuc habet, id ſibi nomen contraxit; cui nigræ etiam hodiè arenæ conveniunt. qua occaſione & alium Bœotiæ fluvium Mylas adpellatum, ex cuius aquis bibentes oves pullum in vellera colorem trahere, lib. II, cap. CVI, recenſet Plinius.* Huius verba eo loco hæc ſunt: *In Faliſco agro omnis aqua pota candidos boves facit: in Bœotiâ amnis Melas oveis nigras.* Cæterò πολίχνην equidem βραχυτάτην, id eſt, *opidulum perexiguum*, adpellat Appianus iſtud *Fanum Dianæ.* at Silius cum Agathyrno, haud incelebri opido, id comparare videtur in his verſibus:

Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongylos auſtris;
Mille Thoantéæ ſedes Facelina Dianæ.

Sed Strabo, ut ſuprà patuit, omnia huius litoris opida, *Mylas, Tyndaridem, Agathyrnum, Alæſam*, & *Cephalædium*, πολίχνια, id eſt, *opidula*, vocavit.

NAVLOCHVS *opidulum.*

Iam verò alterum illud *opidum* NAVLOCHVS, ſive NAVLOCHVM, ſeu plurali numero, NAVLOCHI & NAVLOCHA, quæ vocabula nil niſi ναύσταθμον, id eſt, *Navium ſtationem* ſignificant, haud dubiè circa os fuit amniculi, cuius vulgare nunc apud incolas nomen eſt *Malpurtito fiume.* hæc quidpe una eſt haud longè ultra Melam fluvium navium ſtatio.

Cæterùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Cæterùm Mylenſis agri fertilitatem adnotavit antiquiſſimus ſcriptor prædictus Theophraſtus Hiſtor. plantar. lib. VIII, cap. III. Λέγεται δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ τῆς Μεσσηνίας ἐν ταῖς καλουμέναις Μύλαις ταχεῖάν τινα γίνεσθαι τὴν τελείωσιν τῶν ὀψίων· ἀγαθὴν. ἢ διαφερόντως εἶναι τὴν χώραν, ὥστε τριάκοντα χόας ποιεῖν. ἔχειν δὲ καὶ νομὰς θαυμαστὰς ὅλην. Id eſt: *In Siciliâ quoque apud Mylas, Meſſanenſis agri opidum, celerem quamdam fieri aiunt ſerotinorum conſumationem: regionemque vehementer eſſe fertilem; adeò, uti* XXX *reddere choas valeat: paſcua item omnem habere miranda.* Hinc illa fabula de Solis bobus, in hoc litore paſcentibus, conficta eſt. unde ille Ovidii præſcriptus verſus; STABVIA Solis boum.

Sacrarumque Melam paſcua læta boum.

Et Apollonii Scholiaſtes in Ἀργοναυτικῶν lib. IIII: Τίμαιος Θρινακίαν φησὶ καλεῖσθαι τὴν Σικελίαν, ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει. οἱ δὲ ἱστορικοὶ Θρίνακόν φασιν ἄρξαι τῆς Σικελίας. Μύλας δὲ χεῤῥόννησον Σικελίας, ἐν ᾗ αἱ τοῦ Ἡλίου βόες ἐνέμοντο. Hoc eſt: *Timæus ait Thrinaciam dictam fuiſſe Siciliam, quòd tria habeat promontoria. rerum verò ſcriptores Thrinacum tradunt imperaſſe Siciliæ: Mylas autem eſſe peninſulam Siciliæ, in qua Solis boves paſcebantur.* Plinius, lib. II, cap. XCVIII: *Circa Meſſanam & Mylas fimo ſimilia exſpuuntur in litus purgamenta. unde fabula, Solis boves ibi ſtabulari.* Seneca, Natural. quæſtion. lib. III, cap. XXVI: *Hoc quibusdam locis fontes faciunt, ut non tantùm lutum, ſed folia teſtasque, & quidquid putre jacuit, expellant: ubique autem facit mare. cui hæc natura eſt, ut omne immundum ſtercoroſumque litoribus impingat. quædam verò partes maris id certis temporibus faciunt: ut circa Meſſanam & Mylas fimo quiddam ſimile, turbulentum in litus maris profert; fervetque & æſtuat, non ſine odore fœdo.* Idem etiamnunc certis temporibus fieri, incolæ adfirmant. Porrò Appianus, dicto Civil. bellor. lib. V: Ὁ Καῖσαρ κατεῖχε Μυλῶν καὶ Ἀρτεμισίου, πολίχνης βραχυτάτης, ἐν ᾗ φασι τὰς Ἡλίου βοῦς γενέσθαι, καὶ τὸν ὕπνον Ὀδυσσεῖ. Id eſt: *Cæſar Mylas occupavit & Fanum Dianæ, opidulum perexiguum: apud quod Solis boves fuiſſe, ſomnumque Vlyſſis factum tradunt.* At Homerus, qui primus huius fabulæ auctor creditur, non ad hoc Siciliæ litus, ſed ad orientale eius latus extra fretum adpuliſſe Vlyſſem narrat. à Circæo quidpe Italiæ promontorio, Circes domicilio, & à Sirenum ſcopulis per fretum præter Scyllam & Charybdin ad Solis boves eum navigaſſe fingit: inde verò poſt ſomnum & commeſtos à ſociis boves ſolventem, tempeſtate ad Charybdin fuiſſe rejectum; atque hinc ad Ogygiam Calypsûs inſulam; ac tandem ad Scheriam ſive Phæaciam, quæ poſteà Corcyra dicta fuit. Verba poëtæ Odyſſeæ lib. XII hæc ſunt:

Αὐτὰρ ἐπεὶ πέτρας φύγομεν, δεινήν τε Χάρυβδιν,
Σκύλλην τ᾽, αὐτίκ᾽ ἔπειτα θεοῦ ἐς ἀμύμονα νῆσον
Ἱκόμεθ᾽· ἔνθα δ᾽ ἔσαν καλαὶ βόες εὐρυμέτωποι,
Πολλὰ δὲ ἴφια μῆλ᾽ Ὑπερίονος Ἠελίοιο.
Δὴ τότ᾽ ἐγὼν ἔτι πόντῳ ἐὼν ἐν νηῒ μελαίνῃ,
Μυκηθμοῦ τ᾽ ἤκουσα βοῶν αὐλιζομενάων,
Οἰῶν τε βληχήν. Id eſt:

Cæterùm poſtquàm petras effugimus, horrendamque Charybdin
Et Scyllam, ſtatim deinde dei ad eximiam inſulam
Pervenimus; ubi erant pulcræ boves latis frontibus,
Multaque pingvia pecora ſupermeantis Solis.
Sanè, quum ego adhuc in mari eſſem in navi nigrâ,
Mugitum audivi boum ſtabulantium,
Oviumque balatum.

Sic & Apollonius, in dicto Ἀργοναυτικῶν lib. IIII, ad imitationem haud dubiè Homeri, poſtquàm Argonautas ſuos à Circe atque Sirenibus per fretum traduxit, tandem præternaviganteis facit

Θρινακίης λειμῶνα, βοῶν τροφὸν Ἠελίοιο·
Thrinaciæ pratum, in quo paſcebantur boves Solis.

atque hinc tandem in Ionium ſinum ad eamdem deducit eos Corcyram inſulam. Minùs rectè igitur Scholiaſtæ illi antiquiores Homeri paſcua atque ſtabula Solis boum poſuerunt in Mylenſi agro.

Atque hactenus totius Siculi litoris antiquitas expoſita eſt. Nunc deinceps interiora eius dicenda erunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Cap. VI.

Bidius caſtellum. Tiſſa & Centuripæ opida. Cyamoſorus amnis. Agyrium opidum.

LItore hactenus totius Siciliæ expoſito, ordo rerum poſtulat, uti interiora eius poſthinc dicantur. Initium igitur commodè faciemus ab eodem Peloro promontorio, versùs Pachynum & auſtrinum inſulæ latus progreſſuri.

Bidius *caſtellum.*

In Tauromenitano igitur agro memoratur Βίδιος φρέριον, Bidius *caſtellum.* Stephani epitomator: Βίδος, φρέριον ἐν Σικελίᾳ, οὐδετέρως. εὕρηται δὲ καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι. Ἔστι δὲ ἕτερον ἐν τῇ τῶν Ταυρομενιτῶν χώρᾳ Βίδιος φρέριον. τὸ ἐθνικὸν, Βιδῖνος. Id eſt: *Bidos, caſtellum in Siciliâ; neutro genere ſic dictum. ſed & cum diphthongo ſcriptum reperitur & cum i. Eſt & aliud in Tauromenitano agro caſtellum Bidius. Gentilitium eſt, Bidinus.* Quo ſitu fuerit, incertum eſt; quando nulla eius aliàs exſtat apud veteres ſcriptores mentio; nec ulla veteris alicuius loci reperiuntur hodiè in Tauromenitano agro veſtigia. Fazellus tamen, Decad. I, lib. III, cap. I, ita ſcribit: *Novi coloni, Catanâ expulſi, urbisque & conſilii indigentiâ in montanam Aetnæ montis oram profugientes, urbem, cui anteà Ineſſa nomen erat, à Catanâ XII ferè paſſuum millibus ad orientem diſſitam, incoluerunt: quam Aetnam adpellarunt. Ea hodiè neque veſtigiis agnoſcitur, neque quo loco ſteterit: niſi, quòd ad Maſcalim, ubi urbis veteris jacentis plura circùm arcem cernuntur hodiè monumenta, plerique, ſolâ opinione ac conjecturâ ducti, fuiſſe eam referunt.* Aetnam opidum, ſive Ineſſam, fuiſſe inter Catanam & Centuripas, quæ hodiè vulgò incolis vocantur *Centorbe*, ſuprà lib. I, cap. VIII, oſtenſum eſt. Quapropter Maſcalim, in ſeptemtrionalibus Aetnæ radicibus ſitum opidum, antiquum illud eſſe opidulum ſive caſtellum Bidium facilè equidem crederem, ni propius Catanam quàm Tauromenium locus is accederet. Fieri tamen potuit, uti ad ipſas Aetnæ radices Tauromenitanorum fines extenſi fuerint.

Tissa *opidum.*

Ad eumdem Aetnam montem locatur Ptolemæo Τίσσα πόλις, Tissa *opidum:* quod Stephani epitomatori eſt plurali numero Τίσσαι, Tissae; Silio verò aliâ Græcâ formatione Τίσση, Tisse. à quo illud Latinorum, quod Ptolemæus, ut pleraque alia, uſurpavit, *Tiſſa.* In vulgatis Silii exemplaribus vitioſè id vocabulum ſcribi per Græcam literam Θ Thiſſe, ipſi arguunt prædicti auctores Græci. Silii verba lib. XIIII hæc ſunt:

Venit Amaſtra viris, & parvo nomine Tiſſe.

Apud Stephani epitomatorem ſunt iſta: Τίσσαι, χωρίον Σικελίας· Φίλιστος ἐννάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Τισσαῖος. Id eſt: *Tiſſæ, opidulum Siciliæ; auctore Philiſto, lib.* VIIII. *Gentilium inde eſt, Tiſſæus.* At Ciceroni, in Verrinâ III, ſunt Latinâ formatione Tissenses: Plinio verò, lib. III, cap. VIII, Tissinenses. quod vocabulum eâdem ratione formatum, ut Ciceroni ab *Agyrio Agyrinenſes*, ab *Neto Netinenſes*; qui & *Netini* ſæpius eidem auctori: ut ab *Agyrio* Plinio *Agyrini*. Ciceronis verba, dictâ Verrinâ III, hæc ſunt: *A Tiſſenſibus, perparvâ & tenui civitate, & aratoribus laborioſiſſimis, frugaliſſimisque hominibus, nonne plus lucri nomine eripitur, quàm quantum frumenti omnino exararunt?* Hinc Stephano quoque χωρίον tantùm vocatur; id eſt, *opidulum.* Eodem ſitu fuiſſe, quo nunc ad radices Aetnæ montis, apud Aſinem ſive Cantaram amnem conſpicitur opidum vulgari vocabulo *Randazzo*, placet Dominico Mario Nigro, in deſcriptione Siciliæ. cuius ego opinioni lubens accedo; quando ei loco convenit ſitus, quem Ptolemæus Tiſſæ ad Aetnam tribuit.

Centuripae *opidum.*

Porrò ad eiusdem Aetnæ radices, ad occaſum versùs hibernum opidum eſt vulgari nunc vocabulo *Centorve* & *Centorbe* incolis dictum. Vrbs ea olim fuit celebris, Centuripae Pomponio Sabino ad Aeneid. lib. VIIII, & ita Græcis literis Ptolemæo αἱ Κεντούριπαι, reliquis Græcis auctoribus per ο neutro genere τὰ Κεντόριπα, Centuripa; & eodem haud dubiè numero Thucydidi ἐπὶ Κεντόριπα, hoc eſt, *adversùs Centuripa*, & Polybio περὶ Κεντόριπα, id eſt, *circa Centuripa.* nam quòd apud Diodorum lib. XX legitur εἰς τὸν Κεντόριπα, id eſt, *ad Centuripem*; minimè ipſum auctorem ita ſcripſiſſe crediderim; quando, præter jam dictos ſcriptores, etiam apud

Ciceronem ac Plinium & Solinum legitur pluralis numeri vocabulum obliquo caſu *Centuripis*. Apud Silium quod eſt *Centuripe*, quaſi ab Græco Κεντόριπη, id poëticâ licentiâ ſic formatum; ut eidem & *Myle* opidum dicitur, quod reliquis omnibus eſt plurali numero *Mylæ*; & *Drepane*, quod aliis plurali numero *Drepana*; & modò dictum *Tiſſe*, quod Stephano *Tiſſæ*: & id genus alia. Apud Antoninum in Itinerario vox CENTVRIPA, & item in Tabulâ itinerariâ geminato *pp*, ut in quibusdam Diodori exemplaribus, ſed malè, *Centurippa*, cuius generis ac numeri ab ipſis auctoribus fuerit habita, incertum eſt. ſingularis tamen numeri generisque feminini eſſe, & caſus ablativi, ut pleraque inibi alia, conjectare liceat. Apud Thucydidem, lib. VII, hæc leguntur: Ὁ Νικίας προπυθόμενος, πέμπει ἐς τῶν Σικελῶν τοὺς τὴν δίοδον ἔχοντας καὶ ξυμμάχους, Κεντόριπάς τε καὶ Ἀλικυαίους, καὶ ἄλλους, ὅπως μὴ διαφήσωσι τοὺς πολεμίους. Id eſt: *De eâ re certior factus Nicias, mittit ad eos Siculos, quà tranſiturus erat hoſtis, & ad ſocios Centuripas Alicycæosq; & alios, ne illum tranſire permittant.* Heic equidem ipſi Centuripini opidani vocantur Κεντόριπες, *Centuripes*. At quomodo ipſum opidum dicetur Diodoro ὁ Κεντόριψ, *Centorips*; ſi eo vocabulo rectè vocantur Thucydidi eius incolæ *Centoripes*? Nugæ ſunt. locum eſſe corruptum, à genuino ἐς Κεντοριπίνους τε καὶ Ἀγυριναίους, id eſt, ad *Centuripinos atque Agyrinenſeis*, mox poſteà in Agyrii opidi expoſitione oſtendam. Cæterùm *opidani* inde ſunt CENTVRIPINI Ciceroni in Verrinis ſæpius, & Plinio lib. III, cap. VIII. eodemque modo Κεντοριπῖνοι, Diodoro lib. XIII, XIIII, XVIIII, & XXII. At Melæ, lib. II, cap. VII, ipſum dicitur opidum derivativo vocabulo *Centuripinum*. *Interius*, inquit, *Leontini, Centuripinum, & Hybla, aliæque complures*. De ſitu eius ita tradit Strabo, lib. VI: Κεῖνται δ' ὑπὲρ Κατάνης τὰ Κεντόριπα, συνάπτοντα τοῖς Αἰτναίοις ὄρεσι καὶ τῷ Συμαίθῳ. Id eſt: *Sita ſunt Centuripa ſupra Catanam, montibus Aetneis contermina & Symætho amni.* Et Pompon. Sabinus ad dictum Virgilii Aeneid. lib. VIII: *Supra Catanam & Centuripas Symethus fluvius eſt.* Silius, lib. XIIII:

Nec non altus Eryx, nec non è vertice celſo
Centuripe.

Polybius lib. I: Ἀντεστρατοπέδευσε δ' ὁ Ἱέρων περὶ Κεντόριπα, καὶ παρετάξατο περὶ τὸν Κυαμοσῶρον ποταμόν. Hoc eſt: *Hiero apud Centuripa in conſpectu hoſtium caſtra poſuit: atque aciem ad Cyamoſorum amnem inſtruxit.* CYAMOSORVS hic *amnis* procul dubio is eſt, qui CYAMOSORVS *amnis.* ſupra Maniacen cœnobium exorſus, Centuripas opidum præterfluit, ac mox in ſiniſtram Symæthi, qui vulgò nunc dicitur *La Iaretta*, ut ſuprà lib. I, cap. X, oſtenſum eſt, ripam effunditur; variis vocabulis, ſeu cognomentis, prout opida præfluit. Cæterò antiquiſſima Centuripinorum memoria eſt apud Thucydidem lib. VI. Καὶ ἀποπλεύσαντες, inquit, οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Κατάνην, ἐκεῖθεν πάσῃ τῇ στρατιᾷ ἐχώρουν ἐπὶ Κεντόριπα, Σικελῶν πόλισμα. Id eſt: *Reverſi claſſe Athenienſes Catanam, cum omnibus inde copiis proficiſcuntur adversùs Centuripa, Siculorum opidulum.* Factum hoc eſſe anno tertio Olympiadis XCI, Piſandro Athenis ſummam gerente magiſtratum, ex Diodori lib. XIII perſpicitur. annus verò is fuit ante natum Chriſtum CCCCXIIII. Hinc ipſe Diodorus eius meminit, dicto libro, in rebus geſtis anni tertii Olympiadis XCIII; quum Athenis ſummum obtineret magiſtratum Callias; id eſt, anno ante natum Ieſum CCCCVI. Verba eius hæc ſunt de Gelliâ, opulentiſſimo Agrigentinorum cive: Γεγονέναι δέ φασι τὸν Γελλίαν τὸ μὲν εἶδος εὐτελῆ παντελῶς, τὸ δὲ ἦθος θαυμαστόν. ἀποσταλέντος οὖν αὐτοῦ πρὸς Κεντοριπίνους κατὰ πρεσβείαν, καὶ παρεληλυθότος εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὸ μὲν πλῆθος προσέπεσεν εἰς ἄκαιρον γέλωτα, θεωροῦν καταδεέστερον τῆς περὶ αὐτοῦ δόξης· ὁ δ' ὑπολαβὼν εἶπε, μὴ θαυμάζειν· ἐν ἔθει γὰρ εἶναι τοῖς Ἀκραγαντίνοις πρὸς μὲν τὰς ἐπιδόξους πόλεις ἀποστέλλειν τοὺς κρατίστους τῷ κάλλει, πρὸς δὲ τὰς ταπεινὰς καὶ λίαν εὐτελεῖς, ὁμοίους. Id eſt: *Formâ quidem Gellias exili & deſpectâ fuiſſe dicitur; ſed ingenio ac moribus admirandus. Quum itaque legati aliquando ad Centuripinos munere fungeretur, in concionem progreſſo, importunum in riſum ſe vulgus effudit, formam celebritati nominis minimè parem videns. Ad quod ille reſpondit; Hoc ne tantoperè mirarentur. ſiquidem Agrigentini pro more obſervent, uti formâ præſtantiſſimos ad inclyti nominis civitates mittant; ad humileis verò, nec magni faciendas, ſui ſimileis.* Non equidem conferenda erat cum Syracuſis, Agrigento, Selinûnte, Segeſtâ, Himerâ, Leontinis, Catanâ, & huiusmodi civitatibus. ſatis tamen celebrem atque opulentam inter mediterraneas fuiſſe urbem, inde patet, quòd ſuum habuerit δυνάστην, id eſt, *principem*, ſive *regulum*, circa eadem tempora. ſic quidpe idem Diodorus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

lib. XIIII: Πρὸς Ἄγυριν δὲ, τὸν Ἀγυριναίων τύραννον, καὶ Δάμωνα, τὸν δυναστεύοντα Κεντοριπίνων, συνθήκας ἐποιήσατο ὁ Διονύσιος. Id eſt: *Cum Agyri, Agyrinenſium tyranno, ac Damone, Centuripinorum principe, fœdera percuſſit Dionyſius.* Factum hoc X annis poſt illam Gelliæ legationem; Phormione ſummum Athenis gerente magiſtratum. Poſterioribus etiam temporibus opulentiam eius civitatis prædicavit Cicero, in Actione in Verrem III, his verbis: *Quid? hoc Aetnenſes ſoli dicunt? imò etiam Centuripini: qui agri Aetnenſis multo maximam partem poſſident. quorum legatis ſenatus ea mandata dedit, quæ publicè ad civitatem ipſorum pertinebant de iis injuriis, quas cives Centuripini non in ſuis, ſed in aliorum finibus acceperunt. Senatus & populus Centuripinus legatos noluit mittere. ipſi aratores Centuripini, qui numerus eſt in Siciliâ maximus, honeſtiſſimorum & locupletiſſimorum hominum, treis legatos, civeis ſuos, delegerunt; ut eorum teſtimonio non unius agri, ſed propè totius Siciliæ calamitates cognoſceretis. arant enim totâ Siciliâ ferè Centuripini. & hoc in te graviores certioresque teſtes ſunt, quòd cæteræ civitates ſuis ſolùm incommodis commoventur: Centuripini, quòd in omnibus ferè finibus habent poſſeſſiones, etiam cæterarum civitatum damna ac detrimenta ſenſerunt.* Et poſteà, Actione IIII: *Sibi iſtum negotium dediſſe, atque imperaſſe, ut Centuripis, in civitate totius Siciliæ multo maximâ & locupletiſſimâ, omne argentum conquireret, & ad ſe comportare juberet.* Et item Actione V: *Adeſt Centuripinus Philarchus, in ampliſſimâ civitate ampliſſimo loco natus.* In dictâ actione III, *inter immuneis populos* computat eosdem Centuripinos. *Fœderatæ*, inquit, *civitates duæ ſunt, quarum decumæ venire non ſoleant; Mamertina & Taurominitana. quinque præterea ſine fœdere immunes civitates ac liberæ; Centuripina, Alæſina, Segeſtana, Halycienſis, Panormitana. præter eas omnis ager Siciliæ civitatum decumanus eſt.* Eosdem *amicos atque ſocios* adpellat populi Romani, in Actione II. *Ego*, inquit, *ſi Metellus ſtatuas reponere Centuripinos non coëgiſſet, hæc dicerem: Videte, judices, quantum & quàm acerbum dolorem ſociorum atque amicorum animis inuſſerint iſtius injuriæ, quem Centuripinorum amiciſſima & fideliſſima civitas, quæ tantis officiis cum populo Romano conjuncta eſt, ut non ſolùm rempublicam noſtram, ſed etiam in quovis homine privato nomen ipſum Romanorum ſemper dilexerit, ea publico conſilio atque auctoritate judicârit, C. Verris ſtatuas eſſe in urbe ſuâ non oportere. recitarem decreta Centuripinorum. laudarem illam civitatem: id quod veriſſimè poſſem. commemorarem decem millia civium Centuripinorum, fortiſſimorum fideliſſimorumque ſociorum: eos omneis ſtatuiſſe, monumentum iſtius in ſuâ civitate nullum eſſe oportere.* Et Actione V: *Si civis Romanus dignus iſto negotio nemo fuit; quid civitates, quæ in amicitiâ fideque populi Romani perpetuò manſerant? ubi Segeſtana, ubi Centuripina civitas? quæ tum officiis, fide, vetuſtate, tùm etiam cognatione populum Romanum attingunt.* Et mox: *Ecquod in Siciliâ bellum geſſimus, quin Centuripinis ſociis, Syracuſanis hoſtibus uteremur?* In amicitiâ quidem atque ſocietate Romanorum utraque civitas fuit: cognatione verò uni ſoli Segeſtani populum Romanum attingere credebantur; ut ſuprà, hoc lib. II, cap. II, docui. de Centuripinis nihil tale reperias. ideóque de unis Segeſtanis id Ciceronem intellexiſſe, credendum eſt. De eâdem Centuripinorum civitate ita tradit Plinius, lib. III, cap. VIII: *Intus Latinæ condicionis, Centuripini, Netini, Segeſtani.* Et Strabo, dicto lib. VI: Τὰς δὲ Συρακούσας ἀνέλαβεν ὁ Καῖσαρ, καὶ τὴν Κατάνην· ὡς δ' αὕτως Κεντόριπα, συμβαλλομένην πολλὰ πρὸς τὴν Πομπηΐου κατάλυσιν. Id eſt: *Syracuſas Auguſtus Cæſar inſtauravit, & item Catanam; ut & Centuripa. quæ urbs ad Pompeium debellandum multum ei tulit adjumenti.* De fertilitate agri Centuripini ita ſcribit Solinus cap. XI: *Quidquid Sicilia gignit, ſive ſoli ſive hominis ingenio, proximum eſt iis, quæ optima judicantur: niſi quòd fœtus terræ Centuripino croco vincitur.* Et poſteà: *Salinarum metalla, quæ ſunt aut Agrigento aut Centuripis proxima, funguntur cautium miniſterio. nam illinc exciduntur ſigna ad facies hominum vel deorum.* De hoc ita Plinius, lib. XXXI, cap. VII; quod eſt de variis generibus ſalis: *Sunt & colorum differentiæ. ruber Memphi; rufus eſt circa Oxum; Centuripis purpureus: circa Gelam in eâdem Siciliâ tanti ſplendoris, ut imaginem recipiat.* De croco autem ita lib. XXI, cap. VI: *Prima nobilitas Cilicio; & ibi in Coryco monte: dein Lycio, monte Olympo: mox Centuripino Siciliæ.*

AGYRIUM *opidum.*

Porrò à Centuripis versùs occidentem hibernum *opidum*, in ſublimi admodùm atque acuto colle ſitum, vulgò nunc vocatur incolis *S. Filippo d' Agirone*, & nonnumquàm, variato paullum vocabulo, *d' Argirone*. Id priſcis mortalibus dictum fuit Ἀγύριον, AGYRIUM; ſive, ut Romani interdum ſcripsêre, Græcâ literâ *υ* in Latinam *u* convertentes, AGURIUM. quòd & Ptolemæus, ut pleraque alia, Græcis uſurpavit

uſurpavit literis Ἀγούριον. Memoratur Ciceroni, Ptolemæo, Itinerariis Romanis, & Stephani epitomatori. Sed huic ſcribitur Ἀγύρηνα, *Agyrena*. unde vulgare nunc vocabulum *Agirone* durare videtur. Verba apud illum hæc ſunt: Ἀγύρηνα, πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀγυρηναῖος. Διονύσιος δὲ τὸ Ἀγύριον ἔφη. Id eſt: *Agyrena, opidum Siciliæ. gentilitium, Agyrenæus. Dionyſius autem dixit Agyrium*. Apud Diodorum equidem lib. XIIII τῶν Ἀγυρηναίων legitur vocabulum. at eodem libro poſteà ter & lib. XVI quater eſt Ἀγυριναίων, *Agyrinæorum:* ut duo etiam nummi antiqui habent huius opidi, apud Goltzium. unde opidi vocabulum erit Ἀγύρινα, AGYRINA. atque hinc *opidani* Ciceroni in Verrinis frequenter memorantur AGYRINENSES: quum tamen illi, in Verrem actione III & IIII, ipſum opidum dicatur AGYRIVM. à quo Plinio, lib. III, cap. VIII, ſunt *opidani* AGYRINI; & in Excerptis legationum ex Diodori lib. XXII, Ἀγυραῖοι, *Agyræi:* haud dubiè mendosè, pro Ἀγυριναῖοι, *Agyrinæi*. quidpe in ιον deſinentia nulla poſſunt facere gentilitia in αῖοι, ſed in ῖνοι, vel ιεῖς. Illa ſanè Ἀγύρηνα, & Ἀγυρηναῖοι facta ſunt à genuinis Ἀγύρινα & Ἀγυριναῖοι, more ſcilicet poſterioris ſæculi; quo plerumque ι ante ν & loquelâ & ſcripturâ vertebatur in η. Porrò ab *Agurio* rectè formabuntur *opidani* AGVRINI. De nomine huius opidi ita commentatur Fazellus, Decad. I, lib. X: *Argyre vetuſtiſſima urbs, in editiſſimo & acuto monte ſita ad paſſuum millia* VI *Rayhalbutum ſequitur. Huic nominis cauſam ſcriptores adferunt, quòd argenteum (argyrium namque argentum Græcis ſonat) habeat ſolum; argentique apud eam ſit minera. quod ipſum uſu hac etiam ætate didicimus. ſiquidem aquarum torrentes, qui ſæviente hieme ad ima delabuntur, auri argentique plurima ſecum deferunt ramenta. Ab argento itaque Argyre denominatur.* Quinam id ita tradiderint ſcriptores, equidem ignoro. id ſcio, neminem id tradere veterum auctorum: qui unanimo omnes conſenſu ſine ϱ in primâ ſyllabâ id vocabulum habent. nam quòd apud Diodorum in vulgatis exemplaribus legitur ſub initium libri I Ἀργύριον, ea ſanè ſcriptio haud probior habenda illâ, quæ eodem loco in aliis exemplaribus geminato γγ habet Ἀγγύριον. At verò id nominis opido non Græcâ lingvâ à Græcis, ſed Siculâ à Siculis conditoribus inditum fuit. longè quidpe vetuſtiorem ipſi Græci fecêre huic opido originem, quàm ipſorum fuit in inſulam commigratio; ut mox oſtendam. Quapropter uſitatum antiquis auctoribus vocabulum *Agyrium* ſive *Agurium*, retinendum ego cenſeo. Itineraria Romana ſic habent:

Antonini;		Tabulæ;	
A Thermis Catinam			
M. P. XCI, *ſic:*		*Thermis*	.
Enna	LII.	*Enna*	. . . .
Agurio	III.	*Agurio*	XVIII.
Centuripa	XII.	*Centuripa*	XII.
Ethna	XVII.	*Aethna*	XII.
Catina	XII.	. . . .	. . . .

Inter Ennam, quæ nunc vulgò vocatur *Caſtro Ianni*, & Agyrium quum XIII ſint circiter millia paſſuum, inter Centuripas verò & Aetnam opidum, (quod nunc cœnobium eſſe, XII millia paſſuum à Catanâ diſſitum, vulgari vocabulo *S. Nicólo di Rene*, ſuprà lib. I, cap. VIIII, docui) quum ſint millia XVII; in Antonini itinerario ad *Agurii* vocabulum interiiſſe notam X, in Tabulâ autem notam V, quæ erat ad vocabulum *Aetnæ*, tranſpoſitam eſſe inde ad vocabulum *Agurii*, certum eſt. Origo huius opidi tam vetuſta eſt, uti Herculis id fabulis admiſcuerint priſci mortales. qua de re ita ſcribit Diodorus lib. IIII, in peregrinationibus ſive expeditionibus Herculis: Πρὸς δὲ τοὺς τιμῶντας αὐτὸν οἰκείως διαθέμενος, ἀπέλιπε παρ' αὐτοῖς ἀθάνατα μνημεῖα τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας· ὧν ἴδιόν τι συνέβη γενέσθαι περὶ τὴν πόλιν τῶν Ἀγυριναίων. ἐν ταύτῃ γὰρ τιμηθεὶς ἐπίσης τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς πανηγύρεσι καὶ θυσίαις λαμπραῖς, καίπερ κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους οὐδεμίαν θυσίαν προσδεχόμενος, τότε πρώτως συνευδόκησε, τοῦ δαιμονίου τὴν ἀθανασίαν αὐτῷ προσημαίνοντος. ὁδοῦ γὰρ οὔσης οὐκ ἄποθεν τῆς πόλεως πετρώδους, αἱ βόες τὰ ἴχνη καθάπερ ἐπὶ κηροῦ τινος ἀπετυποῦντο. ὁμοίως δὲ καὶ αὐτῷ Ἡρακλεῖ τούτου συμβαίνοντος, καὶ τοῦ ἄθλου δεκάτου τελουμένου, νομίσας ἤδη τι λαμβάνειν τῆς ἀθανασίας, προσεδέχετο τὰς τελουμένας ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων κατ' ἐνιαυτὸν θυσίας. διόπερ τοῖς εὐδοκιμουμένοις τὰς χάριτας ἀποδιδοὺς, πρὸ μὲν τῆς πόλεως κατεσκεύασε λίμνην, ἔχουσαν τὸν περίβολον σταδίων τεσσάρων, ἣν ἐπώνυμον αὐτοῦ καλεῖσθαι προσέταξεν.

προσέταξεν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν βοῶν τοῖς ἀποτυπωθεῖσιν ἴχνεσιν τὴν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ προσηγορίαν ἐπιθεὶς, τέμενος καθιέρωσεν ἥρωϊ Γηρυόνῃ, ὃ μέχρι τοῦ νῦν τιμᾶται παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις. Ἰολάῳ τε, τῷ ἀδελφιδῷ, συστρατευομένῳ, τέμενος ἀξιόλογον ἐποίησε, καὶ τιμὰς καὶ θυσίας κατέδειξεν αὐτῷ γίνεσθαι κατ᾽ ἐνιαυτὸν, τὰς μέχρι τοῦ νῦν τηρουμένας. πάντες γὰρ οἱ κατὰ ταύτην τὴν πόλιν κατοικοῦντες ἐκ γενετῆς τὰς κόμας ἱερὰς Ἰολάῳ τρέφουσι, μέχρις ἂν ὅτου θυσίαις μεγαλοπρεπέσι καλλιερήσαντες τὸν θεὸν Ἰόλαον καθαρσκευάσωσι. τοσαύτη δ᾽ ἐστὶν ἁγνεία καὶ σεμνότης περὶ τὸ τέμενος, ὥστε τοὺς μὴ τελοῦντας τὰς εἰθισμένας θυσίας παῖδας, ἀφώνους γίνεσθαι, καὶ τοῖς τετελευτηκόσιν ὁμοίους. ἀλλ᾽ οὗτοι μὲν, ὅταν εὔξηταί τις ἀποδώσειν τὴν θυσίαν, καὶ ἐνέχυρον τῆς θυσίας ἀναδέξῃ τῷ θεῷ, παραχρῆμα ἀποκαθίστασθαι τοὺς τῇ προειρημένῃ νόσῳ κατεχομένους. Οἱ δ᾽ οὖν ἐγχώριοι τούτοις ἀκολούθως, τὴν μὲν πύλην, πρὸς ᾗ τὰς ἀπαντήσεις καὶ θυσίας τῷ θεῷ παρέστησαν, Ἡράκλειαν προσηγόρευσαν· ἀγῶνα δὲ γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν καθ᾽ ἕκαστον ἔτος μετὰ πάσης προθυμίας ποιοῦσι. πανδήμου δὲ τῆς ἀποδοχῆς ἐλευθέρων τε καὶ δούλων γινομένης, κατέδειξαν καὶ τοὺς οἰκέτας, ἰδίᾳ τιμῶντας τὸν θεὸν, θιάσους τε συνάγειν, καὶ συνιόντας εὐωχίας τε καὶ θυσίας τῷ θεῷ συντελεῖν. Hoc eſt: *Singulari verò eos, qui honores ipſi exhibuerant, favore complexus, æterna ſuæ illic præſentiæ monimenta reliquit. ex quibus peculiare quoddam apud Agyrinenſium urbem factum. heic quidpe quum æquè ac deos cœleſteis magnificis eum feſtis atque ſacris incolæ demererent; tametſi nullum antehac ſacrificium admiſiſſet; tunc primùm tamen id probatum ratumque habuit: numine ſcilicet ipſo divinitatem jam ei portendente. namque haud procul ab urbe, in petricoſâ quadam viâ, haud ſecus quàm in cerâ, veſtigia boum impreſſa cernebantur. Id ipſum quum Herculi quoq; accideret, jam decimo certamine perfecto, immortalitatis partem ſibi tribui exiſtimans; annuum ſacrificii honorem ab incolis ſibi inſtitutum non repudiavit. Vti igitur gratiam pro honoribus ſibi tributis referret; lacum ante urbem,* IIII *ſtadiorum ambitu, nomine ſuo celebrem, effodit. notas item, boum ungulis expreſſas, de ſe adpellavit. atque tunc ædem heroi Geryoni conſecratam dedit: quam nunc quoque religioſè incolæ colunt. Iolao inſuper, ex fratre nepoti, expeditionis ſocio, celebre illic fanum exſtruxit; & annuo ſacrorum cultu, qui hodiéque obſervatur, venerandi eum auctor fuit. omnes quidpe huius urbis incolæ ſacras Iolao à primo ortu comas nutriunt; quoad magnificâ eas litatione obſerant. Ac tanta eſt huius templi ſanctimonia, tanta maieſtas, ut, qui recepta ſacra pueri non obeunt, vocem amittant, & exanimatis ſimiles fiant. quamprimùm verò quis dato pignore ſacrum debitum voveat; ægri continuò ſanitati priſtinæ reſtituantur. Quamobrem cives portam, ubi rem divinam faciunt, Heracleam indigetarunt. gymnicos etiam & equeſtreis ludos unoquoque anno enixis ſtudiis edunt. quò quum ex omni certatim populo ingenui pariter ac ſervi confluant; privatum dei cultum vernas edocuerunt: ut ſolenneis nimirum thiaſos celebrent; epulasque ac ſacrorum ritus ſeorſim congreſſi peragant.* Ergo Agyrium unum eſt ex antiquiſſimis Siciliæ opidis. quidpe Herculem ſub initium belli Troiani periiſſe, tradunt fabulæ: id eſt, CCCCLX fermè annis antè, quàm Græci colonias in inſulam deducere cœperint; quos anno à Troiâ captâ CCCCXLVIIII huc trajeciſſe, ſuprà, lib. I, cap. II, docui. Prima hinc eius mentio fit ab eodem Diodoro lib. XIIII; ubi Dionyſius, Syracuſanorum tyrannus, Syracuſis à civibus ſuis obſeſſus, Campanos, Carthaginienſium mercenarios, ex occidentali inſulæ parte ad ſolvendam obſidionem accerſit. Οἱ δὲ Καμπανοὶ, inquit, ταῖς ἐπαγγελίαις μετεωρισθέντες, τὸ μὲν πρῶτον ἐπ᾽ Ἄγύριον παρεγενήθησαν· ἐκεῖ δὲ τὴν ἀποσκευὴν Ἀγύρῳ παραθέμενοι, τῷ δυναστεύοντι τῆς πόλεως, ἐξώρμησαν ἐπὶ Συρακούσας. Id eſt: *Campani, promiſſis excitati, Agyrium primò contendunt: atque illic depoſitis apud Agyrim, urbis principem, impedimentis, Syracuſas inde advolant.* Factum hoc eſſe primo anno Olympiadis XCIIII, ipſe Diodorus ibidem teſtis eſt. is autem annus fuit ante Chriſtum natum CCCCIIII. Eodem libro poſteà ita de Dionyſio narrat Diodorus: Πρὸς Ἄγυριν δὲ, τὸν Ἀγυριναίων τύραννον, συνθήκην ἐποιήσατο. Id eſt: *Cum Agyri, Agyrinenſium tyranno, fœdus percuſſit.* Factum id, ut ſuprà dixi, anno primo Olympiadis XCVI, Phormione ſummum Athenis gerente magiſtratum; id eſt, anno ante natum Ieſum Chriſtum CCCXCVI. Ab ſimilis nominis conditore an urbs primùm adpellationem Agyrii acceperit, nihil habeo, quod adfirmem. Cæterò frequentem florentemque jam tum ſub Agyri fuiſſe urbem, eodem libro poſteà teſtatur Diodorus. Παραγενόμενος δὲ, inquit, ὁ Διονύσιος ἐγγὺς τῶν πολεμίων, διεπρεσβεύσατο πρὸς Ἄγυριν, τὸν δυναστεύοντα τῶν Ἀγυριναίων. οὗτος δὲ τῶν τότε τυράννων ἐν Σικελίᾳ μεγίστην εἶχε δύναμιν μετὰ Διονύσιον. τῶν τότε γὰρ περικειμένων ἐρυμάτων σχεδὸν ἁπάντων ἐκυρίευσε, καὶ τῆς πόλεως τῶν Ἀγυριναίων ἦρχε, πολυοχλουμένης κατ᾽ ἐκείνους τοὺς καιρούς· εἶχε γὰρ πολίτας οὐκ ἐλάττους δισμυρίων. ἦν δὲ καὶ εἰς τοῦτο τὸ πλῆθος ἐν τῇ πόλει συνηθροισμένων χρημάτων πολλῶν κατὰ τὴν ἀκρόπολιν παράθεσις, ἣν Ἄγυρις ἠθροίκει, πεφονευκὼς τοὺς

εὐπορωτά-

ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν. Id eſt: *Iam non longè à caſtris hoſtium aberat Dionyſius, quum legatos ad Agyrim, Agyrinenſium principem præmiſit. Hic tum temporis maximam inter Siciliæ tyrannos, ſecundùm Dionyſium, potentiam habebat. nam & omnibus ferè circumjacentibus caſtellis dominabatur; & Agyrinenſium urbs, cui imperitabat, populoſiſſima per eam tempeſtatem erat: quidpe quæ non minùs* XX *millia civium alebat. quin etiam ſufficiens tantæ in urbe multitudini commeatus præparatus, & ingens pecuniarum vis in arce repoſita erat; quam ex cæde opulentiſſimorum civium Agyris lucrifecerat.* Ac poſteà, lib. XVI, de Timoleonte ita ſcribit: Νικόδημον μὲν, τὸν Κεντοριπίνων τύραννον, καταπληξάμενος, ἐξέβαλεν ἐκ τῆς πόλεως· Ἀπολλωνιάδην δὲ, τὸν Ἀγυριναίων δυνάστην, παύσας τῆς τυραννίδος, τοὺς ἐλευθερωθέντας Συρακουσίους ἐποίησε. καθόλου δὲ πάντας τοὺς κατὰ τὴν νῆσον τυράννους ῥιζολογήσας, καὶ τὰς πόλεις ἐλευθερώσας, εἰς τὴν συμμαχίαν προσεδέξατο. Κηρύξαντος δ᾽ αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἑλλάδα, διότι οἱ Συρακούσιοι διδόασι χώραν καὶ οἰκίας τοῖς βουλομένοις μετέχειν τῆς ἐν Συρακούσαις πολιτείας, πολλοὶ πρὸς τὴν κληρουχίαν Ἕλληνες ἀπήντησαν. τέλος δὲ οἰκήτορες ἀπεδείχθησαν, εἰς μὲν τὴν Συρακουσίαν τὴν ἀδιαίρετον τετρακισμύριοι, εἰς δὲ τὴν Ἀγυριναίαν μύριοι, διὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος τῆς χώρας. * · * · * · Ἐν δὲ ταῖς ἐλάττοσι πόλεσιν, ἐν αἷς ἡ τῶν Ἀγυριναίων καταριθμεῖται, μεταχοῦσα τῆς ποτε κληρουχίας διὰ τὴν προειρημένην ἐκ τῶν καρπῶν εὐπορίαν, θέατρον μὲν κατεσκεύασε μετὰ τὸ Συρακουσίων, κάλλιστον τῶν κατὰ Σικελίαν, θεῶν τε ναοὺς καὶ βουλευτήριον καὶ ἀγοράν, ἔτι δὲ πύργων ἀξιολόγων κατασκευάς, καὶ τάφους πυραμίδων πολλῶν καὶ μεγάλων, διαφόρων ταῖς φιλοτεχνίαις. Hoc eſt: *Nicodemum, Centuripinorum tyrannum adeò perterrefecit, ut ex urbe profugeret. tum Apolloniadem, Agyrinenſium principem, dominatu ſe abdicare coegit; populum verò in libertatem vindicatum, Syracuſanâ civitate donavit. omnibus denique tyrannis per inſulam exſtirpatis, civitates ab illis oppreſſas liberavit, ac ſocietatis fœdere ſibi adſtrinxit. Hinc præconis voce per Græciam proclamari juſſit, ſenatum populumque Syracuſanum agros domosque offerre omnibus, qui reipublicæ Syracuſanæ membra fieri cupiant. quo factum, uti plurimi ad novæ veluti hereditatis ſortitionem convolarent. In Syracuſanam igitur communionem, ſorti diviſionis nondum ſubjectam, quadragies mille, in Agyrinenſem, quòd ager ibi ampliſſimus & ſingularis regionis amœnitas eſſet, decies mille coloni deſignantur.* Et aliquanto pòſt: *In minoribus autem civitatibus, quibus Agyrinenſium urbs connumeratur, quæ ob prædictam frugum abundantiam novos & ipſa colonos ad diviſionem agrorum accepit, theatrum, poſt Syracuſanum, omnium totâ Siciliâ pulcerrimum, deûmque fana & curiam cum foro, item turreis magnifici operis, monimentorumque pyramides ingenti mole eximiâq; arte ſpectandas, excitavit.* Poſterioribus etiam temporibus celebrem fuiſſe urbem, patet ex Excerptis legationum ex Diodori lib. XXII. Hinc etiam ſuâ poſtmodùm ætate Cicero, in Verrinâ III, ita refert: *Ac primùm de Agyrinenſi populo, fideli & illuſtri, cognoſcite. Agyrinenſis eſt in primis honeſta civitas Siciliæ, hominum ante hunc prætorem locupletium, ſummorumque aratorum. eius agri decumas quum emiſſet; idem Apronius Agyrium venit.* Et eâdem actione poſteà: *Agyrinenſis ager (quorum hominum! quàm locupletium!) ducentos quinquaginta aratores habuit primo anno præturæ tuæ.* Sed præ omnibus aliis rebus maximè celebrem reddidit Agyrinenſis urbis memoriam nativitas ipſius Diodori; cui ferè uni omnem antiquitatis memoriam & olim debuerunt Siculi, & in hanc usque diem debent. Is ſub initium operis ita ſcribit: Ἡμεῖς γὰρ ἐξ Ἀγυρίου τὸ γένος τῆς Σικελίας ὄντες, καὶ διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τοῖς ἐν τῇ νήσῳ πολλὴν ἐμπειρίαν τῆς Ῥωμαίων διαλέκτου περιπεποιημένοι, πάσας τὰς τῆς ἡγεμονίας ταύτης πράξεις ἀκριβῶς ἀνελάβομεν ἐκ τῶν παρ᾽ ἐκείνοις ὑπομνημάτων ἐκ πολλῶν χρόνων τετηρημένων. Hoc eſt: *Nos enim ex Agyrio Siciliæ opido oriundi, & propter commercia Romanorum in inſulâ magnam Romanæ lingvæ cognitionem adepti, ex commentariis eorum, à longo inde tempore adſervatis, omneis imperii huius res geſtas adcuratè deſumſimus.* Hinc Svidas: Διόδωρος Σικελιώτης, ἱστορικὸς, ἔγραψε Βιβλιοθήκην. ἔστι δὲ ἱστορία Ῥωμαϊκή τε καὶ ποικίλη, ἐν βιβλίοις μ΄. γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Αὐγούστου Καίσαρος καὶ ἐπάνω. Id eſt: *Diodorus Siculus, hiſtoricus, ſcripſit Bibliothecam; quæ eſt hiſtoria Romana ſimul ac varia, libris* XL *comprehenſa. Fuit autem temporibus Auguſti Cæſaris, & ſuprà.* Ipſe Diodorus, prædicto loco paullo pòſt: Ἐν δὲ ταῖς ἑξῆς εἴκοσι καὶ τρισὶ βίβλοις τὰς λοιπὰς ἁπάσας κατετάξαμεν πράξεις, μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ συστάντος πολέμου Ῥωμαίοις πρὸς Κελτούς· καθ᾽ ὃν ἡγούμενος Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ, καταπολέμησε μὲν τὰ πλεῖστα καὶ μαχιμώτατα τῶν Κελτῶν ἔθνη, προεβίβασε δὲ τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ῥώμης μέχρι τῶν Βρεττανικῶν νήσων. Id eſt: *In ſequentibus tribus ac viginti libris reliquas inde res geſtas cunctas digeſſimus, usque ad initium belli à Romanis adversùs Gallos excitati; quo imperator C. Iul. Cæſar, plurimis pugnaciſſimis Gallorum gentibus debellatis, imperium Romanorum ad Britannicas usque inſulas prolatavit.* Atque hæc ferè ſunt, quæ de Agyrinæ urbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

vetuſtate celebritateque in veterum monumentis adnotata reperiuntur. Exſtabat equidem etiam apud Thucydidem antiquiſſima eius ac prima poſt ſuprà ſcriptas de Hercule fabulas memoria; ni locus is auctoris corruptus fuiſſet. Verba eius lib. VII leguntur iſta: Οἱ δὲ ἐκ τῶν Συρακουσῶν τότε μετὰ τὴν τοῦ Πλημμυρίου ἅλωσιν πρέσβεις οἰχόμενοι ἐς τὰς πόλεις, ἐπειδὴ ἔπεισάν τε καὶ ξυναγείραντες ἔμελλον ἄξειν τὸν στρατὸν, ὁ Νικίας προπυθόμενος, πέμπει ἐς τῶν Σικελῶν τοὺς τὴν δίοδον ἔχοντας, καὶ ξυμμάχους Κεντόριπάς τε καὶ Ἀλικυκαίους καὶ ἄλλους, ὅπως μὴ διαφήσωσι τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ ξυστραφέντες κωλύσωσι διελθεῖν. ἄλλῃ γὰρ αὐτοὺς οὐδὲ πειράσειν· Ἀκραγαντῖνοι γὰρ οὐκ ἐδίδοσαν διὰ τῆς ἑαυτῶν ὁδόν. Πορευομένων δ᾽ ἤδη τῶν Σικελιωτῶν, οἱ Σικελοὶ, καθάπερ ἐδέοντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἐνέδραν τινὰ τριχῆ ποιησάμενοι, ἀφυλάκτοις τε καὶ ἐξαίφνης ἐπιγενόμενοι, διέφθειραν ἐς ὀκτακοσίους μάλιστα, καὶ τοὺς πρέσβεις, πλὴν ἑνὸς τοῦ Κορινθίου, πάντας. οὗτος δὲ τοὺς διαφυγόντας ἐς πεντακοσίους καὶ χιλίους ἐκόμισεν ἐς τὰς Συρακούσας. Hoc eſt: *Legati Syracuſanorum, qui poſt expugnatum Plemmyrium adierant civitates, quum illis oratione perſvaſiſſent, jamque exercitum, quem comparaverant, adducturi eſſent; eâ de re certior factus Nicias, mittit ad eos Siculos, apud quos transitus erat, & ad ſocios Centoripas Alicycæosque & alios, ne illos transire permittant; ſed congregati prohibeant. nec enim aliâ viâ transire conaturos. nam Agrigentini per ſuos fineis iter denegabant. Itaque Siculi, quemadmodùm rogati ab Athenienſibus erant, Sicilienſibus jam iter ingreſſis inſidias tendunt tribus in locis: ac repentè incautos adgreſſi, ad octingentos fermè occiderunt; omneisque cum ipſis legatos, præter unum Corinthium. qui eos, qui elapſi erant, ad mille & quingentos, perduxit Syracuſas.* Heic quum obſcuri eſſent, nec ulli alii memorati auctori, iſti Ἀλικυκαῖοι, *Alicycæi*; haud dubitarunt noſtri ſæculi Siciliæ ſcriptores vocabulum id corrigere in Ἀλικυαῖοι, *Alicyæi*, opidumque inde facere circa Aetnam montem & Centuripas *Alicyam*. quorum opinioni etiam Fazellum acceſſiſſe, eo magis miror, quòd is *Alicyam* Ciceronis apud Tuſam fuiſſe tradiderit; ubi nos veterem urbem Alæſam exſtitiſſe, ſuprà indicavimus. Sanè una ſola priſcis memoratur mortalibus in Siciliâ urbs plurali numero Ἁλυκίαι, *Halyciæ*; ab amne præfluente *Halyco* dicta. quam haud procul Lilybæo fuiſſe promontorio, ubi nunc *Salemi* conſpicitur opidum, pòſt ſuo loco oſtendam. Hanc verò Thucydidem non intellexiſſe, ipſe ſitus in extimâ inſulæ parte ſatis manifeſtè indicat. quidpe Σικελοὺς adpellaſſe Græcos ſcriptores ipſos Siciliæ inſulæ indigenas; Σικελιώτας autem, transgreſſos in eam ex Græciâ Græcos colonos, ſuprà lib. I, cap. II, docuimus. ex his verò Ἕλλησι Σικελιώταις, ſive, ut Romani adpellarunt, *Græcis Sicilienſibus*, quum ultra Agrigentinos uni incoluerint ad Africum mare *Selinuntii*, ad Tuſcum *Himerenſes*; ultra horum fineis Phœnicibus cum Carthaginienſibus Motyam, Panormum, ac Solûntem, Elymis verò Erycem, Egeſtam, atque Entellam, poſtrema versùs Solis occaſum inſulæ opida tenentibus: nullum Selinuntiis Himerenſibusque per prædictum opidum Halycias fieri potuit iter, Syracuſas cum exercitu tendentibus. Quapropter nihil certius, quàm corruptum id eſſe Ἀλικυκαίων vocabulum; quemadmodùm de voce Κεντόριπας jam anteà docui: reſtituendumque eſſe in genuinum illud Ἀγυριναίων, id eſt, *Agyrinenſium*: quorum fines Centuripinorum agro fuêre contermini. Atque hanc correctionem firmat illa quoque Diodori hiſtoria de Campanis militibus, qui, ex occidentali inſulæ parte Syracuſas à Dionyſio vocati, per eosdem Agyrinenſis opidi fineis iter fecerunt. Sed & Carthaginienſis exercitus poſteà ex eâdem inſulæ parte profectus, eâdem hac per Agyrinenſem agrum viâ Syracuſas contendit. ſic quidpe narrat Diodorus eodem lib. XIIII poſteà: Μάγων μὲν οὖν διὰ Σικελῶν πορευθεὶς, καὶ τὰς πλείστας πόλεις ἀποστήσας τοῦ Διονυσίου, κατεστρατοπέδευσεν ἐν τῇ τῶν Ἀγυριναίων χώρᾳ παρὰ τὸν Χρύσαν ποταμὸν, ἐγγὺς τῆς ὁδοῦ τῆς φερούσης εἰς Μοργαντίναν. οὔτε γὰρ Ἀγυριναίους οὐ δυνάμενος εἰς συμμαχίαν προσλαβέσθαι, τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ἐπέστη πορείας, ἀκούων τοὺς πολεμίους ἐκ Συρακουσῶν ὡρμηκέναι. Id eſt: *Mago itaque per Siculorum fineis iter faciens, urbeis plerasque à Dionyſio alienavit; ac tandem in Agyrinenſium agro, ad Chryſam flumen, juxta viam qua Morgantinam itur, caſtra poſuit. quum enim Agyrinenſeis in ſocietatem pellicere aut cogere non potuiſſet; ulteriùs progredi deſiit; quia hoſtem jam è Syracuſis contra ſe tendere audiebat.* Sed de Agyrio opido hactenus ſatis.

Cap. VII.

Cap. VII.

Enna urbs. Pergus ſive Perguſa lacus. Plutonia ſpecus. Aſſôrus opidum. Chryſas amnis. Chryſæ fanum. Heræi ſive Junonii montes. Nympharum lucus.

ERgo ab Agyrio XIII millia paſſuum ad meridiem versùs diſtat antiqua & celebris in primis quondam *urbs* ENNA; vulgò nunc incolis *Caſtro Ianni* dicta. ENNA *urbs.* Memoratur antiquis auctoribus, Ariſtoteli, Callimacho, Polybio, Ciceroni, Ovidio, Livio, Diodoro, Straboni, Melæ, Silio, Floro, Ptolemæo, Itinerariis Romanis, Stephano. Opidani inde ſunt Græcis Ἐνναῖοι, ENNAEI: quod Latini quoque ſæpè uſurparunt; maximè poëtæ. Latino autem ore formabatur ENNENSES; ut Cicero, Livius, ac Solinus, referunt. At mirum dictu, quoties in antiquorum auctorum libris duo iſta vocabula *Enna* & *Aetna* confundantur; ita, uti ſæpè reperias *Aetna*, ubi *Enna* erat ſcribendum: & gentilitium inde vocabulum *Aetnæa*, variis flexionibus, pro *Ennæa*. & vice etiam versâ, hoc pro illo. Apud Silium, lib. XIIII, ubi totius inſulæ brevem exhibet deſcriptionem poëta, ita legitur:

Miſcuerunt Phrygiam prolem Troianus Aceſtes
Troianusq; Elymus: ſtructis qui pube ſequutâ
In longum ex ſeſe donarunt nomina muris.
Nec Zanclæa gerunt obſcuram mœnia famam:
Dextera quam tribuit poſito Saturnia telo.
Sed decus Ennæis haud ullum pulcrius oris,
Quàm quæ Siſyphio fundavit nomen ab iſthmo,
Et multum ante alias Ephyræis fulget alumnis.
Heic Arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat
Alphêon, ſacræ portantem ſigna coronæ.

Syracuſas urbem intelligit, à Corinthiis conditam. At quid hoc eſt; Syracuſæ *Ennæis* in *oris*? quum Enna opidum in ipſo inſulæ medio ſit ſita? Scripſiſſe Silium, *Aetnæis oris*; & ob celebritatem Aetnæ montis, ſæpè nomine eius omnem innuiſſe inſulam ſcriptores; ſuprà lib. I, cap. VIII, docuimus. Sed originem, credo, tanti erroris inde tractam, quòd imperiti grammatici, ſive auctorum exſcriptores pro *Enna* ſcribebant *Aenna*; ut etiamnunc in vulgatis Livii Sidoniique exemplaribus legitur: & item pro *Aetna Etna*, ſive *Ethna*; ut eſt in Antonini itinerario. tum fabulæ etiam de Proſerpinæ apud Ennam raptu frequens immiſcebatur poëtis Aetna mons; quemadmodùm mox infrà patebit. Itineraria igitur ita habent:

Tabulæ;		Antonini;	
Thermis		*Thermis*	
Enna	....	*Enna*	LII.
Agurio	XVIII.	*Agurio*	III.
Centurippa	XII.	*Centuripa*	XII.
Aethna	XII.	*Ethna*	XVIII.
.....	....	*Catina*	XII.
Siracuſis	XLIIII.		

Hodiéque inter duo iſta opida *Términi* & *Caſtro Ianni* L circiter deprehenduntur eſſe millia paſſuum: & ab hoc ad opidum *Agirone* XIII; ut ſuprà notavimus. Ipſius *Ennæ* ſitum ita deſcribit Strabo lib. VI: Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τὴν Ἔνναν, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι, κειμένην ἐπὶ λόφῳ, περιειλημμένῳ πλάτεσιν ὀροπεδίοις, ἀροσίμοις πᾶσιν. Id eſt: *In mediterraneo Ennam, ubi templum eſt Cereris, pauci habitant, ſitam in tumulo, latis montanis planitiebus, quæ arari poſſunt omnes, cincto.* Et Livius, lib. XXIIII: *Enna, in excelſo loco ac prærupto undique ſita, cùm loco inexpugnabilis erat, tùm præſidium in arce validum habebat.* Mox: *Ennenſium principes urbem arcemque ſuæ poteſtatis aiunt debere eſſe.* Hinc, ut omnes ſimul Ennenſes à Romano præſidio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ſint trucidati, narrat. tandem, *Ita Enna,* inquit, *aut malo aut neceſſario facinore retenta. Marcellus nec factum improbavit; & prædam Ennenſium militibus conceſſit: ratus, timore deterritos, temperaturos proditionibus præſidiorum Siculos. Atqui ea clades, ut urbis in mediâ Siciliâ ſitæ, claræque vel obſignem munimento naturali locum, vel ob ſacrata omnia veſtigiis raptæ quondam Proſerpinæ, propè uno die omnem Siciliam pervaſit.* De raptu Proſerpinæ, ſimulque de naturâ loci, ita narrat Diodorus ſub initium libri v: Καὶ τῆς ἁρπαγῆς τῆς κατὰ τὴν Κόρην, ἐν ταύτῃ [τῇ νήσῳ] γενομένης, ἀπόδειξιν εἶναι λέγουσι φανερωτάτην, ὅτι τὰς διατριβὰς αἱ θεαὶ κατὰ ταύτην τὴν νῆσον ἐποιοῦντο, διὰ τὸ στέργεσθαι μάλιστα παρ' αὐταῖς ταύτην. Γενέσθαι δὲ μυθολογοῦσι τῆς Κόρης τὴν ἁρπαγὴν ἐν τοῖς λειμῶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἔνναν. ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος πλησίον μὲν τῆς πόλεως, ἴοις δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄνθεσι παντοδαποῖς εὐπρεπὴς καὶ θέας ἄξιος. διὰ δὲ τὴν ἀπὸ τῶν φυομένων ἀνθῶν εὐωδίαν, λέγεται τοὺς κυνηγεῖν εἰωθότας κύνας μὴ δύνασθαι στιβεύειν, ἐμποδιζομένους τὴν φυσικὴν αἴσθησιν. ἔστι δὲ ὁ προειρημένος λειμὼν, ἄνωθεν μὲν ὁμαλὸς καὶ παντελῶς εὔυδρος, κύκλῳ δ' ὑψηλὸς, καὶ πανταχόθεν κρημνοῖς ἀπότομος. δοκεῖ δ' ἐν μέσῳ κεῖσθαι τῆς ὅλης νήσου· διὸ καὶ Σικελίας ὀμφαλὸν ὑπό τινων ὀνομάζεται. ἔχει δὲ καὶ πλησίον ἄλση καὶ λειμῶνας καὶ παραδείσους, καὶ περὶ ταῦτα ἕλη, καὶ σπήλαιον εὐμέγεθες, ἔχον χάσμα κατάγειον, πρὸς τὴν ἄρκτον νενευκός· δι' οὗ μυθολογοῦσι τὸν Πλούτωνα, μεθ' ἅρματος εἰσελθόντα, [lege, ἐξελθόντα,] ποιήσασθαι τὴν ἁρπαγὴν τῆς Κόρης. Τὰ δὲ ἴα, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν τὰ παρεχόμενα τὴν εὐωδίαν, παραδόξως δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ παραμένειν [lego, παραμένει· Diodorus quidpe, ut Agyrinenſis, non famâ, ſed experientiâ hoc didicerat] θάλλοντα, καὶ τὴν ὅλην πρόσοψιν ἀνθηρὰν καὶ ἐπιτερπῆ παρεχόμενα. Μυθολογοῦσι δὲ, μετὰ τῆς Κόρης τὰς τῆς ὁμοίας παρθενίας ἠξιωμένας Ἀθηνᾶν τε καὶ Ἄρτεμιν συντεθραμμένας συνάγειν μετ' αὐτῆς τὰ ἄνθη, καὶ κατασκευάζειν κοινῇ τῷ Διῒ πατρὶ τὸν πέπλον· διὰ δὲ τὰς μετ' ἀλλήλων διατριβάς τε καὶ ὁμιλίας, ἁπάσας στέρξαι τὴν νῆσον ταύτην μάλιστα, καὶ λαχεῖν ἑκάστην αὐτῶν χώραν. * . * . * . Ὁμοίως δὲ ταῖς προειρημέναις δυσὶ θεαῖς καὶ τὴν Κόρην λαχεῖν τοὺς περὶ τὴν Ἔνναν λειμῶνας· πηγὴν δὲ μεγάλην αὐτῇ καθιερωθῆναι ἐν τῇ Συρακουσίᾳ, τὴν ὀνομαζομένην Κυάνην. τὸν γὰρ Πλούτωνα μυθολογοῦσι, τὴν ἁρπαγὴν ποιησάμενον, ἀποκομίσαι τὴν Κόρην ἐφ' ἅρματος πλησίον τῶν Συρακουσῶν, καὶ τὴν γῆν ἀναρρήξαντα, αὐτὸν μὲν μετὰ τῆς ἁρπαγείσης δῦναι καθ' ᾅδου· πηγὴν δ' ἀνεῖναι τὴν ὀνομαζομένην Κυάνην· πρὸς ᾗ κατ' ἐνιαυτὸν οἱ Συρακούσιοι πανήγυριν ἐπιφανῆ συντελοῦσιν. * . Μετὰ δὲ τὴν τῆς Κόρης ἁρπαγὴν, μυθολογοῦσι, τὴν Δήμητραν, μὴ δυναμένην εὑρεῖν τὴν θυγατέρα, λαμπάδας ἐκ τῶν κατὰ τὴν Αἴτνην κρατήρων ἀναψαμένην, ἐπελθεῖν ἐπὶ πολλὰ μέρη οἰκουμένης. Hoc eſt: *In hac inſulâ Proſerpinæ raptum accidiſſe, pro manifeſtiſſimâ demonſtratione eſt, quòd deæ* [Ceres & Proſerpina] *nuſquàm alibi, quàm in hac inſulâ, omnium maximè ſibi dilectâ, commoratæ ſint. Rapta verò dicitur in vicinis Ennæ pratis. qui locus prope urbem eſt; violis aliiſque florum generibus renidens & ſpectatu dignus. Tantaque illic odorum fragrantia eſt, uti canes, ad feras indagandas emiſſi, facultate ſenſus impeditâ, odoratu feras inveſtigare haud poſſe dicantur. Eſt pratum illud in ſummo dorſo planum & irriguum; circùm verò circà altum & undique præruptum. putaturque in medio totius inſulæ ſitum eſſe. unde &* SICILIAE VMBILICVS *à nonnullis vocatur. In propinquo etiam lucos & prata habet, paradiſoſque; & circa hæc lacus, & vaſtam quamdam ſpecum; in qua hiatus eſt ſubterraneus, ſeptemtrionibus obverſus: per quam Plutonem curru ad auferendam Proſerpinam exiiſſe fabulantur. Cæterùm violæ cæterique flores odoriferi per totum perpetuò annum florent; totamque faciem floridam & jucundam contemplantibus oſtendunt. Aiunt autem, cum Proſerpinâ Minervam quoque ac Dianam, eidem virginitatis ſtudio dicatas, educationis tempore vixiſſe; & de floribus cum illâ collectis Iovi patri togam communi operâ contexuiſſe. quæ & propter familiarem inter ſe conſvetudinem inſulam mirificè dilexerint: adeò, ut unaquæque certum in eâ locum ſibi vendicârit.* Et paullo pòſt: *Conſimiliter & Proſerpinam prata circa Ennam ſortitam eſſe; & in Syracuſano agro magnum fontem, qui Cyane dicitur, conſecratum ei fuiſſe, aiunt. quidpe Plutonem fabulantur, poſtquam raptam Proſerpinam prope Syracuſas curru deportaſſet; diruptâ illic terrâ; ipſum cum abreptâ ad Orcum deſcendiſſe; fontemque tunc Cyanen produxiſſe; apud quem anniverſarios celebrant feſtos dies Syracuſani.* Mox: *Poſt raptum verò Proſerpinæ, quum filiam invenire Ceres nequiret, accenſis ex Aetnæ crateris facibus, per multas Orbis parteis circumvagata dicitur.* Callimachum fortè intellexit ſuprà. ſic quidpe ille in Hymno, quem in Cererem conſcripſit:

> Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμες ὀμφαλὸν Ἔνναν
>
> *Ter ad pulcerrimæ inſulæ umbilicum Ennam percurriſti.*

Cæterùm de iiſdem circa Ennam locis ac raptu Proſerpinæ ita tradit Ariſtoteles, in Mirandis: Ἐν τῇ Σικελίᾳ τῇ καλουμένῃ Αἴτνῃ [rectè emendavit mendoſiſſima hæc verba

verba eruditiſſimus Sylburgius in hunc modum; Ἐν τῆς Σικελίας τῇ καλουμένῃ Ἔννῃ] σπήλαιόν τι λέγεται εἶναι, περὶ ὃ κύκλῳ πεφυκέναι φασὶ τῶν τε ἄλλων ἀνθέων πλῆθος ἀνὰ πᾶσαν ὥραν, πολὺ δὲ μάλιστα τῶν ἴων ἀπέραντόν τινα τόπον συμπεπληρῶσθαι· ἃ τὴν σύνεγγυς χώραν εὐωδίας πληροῖ, ὥς τε σὺν τοῖς κυνηγοῦντας, τῶν κυνῶν κρατουμένων ὑπὸ τῆς ὀδμῆς, ἐξαδυνατεῖν τοὺς λαγωὺς ἰχνεύειν. Διὰ δὲ τούτου τοῦ χάσματος ἀσυμφανὴς ἐστιν ὑπόνομος· καθ' ὃν φασι τὴν ἁρπαγὴν ποιήσασθαι τὸν Πλούτωνα τῆς Κόρης. Εὑρίσκεσθαι δέ φασιν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ πυροὺς, οὔτε τοῖς ἐγχωρίοις ὁμοίους, οἷς χρῶνται, οὔτε ἄλλοις ἐπεισάκτοις, ἀλλ' ἰδιότητά τινα μεγάλην ἔχοντας. καὶ τούτῳ σημειοῦνται τὸ πρῶτον παρ' αὐτοῖς φανῆναι πύρινον καρπόν. ὅθεν καὶ τῆς Δήμητρος ἀντιποιοῦνται, φάσκοντες παρ' αὐτοῖς τὴν θεὸν γεγονέναι. Hoc eſt: *Apud Siciliæ urbem Ennam ſpecus dicitur eſſe, circùm quam cùm aliorum florum copia omni anni tempore creſcat, tùm maximè violis immenſum terræ ſpatium obtegatur; quæ finitima loca adeò fragrantiâ ſuâ replent, uti correpti hac odoris ſuavitate venatici canes, lepores veſtigare nequeant. Sub hoc verò hiatu obſcurum quoddam antrum latet, quo egreſſus Pluto, Proſerpinam abripuiſſe fertur. Cæterò triticum reperitur in his locis nec domeſtico, quo utuntur, nec alii importato ſimile; ſed peculiari proprietate inſigne. quo argumento contendunt, illic primùm omnium conſpectum eſſe triticum: ac proinde etiam Cererem ſibi, ut apud ſe natam, vindicant.* Hinc *Ennæam Cererem* Claudiano, de Proſerpinæ raptu lib. I, dici cenſet doctiſſimus Turnebus, hoc verſu:

Ennææ Cereri proles optata virebat.

Sic enim mendoſam vocem *Aetnææ* emendandam exiſtimat Turnebus; licèt aliis improbetur ea correctio: quum dici potuerit *Aetnæa*, pro *Sicula*; quia Aetnæ vocabulo, ut ſuprà dixi, tota ſæpè intelligebatur inſula. Sic ſcilicet & Cereris filia *Proſerpina* dicta eſt *Sicula* Iuvenali Sat. XIII, his verbis:

—— *Siculâ torvus cum conjuge Pluton.*

Et Senecæ in Hercule furente, hoc verſu:

Vidiſti Siculæ regna Proſerpinæ.

Verùm tamen ipſa *Proſerpina* diſertè vocatur *Ennæa* Lucano, lib. VI, his verſibus:

Eloquar, immenſo terræ ſub pondere quæ te
Contineant, Ennæa, dapes; quo fœdere mæſtum
Regem noctis ames: quæ te contagia paſſam
Noluerit revocare Ceres.

Et item Silio, lib. XIII: —— *Ater operto*
Ante omneis taurus regi, tum proxima divæ
Cæditur Ennææ caſtâ cervice juvenca.

Et lib. XIIII:

Enna deûm lucis ſacram dedit ardua dextram.
Heic ſpecus, ingentem laxans telluris hiatum,
Cæcum iter ad Maneis tenebroſo limite pandit:
Quâ novus ignotas Hymenæus venit in oras.
Hac Stygius quondam, ſtimulante Cupidine, rector
Auſus adire diem; mæſtoque Acheronte relicto,
Illicitus egit currum per inania terras:
Tum, raptâ, præceps, Ennæâ virgine, flexit
Attonitos cœli viſu lucemque caventeis
In Styga rurſus equos: & prædam condidit umbris.

Sed & Sidonio Apollinari, in Carmine VIIII:

Non divos, ſpecialibus faventeis
Agris, urbibus, inſulisque, canto;
Saturnum Latio, Iovemq; Cretæ,
Iunonemque Samo, Rhodoque Solem,
Ennæ Perſephonen, Minervam Hymetto,
Vulcanum Liparæ, Papho Dionem.

Cæterùm de ſuprà dictis circa Ennam pratis ac raptu Proſerpinæ ſic etiam adnotavit Solinus, cap. XI; in deſcriptione Siciliæ: *Heic campus Ennenſis, in floribus ſemper & omni vernus die. quem per demerſum eſt foramen; quo Ditem patrem, ad raptus Liberæ exeuntem, fama eſt, luce hac uſum.* Sed, in Diodori penè conſentiens verba, ſic de his locis ſcribit Cicero, in Verrinarum actionum IIII: *Vetus eſt hæc opinio; quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis atque monumentis; inſulam Siciliam totam eſſe Cereri*

& Liberæ conſecratam. Hoc cùm cæteræ gentes ſic arbitrantur, tùm ipſis Siculis tam perſvaſum eſt, ut animis eorum inſitum atque innatum eſſe videatur. nam & natas eſſe has in his locis deas, & fruges in eâ terrâ primùm repertas, arbitrantur; raptam eſſe Liberam, quam eamdem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore. (qui locus quòd in mediâ eſt inſulâ ſitus, VMBILICVS SICILIAE *nominatur.) quam quum inveſtigare & conquirere Ceres vellet; dicitur inflammaſſe tædas iis ignibus, qui ex Aetnæ vertice erumpunt. quas ſibi quum ipſa præferret, orbem omnem peragraſſe terrarum. Enna autem, ubi ea, quæ dico, geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo atque edito: quo in ſummo eſt æquata agri planities, & aquæ perennes; tota verò urbs omni aditu circumciſa atque dirupta eſt. quam circa lacus lucique ſunt plurimi, & lectiſſimi flores, omni tempore anni: locus ut ipſe raptum illum virginis, quem jam à pueris accepimus, declarare videatur. etenim propter eſt ſpelunca quædam, converſa ad aquilonem, infinitâ altitudine: qua Ditem patrem ferunt repentè cum curru exſtitiſſe; abreptamque ex eo loco virginem ſecum asportaſſe; & ſubitò non longè à Syracuſis penetraſſe ſub terras: lacumque in eo loco repentè exſtitiſſe; ubi usque ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniverſarios agunt, celeberrimo virorum mulierumq; conventu.* Et poſteà, Verrinâ v: *Simulacrum Cereris Ennæ ex ſuâ ſede ac domo ſuſtulit. quod erat tale, ut homines, quum viderent, aut ipſam videre ſe Cererem, aut effigiem Cereris, non humanâ manu factam, ſed cælo delapſam, arbitrarentur. vos etiam atque etiam imploro & adpello, ſanctiſſimæ deæ,* [Ceres & Libera,] *quæ illos Ennenſeis lacus lucosque colitis.* Eamdem fabulam & Arnobius, Disputationum adversùs genteis lib. v, exagitavit, his verbis: *Quodam, inquiunt, tempore, quum in Siciliæ pratulis purpureos legeret nondum mulier flores, ſed adhuc virgo Proſerpina; quumque illam per floream meſſem huc atque illuc paſſim lectionis cupiditas avocaret; per profundæ altitudinis ſpecum rex proſiliens Manium, raptam virginem ſecum vehit, & terrarum absconditur ſucceſſibus rurſum. Quod quum factum neſciret Ceres; nec, filia eſſet ubinam gentium, ſuſpicaretur; intendit animum, perditam toto in Orbe conquirere. ſumit faces geminas, flammis comprehenſas Aetnæis: quibus ſibi prælucens, pergit ire quæſitum terrarum in regionibus cunctis.* Et ſuccinctiùs eodem libro poſteà: *Conſimiliter & in fabulâ Ennæâ, nemus & flores quid ſint, dicere vos convenit: quid ſumtus ignis ex Aetnâ, comprehenſæque iſto faces: quid peragratio cum his Orbis.* Sic & Columella, de Re ruſticâ lib. x:

Nunc vos Pegaſidum comites Acheloidas oro,
Mænaliumq; choros Dryadum, nymphasq; Napæas:
Quæ colitis nemus Amphryſi, quæ Theſſala tempe,
Quæ juga Cyllenes, & opaca rura Lycæi,
Antraque Caſtaliis ſemper rorantia guttis;
Et quæ Sicanii flores legiſtis Haleſi,
Quum Cereris proles, veſtris intenta choreis,
Aequoris Ennæi vernantia lilia carpſit,
Raptaque, Lethæi conjux mox facta tyranni,
Sideribus triſteis umbras & Tartara cælo
Præpoſuit.

Et Ovidius, Faſtor. lib. IIII

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor
Trinacris; à poſitu nomen adepta loci:
Grata domus Cereri. multas ea poſſidet urbeis:
In quibus eſt culto fertilis Enna ſolo.
Frigida cæleſtum matres Arethuſa vocârat:
Venerat ad ſacras & dea flava dapes.
Filia conſvetis ut erat comitata puellis,
Errata nudo per ſua prata pede.
Valle ſub umbroſâ locus eſt, adſpergine multâ
Vvidus ex alto deſilientis aquæ.
Tot fuerant illic, quot habet natura, colores:
Pictaq; diſſimili flore nitebat humus.
Quam ſimul adſpexit, Comites accedite, dixit;
Et mecum plenos flore referte ſinus.

* . * . * :

Carpendi ſtudio paullatim longùis itur.
Et dominam caſu nulla ſequuta comes.
Hanc videt, & viſam patruus velociter aufert;
Regnaque cæruleis in ſua portat equis.
Illa quidem clamat, Io, jo, cariſſima mater,
Auferor. ipſa ſuos abſcideratque ſinus.
Panditur intereà Diti via. namque diurnum
Lumen inadſveti vix patiuntur equi.
At chorus æqualis cumulatæ flore miniſtræ,
Perſephone, clamant, ad tua dona veni.
Attonita eſt plangore Ceres: modò venerat Ennam.
Nec mora, Me miſeram, filia, clamat, ubi es?
. * . * . —— *Et concita curſu*
Fertur; & è campis incipit Enna tuis.
. * . * . * .
Iam color unus ineſt rebus; tenebriſque teguntur
Omnia: jam vigiles conticuêre canes.
Alta jacet vaſti ſuper ora Typhoëos Aetna;
Cuius anhelatis ignibus ardet humus.
Illic accendit geminas pro lampade pinus.
Hinc Cereris ſacris nunc quoq; tæda datur.

At Μεταμορφώσεων lib. v, ubi eadem narratur fabula, pro *Ennæis mœnibus* ſcriptum vulgò nunc eſt *Aetnæis*, in his verſibus:

Haud procul Ennæis lacus eſt à mœnibus altus,
Nomine Perguſa. non illo plura Cayſter
Carmina cygnorum labentibus audit in undis.
Silva coronat aquas, cingens latus omne; ſuiſq;
Frondibus, ut velo, Phœbéos ſubmovet igneis.
Frigora dant rami, varios humus humida flores.
Perpetuum ver eſt. quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas aut candida lilia carpit,
Dumque puellari ſtudio calathosque ſinumque
Implet, & æqualeis certat ſuperare legendo,
Penè ſimul viſa eſt, dilectaq;, raptaque Diti.
Vsque adeò eſt properatus amor. Dea territa mœſto
Et matrem & comites, ſed matrem ſæpiùs, ore
Clamat; &, ut ſummâ veſtem laniârat ab orâ,
Collecti flores tunicis cecidêre remiſſis.
Raptor agit currus; &, nomine quemque vocando,
Exhortatur equos.
Perque lacus altos & olentia ſulfure fertur
Stagna Palicorum, ruptâ ferventia terrâ,
Et quà Bacchiadæ bimari gens orta Corintho
Inter inæqualeis poſuerunt mœnia portus,
Eſt medium Cyanes & Piſææ Arethuſæ,
Quod coit anguſtis incluſum cornibus æquor.
Heic fuit à cuius ſtagnum quoque nomine dictum;
Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas:
Gurgite quæ medio ſummâ tenus exſtitit alvo;
Agnovitq; deam; Nec longiùs ibitis, inquit.
Non potes invitæ Cereris gener eſſe. roganda,
Non rapienda, fuit.
Dixit; &, in parteis diverſas brachia tendens,
Obſtitit. Haud ultrà tenuit Saturnius iram:
Terribileisq; hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit. icta viam tellus in Tartara fecit;

Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane, raptamq; deam contemtaq; fontis
Iura ſuis mœrens, inconſolabile vulnus
Mente gerit tacitâ; lacrymisq; abſumitur omnis:
Et quarum fuerat magnum modò numen, in illas
Extenuatur aquas.

Sic & Ponticar. lib. II, eleg. X, *Aetnæos lacus* ſcriptum eſt in vulgatis exemplaribus, pro *Ennæos*, in his verſibus:

Te duce magnificas Aſiæ perſpeximus urbeis;
Trinacris eſt oculis te duce viſa meis.
Vidimus Aetnæâ cœlum ſplendeſcere flammâ,
Suppoſitus monti quam vomit ore gigas:
Ennæosque lacus, & olentia ſtagna Palici,
Quáque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

Sed omnium ſæpiſſimè error is admiſſus in Claudiani poëmate, quod de raptu Proſerpinæ privatim compoſuit. Sic lib. II pro *Aetna* repone *Enna* in his verſibus:

Viderat herboſo ſacrum de vertice vulgus
Enna parens florum: curvâq; in valle ſedentem
Compellat zephyrum; Pater ô gratiſſime veris,
Qui mea laſcivo regnas per prata volatu
Semper, & adſiduis irroras flatibus annum;
Reſpice nympharum cœtus, & celſa Tonantis
Germina, per noſtros dignantia ludere campos.
Nunc adſis, faveasque precor: nunc omnia fœtu
Pubeſcant virgulta, velis; ut fertilis Hybla
Invideat; vincique ſuos non abnuat hortos.
Quidquid thuriferis ſpirat Panchaïa ſilvis,
Quidquid odoratus longè blanditur Hydaſpes;
Quidquid ab externis ales longæva colonis
Colligit, optati referens exordia ſæcli,
In venas diſperge meas; & flamine largo
Rura fove; ut merear divino pollice carpi;
Et noſtris cupiant ornari numina ſertis.

. * . * . * .

Forma loci ſuperat flores. curvata tumore
Parvo planities, & mollibus edita clivis
Creverat in collem: vivo de pumice fontes
Roſcida mobilibus lambebant gramina rivis:
Silvaque torrenteis ramorum frigore Soles
Temperat: & modico brumam ſibi vindicat æſtu.
Apta fretis abies, bellis accommoda cornus,
Quercus amica Iovi, tumulos tectura cupreſſus,
Ilex plena favis, venturi præſcia laurus:
Fluctuat heic denſo criſpata cacumine buxus:
Heic hederæ ſerpunt; heic pampinus induit ulmos.
Haud procul inde lacus (Pergum dixêre Sicani)
Panditur; &, nemorum frondoſo margine cinctus,
Vicinis palleſcit aquis. admittit in altum
Cernenteis oculos; & latè pervius humor
Ducit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus;
Imaque perſpicui prodit ſecreta profundi,
Huc elapſa cohors gaudet per florea rura.
Hortatur Cytherea, legant.

. * . * .

Pratorum ſpoliatur honos. hæc lilia fuſcis
Intexit violis: hanc mollis amaracus ornat.
Hæc graditur ſtellata roſis; hæc alba liguſtris.

. * . * . * . * .

Diffugiunt nymphæ: rapitur Proſerpina curru.

Sic eodem lib. II poſteà pro *Aetna* iterum repone *Enna*, ubi Proſerpinam ita adloquitur Pluto: ——— *Nec mollia deſunt*

Prata tibi. Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores; quos nec tua protulit Enna.

Et item lib. III:

Namque videbatur tenebroſo obtecta receſſu
Carceris & ſævis Proſerpina vincta catenis:
Non qualem Siculis olim mandaverat arvis;
Nec qualem roſeis nuper convallibus Ennæ
Suſpexêre deæ.

Et eodem libro poſteà:

Prima Venus campos Ennæaque rura maligno
Ingerit adfatu; vicinos callida flores
Ingeminat; meritumq; loci velut inſcia quærit:
Nec credit, quòd bruma roſas innoxia ſervet;
Quòd gelidi rubeant alieno gramine menſeis;
Verna nec iratum timeant virgulta Booten.
Dum loca miratur, ſtudio dum flagrat eundi;
Perſvadet teneris (heu!) lubrica moribus ætas.
Quos ego nequidquàm planctus, quas irrita fudi
Ore preces! ruit illa tamen, confiſa ſororum
Præſidio. famulæ longo pòſt ordine nymphæ.
Itur in æterno veſtitos gramine campos;
Et primâ ſub luce legunt, quum rore ſerenus
Alget ager, ſparſosq; bibunt violaria ſuccos.
Sed poſtquàm medio Sol altior adſtitit Orbe;
Ecce polum nox alta rapit; tremefactaq; nutat
Inſula cornipedum ſtrepitu curſuq; rotarum.
Noſſe nec aurigam licuit: ſeu mortifer æſtus,
Seu mors ipſa fuit.
Vt rauco reduces tractu detorſit habenas,
Nox ſua proſequitur currum; lux redditur Orbi.
Perſephone nulla eſt.

Verùm hæc paullo prolixiùs repetiimus; quo magis conſtaret, legendum eſſe omnibus iſtis locis pro *Aetna* & *Aetnæa*, mendoſis vocabulis, *Enna* & *Ennæa*. reliquis eiusdem poëmatii locis rectè retinueris voces *Aetna* & *Aetnæa*. De cætero, omnes quidem hactenus citati auctores, ex Ennæis pratis raptam eſſe à Plutone Proſerpinam, diſertiſſimis teſtantur verbis. at è diverſo Hyginus, μυθολογικῶν cap. CXLVI, ita tradit: *Pluton petit ab Iove Proſerpinam, filiam eius & Cereris, in conjugium daret. Iupiter negat Cererem paſſuram, ut filia ſua in Tartaro tenebricoſo ſit. ſed jubet eum rapere eam, flores legentem in monte Aetnâ, qui eſt in Siciliâ. in quo Proſerpina dum flores cum Venere & Dianâ & Minervâ legit, Pluton quadrigis venit & eam rapuit.* Cum hoc conſenſiſſe videtur & Oppianus, Κυνηγετικῶν lib. III; ubi ita de Plutone loquitur:

——— Ὅτε κούρην
Μουνογόνην ἥρπαξεν ἀπ' Αἰτναίοιο πάγοιο

Quæ ita vertit interpres: ——— *Quum filiam*
Vnicam rapuit ab Aetnæo monte.

Quò & illa apud Senecam, in Hercule furente, intelligi poſſint:

Fas omne mundi, teque dominantem precor
Regno capaci; teque, quam totâ irrita
Quæſivit Aetnâ mater.

Et apud Diodorum lib. XI ita ſcriptum eſt: Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος ὁ Γέλων, ἐκ μὲν τῶν λαφύρων κατεσκεύασε ναοὺς ἀξιολόγους Δήμητρος καὶ Κόρης· χρυσοῦν δὲ τρίποδα ποιήσας ἀπὸ ταλάντων ἑκκαίδεκα, ἀνέθηκεν εἰς τὸ τέμενος τὸ ἐν Δελφοῖς, Ἀπόλλωνι χαριστήριον. ἐπελάβετο δὲ ὕστερον καὶ κατὰ τὴν Αἴτνην κατασκευάζειν νεὼν Δήμητρος. ὀννηὼς δὲ οὔσης, τοῦτον μὲν οὐ συνετέλεσε, μεσολα-

μεσολαβηθεὶς τὸν βίον ὑπὸ τῆς πεπρωμένης. Id eſt: *His ita expeditis, ex hoſtium manubiis duo Cereri & Proſerpinæ templa magnifici operis exſtruxit. tripodem quoque talentûm* XVI *conflavit, quem in templo Delphico gratæ mentis ſymbolum Apollini dedicavit. poſthæc Cereri etiam in Aetnâ fanum ædificare inſtituit. jamque dea in ſacrarium collocata erat: ſed, à fato interpellatus, imperfectum illud reliquit.* At quis id tandem perfecit? quis umquàm eius mentionem fecit auctor, vel ſaltem ſuſpicionem in ſcriptis ſuis reliquit? Sanè neminem monſtraveris. nihilque certius, quàm heic quoque vocem genuinam Ἔνναν corruptam eſſe in Αἴτνην. ſic quidpe loco ſuprà ſcripto Strabo in lib. VI: Ἐν τῇ μεσογαίᾳ τὴν Ἔνναν, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι. Id eſt: *In mediterraneo Ennam, ubi templum eſt Cereris, pauci habitant.* Cui conſentiens Mela, lib. II, cap. VII, *Famam habet,* inquit, *ob Cereris templum, Enna præcipuam.* Huc confer & ea, quæ Cicero in Verrinâ IIII ſcripta reliquit, hiſce verbis: *Apud patres noſtros, atroci ac difficili reipublicæ tempore, quum, Ti. Graccho occiſo, magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio,* Coss. *aditum eſt ad libros Sibyllinos: in quibus inventum eſt, Cererem antiquiſſimam placari oportere. Tum ex ampliſſimo collegio decemvirali ſacerdotes populi Romani, quum eſſet in urbe noſtrâ Cereris pulcerrimum & antiquiſſimum templum; tamen usque Ennam profecti ſunt. tanta enim erat auctoritas & vetuſtas illius religionis, ut, quum illuc irent, non ad ædem Cereris, ſed ad ipſam Cererem proficiſci viderentur.* Mox: *Hoc dico; hanc ipſam Cererem, antiquiſſimam, religioſiſſimam, principem omnium ſacrorum, quæ apud omneis genteis nationesq; fiunt, à C. Verre è ſuis templis ac ſedibus eſſe ſublatam. Qui acceſſiſtis Ennam, vidiſtis ſimulacrum Cereris è marmore & in altero templo Liberæ. ſunt ea perampla atque præclara: ſed non ita antiqua. ex ære fuit quoddam modicâ amplitudine, ac ſingulari opere, cum facibus, perantiquum; omnium illorum, quæ ſunt in eo fano, multo antiquiſſimum.* Hoc ſcilicet puto illud fuiſſe, quod à Gelone in novi templi, ab ſe inchoati, ſacrario poſitum Diodorus tradit. Iam verò Oppianus an ἀπ' Αἰτναίοιο πάγοιο ſcripſerit, pari jure dubitari poſſit. quidpe quum Enna ſita ſit *in loco excelſo & undique prærupto, ſive circumciſo atque dirupto;* ut antiqui etiam adnotarunt auctores, Cicero, Livius, Diodorus ac Strabo: rectiùs ac veriùs ſcripſiſſe potuit Oppianus ἀπ' Ἐνναίοιο πάγοιο, id eſt, *ab Ennæo colle,* ſive *tumulo,* ſeu *minore rupe.* nam apud Heſychium ſimul & Svidam ſic legitur: Πάγοι, αἱ ἐξοχαὶ τῶν πετρῶν καὶ τῶν ὀρῶν. Id eſt; Πάγοι *ſunt eminentiæ petrarum & montium.* Quod Favorinus ita explicat: Πάγοι, πετρώδεις ἐξοχαί· ἢ εἰς ὕψος ἀνέχουσαι ὀξεῖαι πέτραι. Πάγον λέγουσι, διὰ τὸ ἐξ ὕδατος πεπῆχθαι. Πάγος, ὕδωρ τὸ πεπηγμένον ἀπὸ ψύχους· καὶ τὸ σκληρὸν καὶ πετρῶδες ὄρος. Πάγος, ὄχθος, βουνὸς, ψύχος. Id eſt: Πάγοι, *ſaxoſa cacumina; ſive in altum eminentes acutæ petræ.* Πάγον *dicunt ab eo, quod ex aquâ concreſcat.* Πάγος, *aqua concreta ex gelu: & item aſper & ſaxoſus mons.* Πάγος, *tumulus, clivus, frigus, ſeu gelu.* Poſtrema hæc etiam apud Heſychium leguntur. Sed quid propriè ſignificet vox ὄχθος, alibi ita docent Heſychius, Svidas & Favorinus: Ὄχθοι, οἱ τραχεῖς καὶ δύσβατοι τόποι, καὶ αἱ ἐξοχαὶ τῶν πετρῶν. Id eſt: Ὄχθοι *ſunt loca aſpera & aditu difficilia: item cacumina petrarum.* Addunt Heſychius atque Favorinus inſuper hæc quoque: Ὄχθος, κρημνὸς, πέτρα, τὸ ὑψηλὸν τοῦ ποταμοῦ ἢ τῆς γῆς, ἢ τὸ ἀπόκρημνον στόμα τῆς θαλάσσης. Hoc eſt: Ὄχθος, *eſt locus præruptus, petra, excelſa fluminis ſeu terræ, ſive abrupta præcipitesque maris fauces;* id eſt, litus. ſic Homerus Odyſséæ lib. V:

Οὐ γὰρ ἔσαν λιμένες νηῶν ὄχοι, οὐδ' ἐπιωγαί·
Ἀλλ' ἀκταὶ προβλῆτες ἔσαν, σπιλάδες τε πάγοι τε.

. * . * .

Ἔκβασις οὔπη φαίνεθ' ἁλὸς πολιοῖο θύραζε·
Ἔκτοσθεν μὲν πάγοι ὀξέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα
Βέβρυχεν ῥόθιον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη·
Ἀγχιβαθὴς δὲ θάλασσα, καὶ οὔπως ἐστὶ πόδεσσι
Στήμεναι ἀμφοτέροισι. Hoc eſt:

Neque enim erant portus navium capaces, neque ſeceſſus:
Sed litora projecta erant, ſcopulique & rupes.

. * . * .

Egreſſus nusquàm adparet ex mari cavo foras.
Extra enim ſaxa acuta; & undique fluctus
Fremit impetuoſus; læviſque eminet petra:
Mare verò eſt profundum; nec ullo modo pedibus licet
Conſiſtere ambobus.

Ex his igitur adparet, vocem πάγος omnibus partibus ac numeris Ennæo potiùs colli excelſo & undique prærupto convenire, quàm Aetnæ monti altiſſimo, & ex latiſſimis longéque diffuſis radicibus immenſo tractu paullatim in ſummum cacumen adſurgenti. nam ipſum pratum, ex quo rapta ſit Proſerpina, in loco edito & undique abrupto fuiſſe, teſtatur Diodorus dicto lib. v. Γενέσθαι, inquit, μυθολογοῦσι τῆς Κόρης τὴν ἁρπαγὴν ἐν τοῖς λειμῶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἔνναν. ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος πλησίον μὲν τῆς πόλεως, ἴοις δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄνθεσι παντοδαποῖς εὐπρεπὴς καὶ θέας ἄξιος. * . Ἔστι δὲ ὁ προειρημένος λειμὼν, ἄνωθεν μὲν ὁμαλὸς καὶ παντελῶς εὔυδρος, κύκλῳ δ᾽ ὑψηλὸς, καὶ πανταχόθεν κρημνοῖς ἀπότομος· ἔχει δὲ καὶ πλησίον ἄλση καὶ λειμῶνας καὶ παραδείσους, καὶ περὶ ταῦτα ἕλη, καὶ σπήλαιον εὐμέγεθες, ἔχον χάσμα κατάγειον, πρὸς τὴν ἄρκτον νενευκός· δι᾽ οὗ μυθολογοῦσι τὸν Πλούτωνα μετ᾽ ἅρματος ἐξελθόντα, ποιήσασθαι τὴν ἁρπαγὴν τῆς Κόρης. Id eſt: *Raptam fabulantur Proſerpinam in vicinis Ennæ pratis. qui locus prope urbem eſt, violis aliisque florum generibus renidens ac ſpectatu dignus.* Et mox: *Eſt pratum id in ſummo dorſo planum & irriguum; circùm verò circa altum & undique præruptum. in propinquo etiam lucos & prata habet, paradiſosque; & circa hæc lacus, & vaſtam quamdam ſpecum; in qua hiatus eſt ſubterraneus, ſeptemtrionibus obverſus: per quam Plutonem curru ad abripiendam Proſerpinam exiſſe fabulantur.* Verùm Cicero, dictâ Verrinâ IIII, locum raptus ita deſcribit: *Enna, ubi ea geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo atque edito: quo in ſummo eſt æquata agri planities, & aquæ perennes. tota verò urbs omni aditu circumciſa atque dirupta eſt: quam circa lacus lucique ſunt plurimi, & lectiſſimi flores. propter eſt ſpelunca quædam, converſa ad aquilonem, infinitâ altitudine: qua Ditem patrem ferunt repentè cum curru exſtitiſſe; abreptamque ex eo loco virginem ſecum absportaſſe.* Et Ariſtotelis verba ex libro de Mirandis hæc fuêre citata: Ἐν τῆς Σικελίας τῇ καλουμένῃ Ἔννῃ σπήλαιόν τι λέγεται εἶναι, περὶ ὃ κύκλῳ πεφυκέναι φασὶ τῶν τε ἄλλων ἀνθέων πλῆθος ἀνὰ πᾶσαν ὥραν, πολὺ δὲ μάλιστα τῶν ἴων ἀπέραντόν τινα τόπον συμπεπληρῶσθαι. διὰ δὲ τούτου τοῦ χάσματος ἀσυμφανής ἐστιν ὑπόνομος· καθ᾽ ὃν φασι τὴν ἁρπαγὴν ποιήσασθαι τὸν Πλούτωνα τῆς Κόρης. Id eſt: *Apud Siciliæ urbem Ennam ſpecus dicitur eſſe, circùm quam cùm aliorum florum copia omni anni tempore creſcat, tùm verò violis immenſum terræ ſpatium obtegatur. Sub hoc autem hiatu obſcurum quoddam antrum latet; quo Pluto egreſſus Proſerpinam abripuiſſe fertur.* In eamdem mentem & Solinus quoque dicto cap. XI: *Heic campus Ennenſis, in floribus ſemper & omni vernus die. quem per demerſum eſt foramen; quo Ditem patrem, ad raptus Liberæ exeuntem, fama eſt, luce hac uſum.* Ovidius verò dicto Faſtor. lib. IIII ita canit:

Valle ſub umbroſâ locus eſt, adſpergine multâ
Vvidus ex alto deſilientis aquæ.
Tot fuerant illic, quot habet natura, colores:
Pictaq. diſſimili flore nitebat humus.
Quam ſimul adſpexit, Comites accedite, dixit:
Et mecum plenos flore referte ſinus.

Et dicto μεταμορφώσεων lib. V ita:

Haud procul Ennæis lacus eſt à mœnibus altus,
Nomine Perguſa.
Silva coronat aquas, cingens latus omne.
Frigora dant rami, varios humus humida flores.
Perpetuum ver eſt. quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas aut candida lilia carpit,
Penè ſimul viſa eſt, dilectaq., raptaq. Diti.

Et Claudianus, lib. II:

Forma loci ſuperat flores. curvata tumore
Parvo planities, & mollibus edita clivis
Creverat in collem: vivo de pumice fontes
Roſcida mobilibus lambebant gramina rivis:
Silvaque torrenteis ramorum frigore ſoles
Temperat.
Haud procul inde lacus (Pergum dixêre Sicani)
Panditur; &, nemorum frondoſo margine cinctus,
Vicinis palleſcit aquis.
Huc elapſa cohors gaudet per florea rura.
Hortatur Cytherea, legant.

Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Sic vario, vago, ac planè incerto modo locum, ex quo rapta ſit Proſerpina, auctores iſti deſignant. quidpe duo poëtæ, Ovidius atque Claudianus, *in luco ad Perguſam lacum*, qui V millia paſſuum ab urbe Ennâ meridiem versùs diſtat, raptam tradunt: Ovidius etiam *ſub umbroſâ valle*; in *loco*, qui *uvidus* erat *multâ adſpergine aquæ ex alto deſilientis*. qui locus, ut deſcribit Claudianus, erat in *planitie parvo tumore curvatâ, & mollibus clivis in collem editâ*: ubi

—— Vivo de pumice fontes
Roſcida mobilibus lambebant gramina rivis.

Ariſtoteles etiam & Solinus in *Ennenſi campo, floribus omnigenis ac maximè violis obſito, juxta immenſæ altitudinis ſpecum*, abreptam deam narrant. At Diodorus, locum eum *propè urbem* quidem ait eſſe, *violis aliisque florum generibus renidentem, in planitie irriguâ*: ſed *circumcircà altâ & undique præruptâ*, & extra lucum ſitâ. Cicero, *planitiem* eam *agri æquatam*, & in eâ *aquas perenneis* in eodem cum ipſâ urbe Ennâ colle *præcelſo atque edito, & omni aditu circumciſo atque dirupto* locat: *circa* autem hunc collem, extra *urbem*, *lacus lucosque plurimos* refert cúm *lectiſſimis floribus*; *& propter ea loca ſpeluncam, qua Dis pater cum curru exiſſe, abreptamque ex eo loco virginem ſecum absportaſſe ferebatur*. Verùm, lapſos heic maximè Ciceronem atque Diodorum, deprehendo: idque diverſo ac contrario errore. hic *pratum*, ex quo rapta dicitur Proſerpina, *cum fontibus* perperam in *circumquaque alto & undique prærupto* loco poſuit: qui ſitus erat ipſius urbis Ennæ; teſtibus Cicerone & Livio, hodiernâque experientiâ. Cicero verò æquè malè ac imperitè dictum pratum, ſeu, ut ipſe vocat, *æquatam agri planitiem* cum *aquis perennibus* in ipſo Ennæ urbis *colle præcelſo atque edito & omni aditu circumciſo atque abrupto* collocavit. De cætero pratum ſive campus etiam in ipſo luco fuiſſe potuit: ne in luci commemoratione Ovidium quoque & Claudianum erraſſe putemus. Pratum id Columella, loco ſuprà ſcripto, vocat *Aequor Ennæum*. Sed

PERGUSA *lacus*.

lucus heic hodiè nullus. LACUS quidpe PERGUS, ſive PERGUSA, in meridiem, ut dixi, ad V millia ab urbe diſtans, ambituque ſuo IIII millia complectens, vinetis circumcolitur. Piſcibus is quidem caret, ſed colubris ſcatet. Olim, quum magnâ religione ab incolis coleretur, verum, credo, de eo prædicaſſe ita Claudianum:

—— Admittit in altum
Cernenteis oculos; & latè pervius humor
Ducit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus:
Imaque perſpicui prodit ſecreta profundi.

PLUTONIA *ſpecus*.

At hodiè aquas eius lino molliendo Ennenſes fœdant. SPECUS autem PLUTONIA, per quam exiiſſe Plutonem ad rapiendam ex vicino prato Proſerpinam, veteres fabulati ſunt, abruptis ſaxis tota nunc oppleta eſt, ore eius ad aquilonem etiamnunc converſo. Sed ad præſcriptum Oppiani locum uti tandem revertamur; quia ex hactenus demonſtratis jam conſtat, non ex præcelſo & undique abrupto circumciſoque colle, ſed ex humili, parvo tantùm mollique tumore editâ, planitie raptam fuiſſe ſecundùm fabulas Proſerpinam; omnino cenſendum eſt, non ἀπ' Ἐνναίοιο ſed ἀπ' Αἰτναίοιο πάγοιο ſcripſiſſe Oppianum: eóque magis, quòd & Hyginus diſertis verbis, *ex monte Aetnâ* raptam, narrat; & Seneca, Cererem matrem *totâ* eam *quæſiviſſe Aetnâ*, ceu in hac perdita fuiſſet, adfirmat. Verùm hic error quorumdam auctorum inde natus haud dubiè eſt, quòd ad conquirendam filiam *iis ignibus tædas inflammaſſe* dicebatur Ceres, *qui ex Aetnæ vertice erumpunt*; ut inter alios Cicero quoque tradit, loco ſuprà perſcripto. Sanè plures iique potiores ſcriptores Ennenſibus adſcripſerunt eam fabulam pratis. eamque ob cauſam tam antiquâ tamque ſanctâ religione ſimulacrum templumque colebatur Cereris apud Ennenſeis. Quod templum magnificentius exſtruere inſtituit Gelo, Syracuſanorum tyrannus, quia Enna urbs à Syracuſanis olim condita erat; teſte Stephano. Verba epitomatoris eius hæc ſunt: Ἔννα, πόλις Σικελίας, κτίσμα Συρακουσίων, μετὰ ο΄ ἔτη Συρακουσῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἐνναῖος, καὶ Ἐνναία. Id eſt: *Enna, urbs Siciliæ; à Syracuſanis condita*, LXX *annis poſt ipſas Syracuſas*. Has conditas fuiſſe anno ſecundo Olympiadis XI, id eſt, ante natum Ieſum anno IↃCCXXXV, ſuprà lib. I, cap. XII, oſtenſum eſt. *Enna* igitur condita fuit Olympiadis XXVIII anno IIII; ante natum Chriſtum IↃCLXV. Fazellus, Decad. I, lib. X, ad deſcriptionem huius urbis Stephani verba ita in Latinum ſermonem converſa citat: *Enna, inquit Stephanus Byzantius, urbs Siciliæ, Syracuſanorum duce*

Enno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Enno ædificium eſt. Mendoſo uſum eſſe exemplari, in quo pro ὁ ἔτη legit vel conjecit τοῦ Ἔννου, ſatis manifeſtum eſt; quando tempus id conditæ urbis non recenſet. Meminit urbis porrò Diodorus lib. XIIII, in rebus geſtis anni ſecundi Olympiadis XCIIII; id eſt, ante natum Chriſtum anni CCCCII. & eodem libro poſteà: ubi Dionyſium per proditionem ait eam ſuæ ditioni adjunxiſſe. item lib. XXIII, bello Punico primo: ut & Polybius in eâdem hiſtoriâ, lib. I. Nobilem poſt hæc reddidit bellum ſervile, quod, Antigenis Ennenſis ſervo auctore ac duce, nomine Enno, natione Syro, LX ampliùs, ut tradit Florus lib. III, cap. XVIIII, vel, ut Oroſius lib. V, cap. VI, LXX, vel tandem, ut Diodorus Siculus lib. XXXIIII, CC millium ſervorum exercitus contra Romanos geſſit. cuius belli Cicero quoque meminit, in Verrinâ III. *Tenuerunt*, inquit, *P. Popilio, P. Rupilio, Coſſ. illum locum ſervi, fugitivi, barbari, hoſtes*. Conſules hî fuêre anno ab urbe Româ conditâ IↃCXXI, ante natum Ieſum anno CXXXII. Sed præcipuam nobilitatem claritudinemque ei omni ævo ad poſteriora etiam usque tempora dedit ſuprà memoratum templum cum ſimulacro Cereris. Hodiéque ex primariis una eſt Siciliæ civitatibus, incolis maximè frequens.

Porrò inter Ennam & ſuperiori capite expoſitum Agyrium, medio ferè itinere dextrorſum, opidum eſt vulgari nunc vocabulo *Azaro*, in edito colle ſitum. Nomen ei antiquum erat Ἀσσωρὸς, ASSORVS, & Ἀσσώριον, ASSORIVM. Memoratur Ciceroni, Ptolemæo, ac Stephano. Opidani inde dicuntur Diodoro, lib. XIIII, ac Stephano Ἀσσωρῖνοι· & eâdem formatione Ciceroni in Verrinis ac Plinio lib. III, cap. VIII, ASSORINI. Quamquàm apud Diodorum, qui bis eorum meminit, priore loco leguntur vocabulo corrupto Ἀσσαρῖνοι· & apud Ptolemæum etiam ipſius opidi nomen multo magis vitiatum Ἄσηρος. quod ex genuino Ἀσσωρὸς primò factum poſterioris ævi vitio, quo geminatum σσ in ſimplex corrumpebatur, quum ſimplex etiam efferretur ut geminum, Ἀσωρός. In antiquo numiſmate, teſte Vrſino, imberbis juvenis caput exſtabat redimitum prolixâ cæſarie, cum inſcriptione ΑΣΣΩΡΟΥ· qui obliquus eſt caſus à prædicto recto Ἀσσωρός. Apud Ciceronem, in Verrinâ IIII, ut mox videbimus, obliquus item eſt caſus *Aſsôro*. Apud Stephani epitomatorem hæc leguntur: Ἀσσώριον, πόλις Σικελίας. ταύτην τρισυλλάβως Ἄσσωρον καλεῖ Ἀπολλόδωρος. τὸ ἐθνικὸν, Ἀσσωρῖνος. Id eſt: *Aſſorium, opidum Siciliæ. Id tribus ſyllabis Aſsôrum vocat Apollodorus. Gentilitium inde eſt Aſſorinus*. Idem gentilium memorat in vocibus Ἀβακαῖνον & Ἄμπελος. Alibi verò ita ſcribit: Ταρχώνιον, πόλις Τυῤῥηνίας· ὁ πολίτης Ταρχωνῖνος, ὡς Ἀσσώριον Ἀσσωρῖνος. Id eſt: *Tarchonium, urbs Tyrrheniæ. opidanus, Tarchoninus; ut Aſſorium Aſſorinus*. Vetuſtiſſima Aſſorinorum memoria exſtat apud Diodorum, dicto lib. XIIII. Οἱ δὲ Σικελοὶ, inquit, πάλαι μὲν μισοῦντες τὸν Διονύσιον, τότε δὲ καιρὸν τῆς ἀποστάσεως ἔχοντες, μετεβάλοντο πρὸς Καρχηδονίους, πλὴν Ἀσσωρίνων, ἅπαντες. Hoc eſt: *Siculi, Dionyſium jam pridem exoſi, tum verò commodam nacti occaſionem, ad Carthaginienſeis deficiunt, præter Aſſorinos, omnes*. Factum id primo anno Olympiadis XCVI, Athenis ſummum gerente magiſtratum Phormione; ante natum Ieſum anno CCCXCVI. Haud incelebrem fuiſſe eorum civitatem, ex eodem libro poſteà colligo; ubi ita ſcriptum eſt: Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν τῶν Σικελῶν χώραν πλεονάκις στρατεύσας ὁ Διονύσιος, Σεργέντιον μὲν καὶ Μοργαντίναν εἷλε, πρὸς Ἀγύριν δὲ, τὸν Ἀγυριναίων τύραννον, καὶ Δάμωνα, τὸν δυναστεύοντα Κεντοριπίνων, ἔτι δ' Ἑρβιταίους καὶ Ἀσσωρίνους συνθήκας ἐποιήσατο· παρέλαβε δὲ διὰ προδοσίας Κεφαλοίδιον καὶ Σολοῦντα καὶ τὴν Ἔνναν. Hoc eſt: *Poſt hæc crebras in Siculorum fineis expeditiones fecit Dionyſius. & Sergentio Morgantinâq; captis, cum Agyri, Agyrinenſium tyranno, & Damone, Centuripinorum principe, item cum Herbitenſibus atq; Aſſorinis, fœdera percuſſit: Cephalædium inſuper & Solûntem Ennamq; per proditiones ſuæ ditioni adjunxit*. Poſterioribus tamen temporibus haud perinde celebris fuiſſe videtur ex Ciceronis verbis Verrinâ IIII. *Hanc*, inquit, *virtutem Agrigentinorum imitati ſunt Aſſorini poſteà; viri fortes & fideles; ſed nequaquàm ex tam amplâ neque ex tam nobili civitate*. Hodiéque tenue eſt opidulum.

ASSORVS opidum.

Aſsôrum opidum lævâ ripâ præterfluit *amnis*, olim CHRYSAS dictus; vulgari nunc vocabulo accolis *Dattáino* & *Dittáino* vocatus, in dextram Symethi fluminis ripam confluens. Cicero verbis proximè ſcriptis hæc continuat: *Chryſas eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit. is apud illos habetur deus; & religione maximâ colitur. Fanum eius eſt in agro, propter ipſam viam, qua Aſsôro itur Ennam. in eo eſt Chryſæ ſimulacrum, præclarè factum è marmore*. De hoc fano ita tradit Fazellus, Decad. I,

CHRYSAS amnis.

CHRYSAE fanum.

lib. x: *Templi huius, ad radicem montis Aſſôri, ex quadratis lapidibus tres ingentes arcus ac novem eius portæ hodiè in vetuſtatis monumentum ſuperſunt. Opidi quoque antiqui* [Aſsôri] *mœnia cum portâ adhuc integrâ, ex miris ſaxis fabricata, cernuntur. In agro eius numiſmata paſſim ærea, ex unâ nudum Chryſam, ex alterâ parte caput hominis, cum Græcis literis Aſſôron exprimentia, reperiuntur.* Hic ſcilicet ſuprà memoratus nummus eſt Vrſini; qui in alterâ eius parte Chryſæ fluvii ſimulacrum, dextrâ manu urceolum retinens, ſiniſtrâ copiæ cornu fuiſſe teſtatur, adſcripto nomine ΚΡΥΣΑΣ, ſine adſpiratione literæ x. Meminit eius Diodorus quoque, prædicto lib. XIIII, his verbis: ὁ δὲ Μάγων κατεστρατοπέδευσεν ἐν τῇ τῶν Ἀγυριναίων χώρᾳ, παρὰ τὸν Χρύσαν ποταμὸν, ἐγγὺς τῆς ὁδοῦ τῆς φερούσης εἰς Μοργαντίναν. Id eſt: *Mago caſtra poſuit in Agyrinenſium agro, ad Chryſam flumen, prope viam, quæ Morgantinam ducit.* De eodem ita habet Vibius, in Catalogo fluminum: *Chryſas; Syracuſis, ex monte Hereo.* Ita ſcilicet *Elorum* quoque amnem *Syracuſarum* dixit: nempe, quia Syracuſanorum tunc ditio in Elorinum usque versùs meridiem, in Aſſorinum versùs ſeptemtriones agros ſeſe extendebat. Ergo CHRYSAE *fanum* ſub ipſo fuit opido Aſsôro, ad ſiniſtram amnis ripam, quà is Aſsôro Ennam euntibus tranſitur.

HERAEI, *ſive* IVNONII *montes.*

HERAEVS iſte *mons*, ex quo Chryſam oriri tradit Vibius, Diodoro plurali numero dicitur Ἡραῖα ὄρη, HERAEI *montes.* unde patet mendosè id vocabulum apud Vibium in vulgatis exemplaribus ſcriptum eſſe in penultimâ ſimplici vocali *e.* quem imperitorum grammaticorum poſterioris ſæculi ſive exſcriptorum errorem nimis vulgarem vel in mille aliis etiam vocabulis deprehendas: hodiéque ita vulgò à noſtris hominibus, etiam Græcæ lingvæ alioquin haud imperitis, uſurpatur. Ex illâ apud Vibium ſcriptione alius, ſatis ingens, Fazello natus eſt error, uti is *Heræos* hosce *montes* paſſim in opere ſuo adpellaverit *Aërios:* quaſi apud Vibium prima litera *A* in *H* corrupta ſit. Nec id errorem eius purgaverit, quòd in quibusdam Diodori exemplaribus legatur ἤερια ὄρη. quidpe, ſi ab altitudine id montibus vocabulum inditum credidit, ut *aërium montem* dixit Virgilius Eclogâ VIII, & Aeneidos lib. VI & VIII, & *aëriam rupem* Georgicor. lib. IIII, *aëriasque Alpeis* Georgicor. lib. III, & ſic alii etiam poëtæ paſſim; ſanè id vocabulum iisdem literis dicitur Græcis ἀέριος, non ἤεριος· niſi fortè hoc etiam corruptum judicaverit ab genuino ἠέριος. Verùm quum ἠέριος ſive ἀέριος commune ſit omnium montium, adéoque omnium arborum aliarumque rerum excelſarum ἐπίθετον, haud veri eſt ſimile, id vocis certo montium jugo pro peculiari propriâque adpellatione inditum eſſe. Ἡραῖα autem ὄρη dici poterant, qui Latinâ lingvâ eſſent IVNONII *montes*, ἀπὸ τῆς Ἥρας, id eſt, *à Iunone:* quemadmodùm *Neptunius mons* dicebatur hisce Heræis montibus connexus, alio nomine Pelorus dictus; ut ſuprà lib. I, cap. VI, docuimus. Deſcribuntur autem *Iunonii* iſti *montes* Diodoro, in fine libri IIII, hoc modo: Ἡραῖα ὄρη κατὰ τὴν Σικελίαν ἐστὶν, ἅ φασι κάλλει τε καὶ φύσει καὶ τόπων ἰδιότητι πρὸς θερινὴν ἄνεσιν καὶ ἀπόλαυσιν εὖ πεφυκέναι. πολλάς τε γὰρ πηγὰς ἔχειν τῇ γλυκύτητι διαφερούσας τῶν ἄλλων ὑδάτων, καὶ δένδρεσι παντοίοις πεπληρῶσθαι. εἶναι δὲ καὶ δρυῶν μεγάλων πλῆθος, φερουσῶν καρπὸν τῷ μεγέθει διαλλάττοντα, διπλασιάζοντα τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις χώραις φυομένων. ἔχειν δὲ καὶ τῶν ἡμέρων καρπῶν αὐτομάτων ἀμπέλους τε πολλὰς φυομένας, καὶ μήλων ἀμύθητον πλῆθος. διὸ καὶ στρατόπεδόν ποτε Καρχηδονίων, ὑπὸ λιμοῦ πιεζόμενον, διαθρέψαι, παρεχομένων τῶν ὀρῶν πολλαῖς μυριάσι χορηγίαν εἰς τροφὴν ἀνέκλειπτον. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ χώρᾳ συναγκείας δένδρων οὔσης, θεοπρεποῦς, καὶ νύμφαις ἄλσους ἀνειμένου, μυθολογοῦσι γεννηθῆναι τὸν ὀνομαζόμενον Δάφνιν, Ἑρμοῦ μὲν καὶ νύμφης υἱὸν, ἀπὸ δὲ τοῦ πλήθους καὶ τῆς πυκνότητος τῆς φυομένης δάφνης ὠνομάσθαι Δάφνιν. Hoc eſt: *Sunt in Siciliâ Heræi montes. quos amœnitate naturâque ac ſitu peculiari ad recreationem & voluptatem æſtivam perquàm opportunos eſſe dicunt. multos quidpe fonteis habent, aquarum dulcedine præſtanteis; arboribus omnis generis referti. magnarum ibi quercuum copia eſt: quæ eximiæ magnitudinis fructum, duploque maiorem & copioſiorem alibi terrarum naſcentibus, producunt. hortenſi quoque fructu abundant. & vites ibi ſponte proveniunt: malorumque ingens eſt ubertas: adeò, ut Carthaginienſium exercitus quomdam, fame laborans, inde aleretur; nec tamen ſumtu, licèt in tot millia profuſo, montium copia exhauriretur. In hac regione convallis quædam arborum, divinum habens decorem, & dicatus Nymphis lucus, exſiſtit. ibi Daphnin Mercurio nymphâque genitum eſſe, produnt: cui laurorum illic multitudo ac denſitas nomen peperit.* Ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ, inquit, id eſt, *in hac regione*; quia non unus tantùm erat montis vertex; qualis eſt Aetna, vel Eryx, vel Ercta apud Panormum: ſed quia ingentem occupabant

NYMPHARVM *lucus.*

pabant Heræi montes terrarum tractum, longè latéque diffuſum, ab opido, cui vulgare vocabulum *Piazza*, ſive Siculorum dialecto *Chiazza*, apud fonteis Gelæ amnis ſito, ad opidum usque, cui vulgaris adpellatio *Noara*, inter Tauromenium & Pactas poſitum: ubi Neptunio, ut antè dictum, ſive Peloro monti connectuntur. Ab occidente, circa Alæſi & Himeræ meridionalis fonteis Nebrodi ſive Maroni monti, qui vulgò nunc dicitur *Madonia*, junguntur. Vulgò nunc inter Maronem & dictum opidum Noaram dicuntur *Monti Sori*. ad fontem verò Chryſæ amnis ingens eius jugum vulgò vocatur *Monte Arteſino*. Fontes in iis ſunt atque fluvii innumeri. Summa eorum amœnitas eſt circa Calacten, Aluntium, & Agathyrnum: quæ loca hodiè vulgò vocari *Carónia*, *S. Filadelfo* ſeu *S. Fratello*, & *S. Marco*, ſuprà oſtenſum eſt. Sub Aluntio etiam, ſive, ut nunc locus vocatur, ſub *S. Fratello*, *aquæ* illæ ſunt, à re ipsâ *Dulces* cognomine, vulgari incolarum lingvâ *Acque dolci*. Fazellus, decad. I, lib. VIIII, cap. IIII, poſt deſcriptionem Fitaliæ amnis, prope cuius ripam ſiniſtram opidum S. Marci, id eſt, vetus Agathyrnum eſſe dixi, ita tradit: *Montes, qui huic flumini intus prominent, omnium, qui totâ penè ſunt Siciliâ, amœniſſimi ſunt. nam licet excelſi ſint, fontium tamen uberrimi ſunt; quibus loca ipſa redduntur habitationi cultuique idonea: vinetis quoque, roſetis, olivetis, ac domeſticis omnium generum arboribus refertiſſimi, quæ toto anni tempore virent. & quod in primis locorum pulcritudinem perficit & amœnitatem, ad collium vicinorum vertices opida ſunt frequentia & conſpicua; quæ inter prata ipſa ac hortos depicta eſſe videntur. rarum profectò totâ Siciliâ naturæ opus; quum cæteri fermè omnes Siciliæ montes aut nudi ſint & horridi, aut ſilveſtribus arboribus & ſilvis ſolùm amicti.* Sanè nullâ aliâ inſulæ parte tam frequentia reperiuntur opida. quod ipſum amœnitatis fertilitatisque huius ſoli certum indicium eſt. Cæterùm NYMPHARVM ille *lucus* quo tractu Heræorum montium fuerit, incertum eſt.

CAP. VIII.

Capytium opidum. Herbita urbs. Imachara, Galaria, Symethus, Hadranum, opida. Hadrani fanum. Hadranius amnis. Opida, Hybla & Murgantia. Morgetes. Sergentium ſive Ergetium opidum.

CAPITIVM opidum.

IN meridionali Heræorum montium latere circa Symæthi fonteis eſt *opidum*, vulgari nunc incolis vocabulo *Capizzi* dictum. Id Ptolemæo vocatur Καπύτιον *opidum*. CAPYTIVM. at Romanis fuiſſe videtur CAPITIVM: & inde *opidani* CAPITINI. nam Ciceroni in Verrinâ II memoratur inter celebreis Siciliæ urbeis *Capitina civitas*. Verba eius hæc ſunt: *Tyndaritanam, nobiliſſimam civitatem, Cephalœditanam, Haluntinam, Apollonienſem, Enguinam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum, intelligetis: Murgentinis, Aſſorinis, Elorinis, Ennenſibus, Ietinis, nihil omnino relictum: Cetarinos, Acherinos, parvarum civitatum homines, omnino abjectos eſſe ac perditos.* A quibus mortalibus condita, & qua fortunâ tot ſæculis uſa fuerit, nusquàm adnotatum reperitur.

HERBITA urbs.

Eodem terrarum tractu, inter Symæthum amnem & Heræum montem fuit Ἕρβιτα πόλις, HERBITA *urbs*; Ciceroni, Diodoro, Ptolemæo, ac Stephano, memorata. *Opidani* inde Græcâ formatione ſunt Diodoro atque Stephano Ἑρβιταῖοι, *Herbitæi*. at Romanis auctoribus, Ciceroni ac Plinio, Latino ore dicuntur HERBITENSES. Stephani verba hæc ſunt: Ἕρβιτα, πόλις Σικελίας· Ἔφορος. τὸ ἐθνικὸν Ἑρβιταῖος. Id eſt: *Herbita, urbs Siciliæ; auctore Ephoro. Gentilitium inde eſt Herbitæus.* Apud Plinium lib. III, cap. VIII, ita ſcriptum eſt: *Hyblenſes, Herbitenſes, Herbeſſenſes, Herbulenſes, Halycienſes, Hadranitani, Imacarenſes, Ichanenſes, Ietenſes, Mutuſtratini, Magellini.* Hinc patet, cum adſpiratione id vocabulum pronunciaſſe veteres; quando ordinem alphabeticum obſervat in Italiæ Siciliæque opidorum recenſione Plinius. Ptolemæus id opidum inter Agurium & Leontinos, ſive inter Centuripas & Menas opida, quorum hoc etiam nunc vulgò vocatur *Minéo*, collocavit. quo equidem tractu ruinæ veteris cuiusdam urbis vulgò hodiè incolis dicuntur *La Citadella*: quam Herbitam antiquam fuiſſe, Fazellus quoque ſuſpicatus eſt. Verùm ut frequentiſſimè ac ferè ſemper alibi, ſic ab Herbitæ quoque vero

ac germano ſitu longiùs aberraſſe Ptolemæum, ego vereor: eorumque potiùs ſubſcribendum ſententiæ cenſuerim, qui Herbitam nunc interpretantur eſſe *Nicoſiam* opidum, ſuprà expoſitis opidis, Ennæ, Aſsôro, Agyrio, & Capytio, conterminum. huc quidpe maximè faciunt hiſtoriæ, in prædictæ Citatellæ ſitum minimè quadrantes. Diodorus lib. XII: Ὁ δὲ Δουκέτιος, προσποιησάμενος, χρησμὸν ὑπὸ τῶν θεῶν ἑαυτῷ δεδόσθαι, κτίσαι τὴν Καλὴν ἀκτὴν ἐν Σικελίᾳ, κατέπλευσεν εἰς τὴν νῆσον μετὰ πολλῶν οἰκητόρων. συνεπελάβοντο δὲ καὶ τῶν Σικελῶν τινες, ἐν οἷς ἦν καὶ Ἀρχωνίδης, ὁ τῶν Ἑρβιταίων δυναστεύων. Id eſt: *Ducetius, oraculo ſe juſſum ſimulans, uti Calacten in Siciliâ conderet, cum magnâ hominum, novas ſedeis quærentium, turbâ in inſulam trajecit. Adjunxêre ſe etiam Siculorum nonnulli; & inter hos Archonides, Herbitenſium princeps.* Et lib. XIIII: Διονύσιος δὲ, ὁ τῶν Συρακουσίων τύραννος, ἐπειδὴ τὴν πρὸς Καρχηδονίους εἰρήνην ἐποιήσατο, τὰς ὁμόρους τῶν Χαλκιδέων πόλεις ἔσπευδε προσαγαγέσθαι· αὗται δ' ἦσαν, Νάξος, Κατάνη, Λεοντῖνοι. πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς Αἴτνην στρατεύσας, παρέλαβε τὸ φρούριον. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Λεοντίνους ἀναζεύξας, ἐγγὺς τῆς πόλεως κατεστρατοπέδευσε· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐξαπέστειλε κήρυκα πρὸς τοὺς Λεοντίνους, κελεύων παραδοῦναι τὴν πόλιν. οὐ προσεχόντων δὲ τῶν Λεοντίνων, ἀλλ' ἅπαντα παρεσκευασμένων τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν, Διονύσιος, οὐκ ἔχων μηχανήματα, τὴν μὲν πολιορκίαν κατὰ τὸ παρὸν ἀπέγνω, τὴν δὲ χώραν ἅπασαν ἐλεηλάτησεν. Ἐκεῖθεν δ' ἀνέζευξεν ἐπὶ τοὺς Σικελοὺς, προσποιούμενος τὸν πρὸς τούτους πόλεμον ἐπανελέσθαι, πρὸς τὸ τοὺς Καταναίους καὶ Ναξίους ῥαθυμοτέρους γενέσθαι περὶ τὴν τῆς πόλεως φυλακήν. Διατρίβων δὲ περὶ τὴν Ἔνναν, Ἀείμνηστον τὸν Ἐνναῖον ἔπεισεν ἐπιθέσθαι τυραννίδι, συνεπιλήψεσθαι τῆς προθέσεως ἐπαγγελλόμενος. * · καὶ τὸν Ἀείμνηστον συλλαβὼν, παρέδωκε τοῖς Ἐνναίοις πρὸς τὴν τιμωρίαν· αὐτὸς δὲ, οὐδὲν ἀδικήσας, ἀπῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως. Ἐκεῖθεν δ' ἀναζεύξας, τὴν τῶν Ἑρβιταίων πόλιν πορθεῖν ἐπιχείρησεν. οὐδὲν δὲ πράσσων, πρὸς μὲν τούτους εἰρήνην ἐποιήσατο, τὴν δὲ δύναμιν ἤγαγεν ἐπὶ Κατάνην. Hoc eſt: *At Dionyſius, Syracuſanorum tyrannus, poſtquàm pacem cum Carthaginienſibus fecerat, vicinas Calchidenſium urbeis ditioni ſuæ adjicere properavit. erant autem Naxus, Catana, & Leontini. Primùm igitur Aetnam infeſto exercitu petens, caſtellum cepit. Pòſt in Leontinos ducens, propè urbem caſtra poſuit. Ac primùm quidem ad Leontinos mittit præconem, qui urbem ſibi dedere jubeat. aſt, ubi detrectare Leontinos imperata, & cuncta obſidioni tolerandæ neceſſaria comparare, videt; quòd machinis tum deſtitueretur, oppugnatione in præſens omiſſâ, agros eorum paſſim depopulationibus & prædis agendis vaſtat. Inde in Siculos movet: hos potiſſimùm bello ſe petere ſimulans, ut Catanenſes ac Naxii tanto ſegniores circa urbium ſuarum cuſtodiam redderentur. Ad Ennam autem hærens, Aïmneſto Ennenſi tyrannidis capeſſendæ auctor eſt; ſuamque ad hoc perſequendum operam pollicetur.* Mox: *Et comprehenſum Aïmneſtum, ad ſupplicium Ennenſibus tradit: ipſeque, nullis damnis illatis, ex urbe abivit. Caſtris inde promotis, Herbitenſium urbem oppugnare adgreſſus eſt. ſed quum res non ſuccederet, pace cum illis initâ, copias adverſùs Catanam duxit.* Et eodem libro haud multo pòſt: Ἀρχωνίδης δὲ, ὁ τῆς Ἑρβίτης ἐπιστάτης, ἐπειδὴ πρὸς Διονύσιον εἰρήνην ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἑρβιταίων συνέθετο, διενοεῖτο κτίσαι πόλιν· εἶχε γὰρ μισθοφόρους τε πλείους καὶ σύμμικτον ὄχλον, ὃς τῷ πρὸς Διονύσιον πολέμῳ συνέδραμεν εἰς τὴν πόλιν· πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Ἑρβιταίων ἐπηγγέλλοντο αὐτῷ κοινωνήσειν τῆς ἀποικίας. ἀναλαβὼν οὖν τὸ συνερρυηκὸς πλῆθος, κατελάβετο τινα λόφον, ὀκτὼ σταδίους ἀπέχοντα τῆς θαλάττης, ἐν ᾧ πόλιν ἔκτισεν Ἄλαισαν. Hoc eſt: *Archonides, Herbitæ præfectus, poſteaquàm populus Herbitenſium pacem cum Dionyſio firmaverat, novæ urbi condendæ animum adjecit. mercenarios quidpe complureis habebat, & promiſcuam in urbe turbam, quæ belli Dionyſiani metu eò confluxerat. multi quoque Herbitenſium in coloniam hanc ultro nomina profitebantur. Multitudine itaque, quæ convenerat, adſumtâ, collem quemdam occupat, VIII ſtadia à mari diſſitum; in quo Alæſæ urbis fundamenta jecit.* Ex Diodori igitur iſtis verbis clarè ac dilucidè perſpicitur, *Herbitam* non fuiſſe prædictam Citatellam. à qua ad Calacten vel Alæſam contendere ſi voluiſſent Herbitenſes; vel Centuripinorum, vel Agyrinenſium, vel denique Ennenſium, florentium tunc civitatum, permeandi fuiſſent fines. eâque ratione minùs fuiſſet commodum Herbitenſibus, XXV circiter millibus paſſuum à Siculo mari diſſitis, ad alterum ac longiùs remotum mare, quod Tuſcum vocabatur, coloniam deducere, eamque ibi tueri. At verò Nicoſiam ſi intelligas eſſe antiquam illam Herbitam; XXX circiter inde numerantur millia ad Alæſam; nullo alio olim intercedente opido, præter Mutiſtratum caſtellum ſive opidulum: quod & ipſum unà cum proximo circa Alæſam litore, haud dubiè in Herbitenſium fuit ditione. quidpe potentem latéque imperitantem fuiſſe civitatem, ſatis vel ex eo adparet, quod ab Dionyſio, potentiſſimo Siciliæ tyranno, expugnari nequiverit. Verùm

enimverò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

enimverò ipſa Nicoſia an ſit antiquorum Herbita, equidem dubito. ſic quidpe tradit Aretius, in ſuâ Siciliæ chorographiâ: *Nicoxiæ nomen incertum eſſet, niſi conjectura, quam Herbitam antiquitus adpellabant, honeſtam & copioſam civitatem, eſſe doceret. Alii à proximo loco, Caſalinis nomine, illuc eam translatam aiunt. A qua haud procul Sperlinga arx in rupe, ex unâ parte in excelsâ altitudine excisâ. opidum ubi antiquitus fuiſſe, quòd ruinæ atq; antiquitatis adhuc viſuntur veſtigia, vicini populi teſtantur.* Hæc igitur potiùs antiquorum illa Herbita: ex cuius interitu poſteà crevit Nicoſia. Cæterùm vetuſtiſſima Herbitæ memoria apud Diodorum, dicto lib. XII, adnotata eſt anno III Olympiadis LXXXIII; id eſt, ante natum Ieſum Chriſtum CCCCXLVI. Poſterioribus quoque temporibus Cicero præcipuis in mediterraneo urbibus eam adnumeravit. Verrinâ II: *Dixerunt* [*teſtimonium*] *Halæſini, Catanenſes, Tyndaritani, Ennenſes, Herbitenſes, Agyrinenſes, Netinenſes, Segeſtani.* Verrinâ III: *Herbitenſis ager, Ennenſis, Murgentinus, Aſſorinus, Imacharenſis, Agyrinenſis, ita relictus erat ex maximâ parte, ut non ſolùm jugerum, ſed etiam dominorum multitudinem quæreremus.* Et eâdem actione poſteà: *Tu, quum civitatum Siciliæ vulgò omne frumentum improbas, num ex Aegypto aut ex Syriâ frumentum Romam mittis? Improbas Halæſinum, Cephalæditanum, Thermitanum, Ameſtratinum, Tyndaritanum, Herbitenſe.* Item Actione V: *Audiſtis Centuripinos, Agyrinenſeis, Catanenſeis, Herbitenſeis, Ennenſeis, complureis alios, publicè dicere, quæ ſolitudo eſſet in agris.* Sed celebritatem eius maximè indicat in dictâ actione III, his verbis: *Videamus, Herbitenſis civitas, honeſta, & anteà copioſa, quemadmodùm ſpoliata ab iſto ac vexata ſit.*

Porrò inter Capytium & Centuripas Ptolemæo locatur Ἰμαχάρα πόλις, IMACHARA *opidum*. unde opidani ſunt Ciceroni IMACHARENSES; & Plinio *Imacarenſes*. IMACHARA *opidum.* Vulgata equidem Ptolemæi exemplaria habent, alia Ἰμιχάρα, alia Ἠμιχάρα. & apud Ciceronem in Verrinâ III legitur primùm *Macharenſis* ager; dein *Acharenſes* opidani: ut & Verrinâ V *Leon Acharenſis*. Verùm, ſcribendum eſſe in capite vocabuli literam *I*, Plinii ordo alphabeticus, quem obſervat, apertè teſtatur. is enim ita refert lib. III, cap. VIII: *Hyblenſes, Herbitenſes, Herbeſſenſes, Herbulenſes, Halycienſes, Hadranitani, Imacarenſes, Ichanenſes, Ietenſes, Mutuſtratini, Magellini, Murgentini, Mutycenſes, Menanini, Naxii, Noæni, Petrini, Paropini.* Apud Ciceronem licèt quædam exemplaria habeant in dictâ actione III *Acharenſes*, & actione V *in Leonte Megarenſi*; tamen alia exemplaria iiſdem locis habent *Imacharenſis*, & *in Leonidâ Imacharenſi*. Vnde ex utroque tandem auctore liquet, apud Ptolemæum quoque in ſecundâ ſyllabâ α eſſe ſcribendum Ἰμαχάρα. Fazellus, decad. I, lib. IIII, cap. II, *Macharam* iſtam Ciceronis, Plinii, ac Ptolemæi, apud Pachynum poſuit promontorium; ubi ruinæ veteris opidi vulgò incolis etiamtunc dictæ ſunt *Citadella di Machari*. Verùm erraſſe poſterioris ſæculi huius loci incolas, falsóque ruinas eas interpretatos eſſe Imacharam urbem quosdam viros literatos, qui id incolarum perſvaſerunt ſimplicitati, præter ſuprà citatam Ptolemæi auctoritatem, Cicero quoque adfirmaverit; apud quem, dictâ Actione III hæc leguntur: *Herbitenſis ager, Ennenſis, Murgentinus, Aſſorinus, Imacharenſis, Agyrinenſis, ita relictus erat ex maximâ parte, ut non ſolùm jugerum, ſed etiam dominorum multitudinem quæreremus. Aetnenſis verò ager, qui ſolebat eſſe cultiſſimus, &, quod caput eſt rei frumentariæ, campus Leontinus, ſic erat deformis atque horridus, ut in uberrimâ Siciliæ parte Siciliam quæreremus.* Reliqua iſta opida omnia (nam *Murgentium* circa Symæthi fuiſſe oſtium, mox oſtendetur) quum inter ſe fuerint contermina, de *Imacharâ* quoque idem colligere licet. *Imacharam* itaque, ſimul ex hoc Ciceronis documento ſimul ex prædictâ Ptolemæi locatione inter Centuripas & Capytium, idem eſſe cenſeo opidum, quod nunc vulgari dicitur incolis vocabulo *Traina*. Fallitur vehementer Fazellus, decad. I, lib. X; ubi hanc urbem veteri juriſconſulto Vlpiano *Traianopolim* eſſe docet. Verba juriſconſulti in Digeſtor. lib. XL, tit. XV, qui eſt *De Cenſibus*, hæc ſunt: *Eſt & in Ciliciâ Selinûs, & Traianopolis.* Vbi Fazellus legit, *in Siciliâ*. verùm fallitur, ut dixi, vehementiſſimè. quidpe eo titulo gentium longiſſimè ab Italiâ Siciliâque diſſitarum recenſet colonias juriſconſultus, Syriæ, Palæſtinæ, Daciæ, Bithyniæ, Ponti, Ciliciæ. in hac verò fuit *Selinûs*, urbs maritima; teſte Ptolemæo. de qua ita ex Dionis libro quadrageſimo octavo Xiphilinus, in vitâ Traiani: Καὶ ἐς Σελινοῦντα τῆς Κιλικίας ἐλθὼν, ἣν δὴ καὶ Τραιανοῦ πόλιν καλοῦμεν, ἐξαίφνης ἀπέψυξε. Id eſt: *Tandem Selinûntem, Ciliciæ urbem, delatus, quam & Traianopolim*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

vocamus, illico mortem obiit. Haud dubiè igitur ab Vlpiano ſcriptum fuit; *Eſt & in Ciliciâ Selinûs, quæ & Traianopolis*.

GALARIA *opidum.*

Haud procul à Trainâ, orientem verſùs, quà Randatium itur, opidulum nunc eſt vulgari vocabulo *Gagliano*. id Aretius idem putat eſſe, quod antiquitus dicebatur Γαλαρία, GALARIA, & item Γαλάρινα, GALARINA. unde *opidani* fuerunt dicti Γαλαρῖνοι, GALARINI, à Γαλαρία· à Γαλάρινα verò Γαλαριναῖοι, *Galarinæi*: qui Romano ore rectè formabuntur GALARINENSES. ſic enim ab Ἀγύρινα qui Græcis dicebantur Ἀγυριναῖοι, *Agyrinæi*, Latinis erant Agyrinenſes: ab Ἀγύριον verò Ἀγυρῖνοι, *Agyrini*; ut ſuprà oſtenſum. Apud Favorinum hæc leguntur: Γαλάρινα, πόλις Σικελίας. Id eſt: *Galarina, opidum Siciliæ*. Sic & Stephani epitomator: Γαλάρινα, πόλις Σικελίας, κτίσμα Μόργου Σικελοῦ. λέγεται καὶ Γαλαρία χώρα. ὁ πολίτης Γαλαρῖνος, καὶ Γαλαριναῖος. Id eſt: *Galarina, opidum Siciliæ, à Morge Siculo conditum. Vocatur & Galaria regio. Opidanus inde dicitur Galarinus, & Galarinæus*. Apud Diodorum, lib. XVI, hæc ſunt: Ἐπὶ πρώτην δὲ τὴν τῶν Ἐντελλίνων πόλιν ἐλθόντες οἱ Καρχηδόνιοι, τήν τε χώραν ἐδῄωσαν, καὶ τοὺς ἐγχωρίους εἰς πολιορκίαν συνέκλεισαν. οἱ δὲ τὴν πόλιν κατοικοῦντες Καμπανοί, καταπλαγέντες τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψαν εἰς τὰς ἄλλας πόλεις, τὰς ἀλλοτρίως διακειμένας πρὸς Καρχηδονίους, περὶ βοηθείας. τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐδεὶς ὑπήκουσεν· οἱ δὲ τὴν Γαλερίαν πόλιν οἰκοῦντες ἐξέπεμψαν αὐτοῖς στρατιώτας ὁπλίτας χιλίους. τούτοις δ' ὑπαντήσαντες οἱ Φοίνικες καὶ περιχυθέντες τῷ πλήθει, πάντας κατέκοψαν. οἱ δὲ τὴν Αἴτνην κατοικοῦντες Καμπανοὶ τὸ μὲν πρῶτον παρεσκευάζοντο συμμαχίαν ἐκπέμπειν εἰς τὴν Ἔντελλαν, διὰ τὴν συγγένειαν· μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τῶν Γαλερίνων συμφορὰν ἀκούσαντες, ἔκριναν ἡσυχίαν ἄγειν. Hoc eſt: *Carthaginienſes, primam Entellinorum urbem adgreſſi, pervaſtatis agris, opidanos, intra mœnia concluſos, obſident. Vrbem tunc Campani tenebant. qui multitudine hoſtium perterriti, urbeis cæteras, quibus odium cum Pœnis intercedebat, de ferendis auxiliis ſolicitant. Aliorum quidem nulli poſtulatis illorum adſenſerunt. ſoli Galeriam habitantes* CIↃ *armatos ſubſidio miſerunt. quos tamen in itinere obviam facti Carthaginienſes, multitudine circumventos, ad unum omneis contrucidarunt. Campani quidem, Aetnam incolentes, auxiliis Entellam, conſanguinitate ſibi conjunctam, ſublevare initio parati erant: ſed clade Galerinorum intellectâ, bello abſtinere, ſatius fore duxerunt*. Vitiata eſſe duo iſta vocabula Γαλερίαν & Γαλερίνων, à genuinis Γαλαρίαν & Γαλαρίνων, cùm ex Favorini ac Stephani epitomatoris ſuprà recitatis locis, tùm ex ipſius patet Diodori lib. XVIII; ubi ita ſcriptum eſt: Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Δεινοκράτης, ὁ τῶν Συρακουσίων φυγάδων ἡγεμών, πρὸς μὲν τοὺς Καρχηδονίους διεπέμπετο, βοηθεῖν ἀξιῶν πρὶν ἢ τὸν Ἀγαθοκλέα πᾶσαν ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι Σικελίαν· αὐτὸς δὲ προσδεξάμενος τοὺς ἐκ Μεσσήνης ἐκβεβλημένους φυγάδας, ἔχων ἁδρὰν δύναμιν, ἀπέστειλέ τινα τῶν περὶ αὐτὸν Νυμφόδωρον, δοὺς μέρος τῶν στρατιωτῶν, ἐπὶ τὴν Κεντοριπίνων πόλιν. ταύτην γὰρ φρουρουμένην ὑπ' Ἀγαθοκλέους τῶν πολιτικῶν τινες ἐπηγγείλαντο παραδώσειν, ἐφ' ᾧ τὴν αὐτονομίαν δοθῆναι τῷ δήμῳ. παρεισπεσόντος δ' εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ νυκτός, οἱ προεστῶτες τῆς φρουρᾶς αἰσθόμενοι τὸ γεγονός, αὐτόν τε τὸν Νυμφόδωρον ἀνεῖλον καὶ τοὺς βιαζομένους ἐντὸς τοῦ τείχους. * . * . Οἱ δὲ περὶ τὸν Δεινοκράτην φυγάδες, ἔχοντες πεζοὺς μὲν ὑπὲρ τοὺς τρισχιλίους, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους δισχιλίων, τὴν καλουμένην Γαλαρίαν κατελάβοντο, τῶν πολιτῶν ἑκουσίως ἐπικαλεσαμένων· καὶ τοὺς μὲν Ἀγαθοκλέους ἐξέβαλον, αὐτοὶ δὲ πρὸ τῆς πόλεως ἐστρατοπέδευσαν. Ἀγαθοκλέους δὲ ταχέως ἀποστείλαντος ἐπ' αὐτοὺς Πασίφιλον καὶ Δημόφιλον, μετὰ στρατιωτῶν πεντακισχιλίων, ἐγένετο μάχη πρὸς τοὺς φυγάδας, ὧν ἡγοῦντο Δεινοκράτης καὶ Φιλωνίδης. * . Οἱ δὲ περὶ τὸν Πασίφιλον τούτων τε πολλοὺς κατὰ τὴν φυγὴν ἀνεῖλον, καὶ τὴν Γαλαρίαν ἀνακτησάμενοι, τοὺς αἰτίους τῆς ἀποστάσεως ἐκόλασαν. Hoc eſt: *Dum hæc geruntur, Dinocrates, exſulum Syracuſanorum dux, ad Carthaginienſeis auxilia petitum mittit, priusquàm Agathocles Siciliam totam ſuæ poteſtatis faceret. ipſe etiam, exſulibus, quos Meſſanenſes ejecerant, ſusceptis, quum validas jam copias haberet, Nymphodorum, ex familiaribus quemdam, cum parte copiarum ad Centuripinorum urbem miſit. hanc enim, Agathoclis præſidio firmatam, nonnulli ſe tradituros pacti erant; hac condicione, ſi poteſtas ſuis legibus vivendi populo redderetur. Iamque noctu in urbem irruperat, quum cuſtodiæ præfecti, rem odorati, & Nymphodorum ipſum occiderunt, & eos, qui per vim mœnia intraverant*. Et paullo pòſt: *Dinocrates verò cum exſulibus, habens ſupra tria millia peditum, & non infra duo millia equitum, Galariam occupat; quum ultro cives eum vocaſſent: & factione Agathoclis ejectâ, ipſe ante urbem caſtra locat. Miſſis verò contra ipſum Paſiphilo & Demophilo, cum* V *millibus militum, prœlium fit cum exſulibus, quorum duces erant Dinocrates & Philonides*. Mox: *Paſiphilus autem complureis horum in fugâ necavit; &, Galariâ recuperatâ, auctores defectionis ſupplicio adfecit*. Adparet ex hac hiſtoriâ ſatis diſertis indiciis,

Galariam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Galariam in eodem cum Centuripis circa Aetnam montem ac Symæthum amnem tractu fuiſſe poſitam. cui ſitui juxtà ac nomini urbis ſatis probè convenit prædictum opidum *Galianum*, ſeu, ut vulgò vocant ſcribuntque incolæ *Gagliano*: ubi literæ *gl* pronunciantur fermè ut geminum *ll*. dici quidpe id vocabulum poſterioribus poterat temporibus à priſtino *Galariano*. Sed huic opinioni haud leve etiam illud adfert firmamentum, quòd Stephanus Galariam τοῦ Μόργου Σικελοῦ κτίσμα eſſe adfirmat, id eſt, *opidum à Morge Siculo conditum*. ſic quidpe tradit Strabo lib. VI: Φασὶ δὲ τινες καὶ τὸ Μοργάντιον ἐντεῦθεν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῶν Μοργήτων ἔχειν. Id eſt: *Sunt, qui Morgantium à Morgetibus nomen habere adſerant.* Et eodem libro poſteà; ubi de Græcorum in Siciliam migratione agit: Οὐδένα δὲ τῆς παραλίας εἴων οἱ Ἕλληνες ἅπτεσθαι, τῆς δὲ μεσογαίας ἀπείργειν παντάπασιν οὐκ ἴσχυον· ἀλλὰ διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ καὶ Σικανοὶ καὶ Μόργητες, καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον. καὶ τὴν Μοργάντιον δὲ εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων ᾠκίσθαι. Id eſt: *Græci non ſinebant quemquam oram tangere maritimam: at è mediterraneis ejicere omnino non valebant. manebantque ad ea tempora Siculi, Sicani, Morgetes, & nonnulli alii, inſulam incolentes. ac probabile eſt, Morgantium à Morgetibus fuiſſe conditum.* Morgantium fuiſſe circa Symæthi amnis oſtium, mox poſteà oſtendam. Hic igitur Siciliæ circa Symæthum amnem & Aetnam montem tractus ſedes fuit Morgetum: quos unà cum Siculis ex Italiâ in Siciliam, quæ tum dicebatur Sicania, transmigraſſe, tradit eodem libro anteà Strabo, & item Dionyſius Halicarnaſſenſis lib. I.

SYMETHVS *opidum.*

Porrò inter Centuripas & Agyrium referunt Excerpta legationum è Diodori lib. XXII τὸ Ἀμήσελον χωρίον, *Ameſelum opidulum*; ni corruptum id fortè fuerit vocabulum, ut innumera in iisdem legationum excerptis alia. Verba iſtic hæc leguntur: Ὁ δὲ Ἱέρων, Μύλας κατὰ κράτος ἑλὼν, ἐκυρίευσε στρατιωτῶν ,αφ΄. εὐθὺς δὲ καὶ τἄλλα χωρία χειρωσάμενος, κατήντησεν ἐπὶ τὸ Ἀμήσελον, κείμενον μεταξὺ Κεντοριπίνων καὶ Ἀγυριναίων. ὀχυροῦ δὲ ὄντος, καὶ πολλοὺς στρατιώτας ἔχοντος, ἐκπολιορκήσας τὸ χωρίον, τοῦτο μὲν κατέσκαψε, τοὺς δὲ φρουροῦντας ἀπολύσας τῶν ἐγκλημάτων, ἔταξε εἰς τὰς ἰδίας τάξεις· τῆς δὲ χώρας τὴν μὲν τοῖς Κεντοριπίνοις, τὴν δὲ τοῖς Ἀγυριναίοις ἐδωρήσατο. Id eſt: *Hiero, Mylis vi expugnatis, mille quingentos milites in poteſtatem redegit. & confeſtim aliis quoque locis ſubactis, Ameſelum versùs contendit; quod inter Centuripinos & Agyrinenſeis ſitum eſt. Id opidum licèt firmum eſſet, multumq; haberet militum; expugnavit tamen, diruitque: & præſidiarios, criminibus exſolutos, in ordines ſuos adſcivit. agri verò partem Centuripinis, partem Agyrinenſibus donavit.* Opidum hodiè, medio fermè Centuripas inter & Agyrium itinere, apud dextram Symæthi fluminis ripam ſitum eſt, in primis inſulæ urbibus clarum, vulgari vocabulo *Racalbuto*. quod ex ſitu, antiquum illud eſſe opidum Diodoro memoratum, colligo. Verùm, ut antè dixi, vehementer vereor, ne id vocabuli corruptum ſit, ut innumera alia paſſim in iisdem Legationum excerptis. Ptolemæo ſanè opidum in mediterraneo Siciliæ memoratur, nomine, ut vulgata habent exemplaria Δύμηθος, *Dymethus*. quod & ipſum corruptum eſſe vocabulum à genuïno Σύμηθος, SYMETHVS, Plinii ſatis clarè docet teſtimonium; apud quem lib. III, cap. VIII, opidani mediterranei leguntur SYMAETHII. *Hadranitani*, inquit, *Imacarenſes, Ichanenſes, Ietenſes, Mutuſtratini, Magellini, Murgentini, Mutycenſes, Menanini, Naxii, Noæni, Petrini, Paropini, Phintienſes, Semellitani, Scherini, Selinuntii, Symæthii, Talarienſes, Tiſſinenſes, Triocalini.* Suprà autem, lib. I, cap. X, docui, idem flumen & Symæthum & Symethum fuiſſe dictum. Opidi igitur etiam nomen rectè formatum erit Σύμαιθος, SYMAETHVS. unde *opidani* Συμαίθιοι, *Symæthii*; ut teſtis eſt dicto loco Plinius. qua formatione etiam Virgilius uſus eſt, Aeneid. lib. VIIII, in his verſibus:

Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
Inſignis facie; genitor quem miſerat Arcens,
Eductum Martis luco, Symæthia circùm
Flumina.

Sic & Ovidius, Μεταμορφώσεων lib. XIII Acin Simethium vocat heroëm, hoc verſu:

Terga fugæ dederat converſa Simethius heros.

In dictis itaque Legationum excerptis eadem vox Σύμηθον miſerè corrupta eſt, tranſpoſitis commutatisque literis in Ἀμήσελον. Ptolemæum id non inter Agyrium & Centuripas, ſed inter has & Aetnam opidum locaſſe, (quo ſitu eſſe minimè potuit, ob vicinitatem quatuor opidorum Centuriparum, Aetnæ, Hyblæ & Hadrani, quæ mox oſtendam) nemini fas ſit mirari, quum ipſum amnem Symæthum per-

ram atque imperitè, ut pleraque alia, inter Catanam & Tauromenium poſuerit; ut ſuprà, dicto lib. I, cap. X, oſtenſum eſt. Cæterùm à quibus mortalibus & quo tempore cùm ab initio conditum fuerit id opidum, tùm poſt Hieronis everſionem reſtitutum, (quod factum patet ex Plinii Ptolemæique commemoratione) incertum eſt.

HADRANUM *opidum.* Ἄδρανον πόλις, HADRANUM *opidum*, Diodoro, Silio, Plutarcho, atque Stephane memoratum, vulgò nunc dicitur *Aderno*, ad radices Aetnæ VII circiter millia paſſuum ab Centuripis poſitum. *Opidani* inde ſunt Diodoro, Plutarcho, ac Stephano Ἀδρανῖται, *Hadranitæ*. quod Latino ore Plinius formavit HADRANITANI: quemadmodùm à vocabulo Δρέπανον, *Drepanum*, dicebantur opidani Græcis Δρεπανῖται, Latinis verò *Drepanitani*. At in nummo antiquo, quem Goltzius refert, & item apud Stephanum, ut mox videbimus, opidani ſunt Ἀδράνιοι, *Hadranii*. Cæterò ſcribitur id vocabulum paſſim ſine adſpiratione Ἄδρανον, *Adranum*. at cum adſpiratione eſſe ſcribendum, cùm Silii exemplaria docent, tùm maximè Plinii auctoritas; qui id in ordine ſuo alphabetico inter vocabula ab *H* incipientia recenſet. ſic quippe ſcriptum eſt lib. III, cap. VIII: *Hyblenſes, Herbitenſes, Herbeſſenſes, Herbulenſes, Halycienſes, Hadranitani, Imacarenſes, Inachenſes, Ietenſes, Mutuſtratini, Magellini, Murgentini.* Et apud Silium lib. XIIII:

Hadranum, Hergentumq; ſimul, telâque ſuperba
Lanigerâ Melite.

Situm opidi indicat Diodorus lib. XIIII, his verbis: Διονύσιος δ᾽ ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν ὑπ᾽ αὐτὸν τὸν τῆς Αἴτνης λόφον, καὶ ἀπό τινος ἐπιφανοῦς ἱεροῦ προσηγόρευσεν αὐτὴν Ἄδρανον. Id eſt: *Dionyſius in Siciliâ opidum ſub ipſum Aetnam montem exſtruxit, quod ab inſigni quodam fano Hadranum vocavit.* Factum eſt Olympiadis XCV anno primo; ipſo Diodoro teſte: id eſt, anno ante natum Ieſum CCCC.

HADRANI *fanum.* At ἱερὸν hoc τοῦ Ἀδρανοῦ, id eſt, FANUM HADRANI, jam anteà eo loco fuiſſe, diſertè ex citatis verbis liquet. Idem auctor lib. XVI: Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἱκέτας, ἀναλαβὼν τῶν στρατιωτῶν σὺν ἀρίστους πεντακισχιλίους ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς Ἀδρανίτας, ἀντιπράττοντας αὐτῷ, καὶ πλησίον τῆς πόλεως κατεστρατοπέδευσεν. ὁ δὲ Τιμολέων, προσλαβόμενος παρὰ τῶν Ταυρομενίων στρατιώτας, ἀνέζευξεν ἐκ τοῦ Ταυρομενίου, τοὺς ἅπαντας ἔχων οὐ πλείους τῶν χιλίων. ἐρχομένης δὲ τῆς νυκτὸς ἀφορμήσας, καὶ διανύσας ἐπὶ τὸ Ἄδρανον δευτεραῖος, ἀνελπίστως ἐπέθετο τοῖς περὶ τὸν Ἱκέταν δειπνοποιουμένοις. Id eſt: *Poſt hæc Hicetas, V millibus delectiſſimorum in exercitu militum contra Hadranitanos ductis, prope opidum caſtra poſuit. Timoleon verò, aliquot cohortibus à Tauromenio acceptis, inde movit; in univerſum non ſupra mille ducens. Egreſſus ſub principium noctis, altero die Hadranum usque iter confecit: ac fortefortunà in cœnanteis Hicetianos incidit.* Sed diſertiùs locum opidi oſtendit Plutarchus in Timoleonte, eamdem rem narrans: Ἀδρανῖται πόλιν μικρὰν μὲν, ἱερὰν δ᾽ οὖσαν Ἀδρανοῦ θεοῦ τινος, τιμωμένου διαφερόντως ἐν ὅλῃ Σικελίᾳ, κατοικοῦντες, ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἱκέτην προσαγόμενοι καὶ Καρχηδονίους, οἱ δὲ πρὸς Τιμολέοντα διαπεμπόμενοι. καί πως ἀπ᾽ αὐτομάτου συνέτυχε, σπευδόντων ἀμφοτέρων, εἰς ἕνα καιρὸν ἀμφοτέροις γενέσθαι τὴν παρουσίαν. ἀλλ᾽ Ἱκέτης μὲν ἧκεν πεντακισχιλίους στρατιώτας ἔχων. Τιμολέοντι δὲ οἱ σύμπαντες ἦσαν οὐ πλείους χιλίων διακοσίων. οὓς ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ Ταυρομενίου, σταδίων πρὸς τὸ Ἄδρανον ὄντων τετταράκοντα καὶ τετρακοσίων, τῇ μὲν πρώτῃ τῆς ἡμέρας οὐ πολὺ μέρος τῆς ὁδοῦ προέλαβε, καὶ κατηυλίσατο· τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ συντόνως ὁδεύσας, καὶ χαλεπὰ χωρία διελθὼν, ἤδη τῆς ἡμέρας καταφερομένης ἤκουσεν ἄρτι προσμιγνύναι τὸν Ἱκέτην τῷ πολιχνίῳ, καὶ καταστρατοπεδεύειν. Hoc eſt: *Hadranitani, exiguum quidem, ſed deo cuidam Hadrano, quem tota Sicilia religioſiſſimè veneratur, opidum incolentes, mutuis inter ſe agitabantur ſeditionibus. Horum una pars Hiceten & Pœnos accerſebat, altera verò Timoleontem. Accidit autem fortefortunà, dum pro ſe maturat uterque, uti ſub idem tempus adeſſent ambo. Verùm Hicetes ducebat ſecum V millia militum. Timoleon autem milites habebat haud ampliùs* CIↃCC. *cum his à Tauromenio movit: quod diſtat ab Hadrano millia* XLII *& paſſus* IↃ. *nec multum itineris primo die emenſus, caſtra metatus eſt. poſtero die, ducto raptim agmine, locisque aſperis ſuperatis, præcipiti jam in veſperum die accepit, ad opidulum acceſſiſſe Hiceten; juxtàque caſtra ponere.* Aſpera iſta loca erant in radicibus Aetnæ montis, ſaxis è crateribus Aetnæ ejectis impedita; ut ſuprà lib. I, cap. VIII docuimus. Cæterùm Stephani epitomatori Ἀδρανός quoque ποταμὸς, id eſt HADRANIUS amnis, memoratur ad hoc opidulum. Ἄδρανον, inquit, πόλις Σικελίας ἐν τῇ Αἴτνῃ, ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα. λέγεται καὶ ἀρσενικῶς Ἀδρανός. Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν. Ut innumeris aliis locis apud hunc epitomatorem vocabula mirum atque immanem in

modum

modum corrupta leguntur, ſic heic etiam καὶ & Ἀδρανίτας vitiata eſſe judico ex genuinis δὲ & Ἁδρανῖται. quapropter poſteriora ſic lego: Λέγεται δὲ ἀρσενικῶς Ἁδράνιος. Ἀπολλόδωρος δὲ Ἁδρανῖται φησὶ τὸ ἐθνικόν. ſenſuſque univerſorum verborum erit iſte: *Hadranum, opidum Siciliæ apud Aetnam, amnem habens cognominem. vocatur autem is maſculino genere Hadranius. Apollodorus verò gentilitium dicit Hadranitæ.* Nempe amnis ex opidi nomine derivativo ſeu gentilitio vocabulo, quod antiquum etiam nummum referre dixi, dicebatur *Hadranius*. Apollodorus verò aliud ab hoc gentilitium uſurpavit *Hadranitæ*: quo Diodorus quoque & Plutarchus locis præſcriptis uſi ſunt. Amnis is hodiéque vulgari adpellatione dicitur *Fiumme d' Aderno*.

HYBLA MAIOR *opidum.*

Cæterùm eodem inter Aetnam montem ac Symethum amnem tractu fuit Ὕβλα πόλις, ἡ Μείζων τὴν ἐπίκλησιν, id eſt, HYBLA *urbs, cognomento Maior*; Thucydidi, Livio, Pauſaniæ, Ptolemæo, ac Stephano memorata. Apud Pauſaniam in Eliacis hæc leguntur: Πρὸς δὲ τῷ ἅρματι τῷ Γέλωνος Ζεὺς ἕστηκεν ἀρχαῖος, ἔχων σκῆπτρον· Ὑβλαίων δὲ φασὶν εἶναι ἀνάθημα. Αἱ δ' ἦσαν ἐν Σικελίᾳ πόλεις αἱ Ὕβλαι, Γερεᾶτις ἐπίκλησιν, τὴν δὲ ὥσπερ γε καὶ ἐκάλουν μείζονα. ἔχουσι δὲ καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι τὰ ὀνόματα· ἐν τῇ Καταναίᾳ δὲ ἡ μὲν ἔρημος ἐς ἅπαν· ἡ δὲ κώμη τε Καταναίων ἡ Γερεᾶτις, καὶ ἱερόν σφισιν Ὑβλαίας ἐστὶ θεοῦ, παρὰ Σικελιωτῶν ἔχον τιμάς. παρὰ τούτων δὲ κομισθῆναι τὸ ἄγαλμα ἐς Ὀλυμπίαν ἡγοῦμαι. τεράτων γὰρ σφᾶς καὶ ἐνυπνίων φίλιστος ὁ Ἀρχομενίδου φησὶν ἐξηγητὰς εἶναι, καὶ μάλιστα εὐσεβείᾳ τῶν ἐν Σικελίᾳ βαρβάρων προσκεῖσθαι. Hoc eſt: *Prope Gelonis currum ſtat Iupiter priſci operis, ſceptrum tenens. Hyblæorum donum eſſe aiunt. Fuêre autem Hyblæ in Siciliâ urbes duæ; quarum altera Gereatis cògnomine; altera, ut erat, ita etiam vocabatur Maior. retinentque hac etiam ætate priſca nomina. altera earum in agro Catanenſi planè deſerta: altera Gereatis, eorumdem Catanenſium, ad vici formam redacta eſt. In hac fanum eſt, deæ, quam Hyblæam vocant, dicatum, Siculorumque celebritate religioſum. Atque ab his prædictum ſignum Olympiam deportatum arbitror. quidpe oſtentorum & ſomniorum interpretes eſſe, ac cæteros, qui in Siciliâ ſunt, Barbaros deorum cæremoniis colendis anteire, Philiſtus, Archomenidis filius, memoriæ prodidit.* Apud Stephani epitomatorem hæc ſunt: Ὕβλαι, τρεῖς πόλεις Σικελίας· ἡ μείζων, ἧς οἱ πολῖται Ὑβλαῖοι· ἡ μικρὰ, ἧς οἱ πολῖται Γαλεῶται, Μεγαρεῖς· ἡ δὲ ἐλάττων Ἥρα καλεῖται. ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας. τὴν Ὕβλαν, ἀπὸ Ὕβλου τοῦ βασιλέως. διὰ τοῦτο πολλὰς Ὕβλας καλεῖσθαι τῶν Σικελῶν πόλεων. τοὺς ἐνοικοῦντας, Μεγαρέας ἐκάλουν. Id eſt: *Hyblæ tres ſunt Siciliæ urbes. maior, cuius opidani Hyblæi. porva, cuius opidani Galeotæ, Megarenſes. minor verò Hera vocatur. Eſt & Italiæ urbs eo nomine. Hyblam ab Hyblone rege. propterea complureis Sicularum urbium Hyblas eſſe vocatas. incolas Megarenſeis adpellarunt.* Corruptiſſimum eſſe locum, & magnâ verborum parte mutilatum, ſuprà lib. I, cap. XI, monui. ubi tamen (ingenuè enim fatebor) typographorum feſtinatione præcipitatus, parum feliciter eum reſtituere conatus ſum. ſic enim corrigendus erat: Ὕβλαι τρεῖς, πόλεις Σικελίας· ἡ μείζων, ἧς οἱ πολῖται Ὑβλαῖοι· ἡ μικρὰ, ἧς οἱ πολῖται Γαλεῶται καὶ Μεγαρεῖς· ἡ δὲ ἐλάττων Ἡραία καλεῖται. Τὴν μικρὰν Ὕβλαν ἀπὸ τοῦ Ὕβλωνος βασιλέως, τοὺς δὲ ἐνοικοῦντας . . . . Μεγαρέας ἐκάλουν . . . . διὰ τοῦτο πολλὰς Ὕβλας καλεῖσθαι τῶν Σικελικῶν πόλεων. Hoc eſt: *Hyblæ tres ſunt Siciliæ urbes. maior, cuius opidani Hyblæi. parva, cuius opidani Galeotæ atque Megarenſes. minor verò Heræa vocatur. Parvam Hyblam ab rege Hyblone, eius verò incolas . . . . Megarenſeis adpellarunt* . . . . . . [deſunt multa] . . . . *ac propterea complureis Sicularum urbium Hyblas eſſe dictas.* Ex his *Minor*, ſive omnium minima, cognomento *Heræa*, erat inter Gelam & Pachynum promontorium; ut ſuo loco demonſtrabitur. *Parva*, & cognomine *Galeotis* erat ea, quæ, in litore inter Syracuſas Leontinoſque poſita; poſteà, immigrantibus Græcis Megarenſibus, *Megara* dicta eſt. *Maior*, ſeu maxima omnium, in Catanenſi fuit agro. harum duarum tantùm meminit dictus Thucydides, lib. VI. De *Maiore* ita tradit: Καὶ ἀποπλεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Κατάνην, ἐκεῖθεν δὲ ἐπισιτισάμενοι, πάσῃ τῇ στρατιᾷ ἐχώρουν ἐπὶ Κεντόριπα, Σικελῶν πόλισμα· καὶ προσαγαγόμενοι ὁμολογίᾳ, ἀπῄεσαν, πιμπράντες ἅμα τὸν σῖτον τῶν τε Ἰνησσαίων καὶ τῶν Ὑβλαίων· καὶ ἀφικόμενοι ἐς Κατάνην, καταλαμβάνουσι τοὺς ἱππέας ἥκοντας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν πεντήκοντα καὶ διακοσίους. Id eſt: *Athenienſes, Catanam claſſe reverſi, & illic frumentati, cum omnibus copiis proficiſcuntur adverſùs Centuripa, Siculorum opidum. Quò quum ex conventione intraſſent, abierunt; ſimul incendentes ſegetes Ineſſæorum atque Hyblæorum. Reverſi Catanam, offendunt equites* CCL, *ex Athenis advectos.* Alterius autem Hyblæ, id eſt, *Parvæ ſive Galeotidis*, meminit eodem libro anteà. Μετὰ δὲ ταῦτα, inquit, οἱ λοιποὶ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ, δύο μέρη ποιήσαντες τοῦ στρατεύματος, καὶ λαχὼν ἑκάτερος, ἔπλεον ξὺν παντὶ ἐπὶ Σελινοῦντος

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

νοῦντος καὶ Ἐγέστης. * . Παραπλέοντες δ' ἐν ἀριστερᾷ τὴν Σικελίαν, τὸ μέρος τὸ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν κόλπον, ἔσχον ἐς Ἱμέραν. καὶ ὡς οὐκ ἐδέχοντο αὐτούς, παρεκομίζοντο· καὶ ἐν τῷ παράπλῳ αἱροῦσιν Ὕκκαρα, πόλισμα Σικανικόν. * . καὶ ἀνδραποδίσαντες τὴν πόλιν παρέδοσαν Ἐγεσταίοις. αὐτοὶ δὲ πάλιν τῷ μὲν πεζῷ ἐχώρουν διὰ τῶν Σικελῶν, ἕως ἀφίκοντο ἐς Κατάνην. αἱ δὲ νῆες περιέπλευσαν, τὰ ἀνδράποδα ἄγουσαι, Νικίας δὲ εὐθὺς ἐξ Ὑκκάρων ἐπὶ Ἐγέστης παραπλεύσας, καὶ τἆλλα χρηματίσας καὶ λαβὼν τάλαντα τριάκοντα, παρῆν ἐς τὸ στράτευμα. καὶ ἐς τοὺς τῶν Σικελῶν ξυμμάχους περιέπλευσαν, στρατιὰν κελεύοντες πέμπειν. τῇ τε ἡμισείᾳ τῆς ἑαυτῶν ἦλθον ἐπὶ Ὕβλαν τὴν Γελεᾶτιν, πολεμίαν οὖσαν· καὶ οὐχ εἷλον· καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθὺς τὴν ἔφοδον οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ Συρακούσας παρεσκευάζοντο· οἱ δὲ Συρακούσιοι καὶ αὐτοί, ὡς ἐπ' ἐκείνους ἰόντες. ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὸν πρῶτον φόβον καὶ τὴν προσδοκίαν οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ εὐθὺς ἐπέκειντο, κατά τε τὴν ἡμέραν ἑκάστην προϊοῦσαν ἀνεθάρσουν μᾶλλον, καὶ ἐπειδὴ πλέοντες τά τε ἐπέκεινα τῆς Σικελίας πολὺ ἀπὸ σφῶν ἐφαίνετο, καὶ πρὸς τὴν Ὕβλαν ἐλθόντες καὶ πειράσαντες οὐχ εἷλον βίᾳ, ἔτι πλέον κατεφρόνησαν· καὶ ἠξίουν τοὺς στρατηγοὺς ἄγειν σφᾶς ἐπὶ Κατάνην, ἐπειδή γε οὐκ ἐκεῖνοι ἐφ' ἑαυτοὺς ἔρχονται. Hoc eſt: *Poſt hæc reliqui duces Athenienſium in Siciliâ, bifariam diviſo exercitu, ac ſortitò imperantes, cum omnibus copiis versùs Selinûntem navigant atque Egeſtam. Ac præternavigantes à ſiniſtrâ Siciliam, quà ad Tuſcum vergit ſinum, Himeram adpulerunt. ubi quum non reciperentur, prætervecti ſunt ultrà. In præternavigatione ceperunt Hyccara, opidulum Sicanicum. id, ab ſe direptum, Egeſtanis tradiderunt. Ipſi rurſus cum peditatu per Siculos peragrando, Catanam usque pervenêre, navibus, quæ prædam portabant, circumeuntibus. At Nicias ab Hyccaris protinus Egeſtam navigavit. ibi quum rebus conſtituendis operam dediſſet, acceptis triginta talentis, exercitui ſe conjunxit. Tunc circumvecti oram Siculorum, qui ſocii erant, jubent eos ſuas copias mittere. cum dimidiâ verò ſui exercitus parte Hyblam Geleatin adgreſſi, quæ hoſtilis erat, expugnare eam non valuerunt. æſtasque exceſſit. Inſequenti ſtatim hieme Athenienſes ad invadendas Syracuſas ſeſe adparabant: pariterque Syracuſani & ipſi, tamquàm in illos ituri. qui, quoniam ad primum terrorem atque exſpectationem non protinus invaſerant Athenienſes, quotidiè magis magisque animis confirmabantur: &, quia, dum oram illam præterveherentur, longiùs ab ipſis ire conſpecti erant, profectique adversùs Hyblam expugnare eam nequiverant, eo vehementiùs illos contemnebant: poſtulabantque à ducibus, ut ſe Catanam ducerent; quandoquidem hoſtis in ipſos non iret.* Eamdem hiſtoriam breviter ſic refert Plutarchus in Nicia: Πρῶτον μὲν ἀπωτάτω τῶν πολεμίων ἐκπεριπλέων Σικελίαν, θάρσος ἔδωκεν αὐτοῖς· ἔπειτα προσβαλὼν Ὕβλῃ, πολιχνίῳ μικρῷ, καὶ πρὶν ἑλεῖν ἀποστάς, κομιδῇ κατεφρονήθη. καὶ τέλος εἰς Κατάνην ἀπῆλθε, πράξας οὐδὲν ἢ καταστρεψάμενος Ὕκκαρα, βαρβαρικὸν χωρίον. Id eſt: *Ac primùm, dum litora Siciliæ longiſſimè ab hoſtibus circumvehitur, animum iis dedit. mox, quòd obſederit Hyblam, exiguum opidulum, & priusquàm id ceperit, abſceſſerit, maiorem in modum eſt deſpectus. tandem Catanam ſe recepit, nullâ re geſtâ, niſi quòd Hyccara, barbaricum opidulum, excîdit.* Patet ex iſtâ hiſtoriâ, maritimam fuiſſe hanc Hyblam; quam Geleatin adpellat Thucydides. Maritima autem nulla fuit, niſi quæ, inter Syracuſas ac Leontinos ſita, poſteà etiam Megara adpellata eſt; ut dicto lib. I, cap. XI, docuimus. In cognomine eius auctores, ut ſuprà perſpectum, variant. nam Stephano dicitur Γαλεῶτις, GALEOTIS; Thucydidi Γελεᾶτις, GELEATIS; Pauſaniæ Γερεᾶτις, GEREATIS. Barbarum id quia fuit vocabulum, Græcâ lingvâ in eam terminationem formatum; facilè crediderim, jam tum ab ipſis incolis variantibus liquidis λ & ρ uſurpatum fuiſſe. In primâ autem ſyllabâ uſurpatum etiam fuiſſe α, & in tertiâ ω, ut Stephani epitomator refert, Ciceronis comprobat auctoritas: apud quem in lib. I de Divinatione ita legitur: *Dionyſii mater, eius, qui Syracuſiorum tyrannus fuit, ut ſcriptum apud Philiſtum eſt, quum prægnans hunc ipſum Dionyſium alvo contineret, ſomniavit, ſe peperiſſe Satyriſcum. Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Siciliâ nominabantur, reſponderunt, ut ait Philiſtus, eum, quem illa peperiſſet, clariſſimum Græciæ diuturnâ cum fortunâ fore.* Hinc ipſe quoque Stephani epitomator alibi: Γαλεῶται, ἔθνος ἐν Σικελίᾳ, ἀπὸ Γαλεοῦ, τοῦ υἱοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Θεμιστοῦς, τῆς θυγατρὸς Ζαβίου, τοῦ βασιλέως τῶν Ὑπερβορέων. Τινὲς δέ, ὅτι Γαλεῶται μάντεων εἶδος Σικελῶν. Id eſt: *Galeotæ, gens quædam in Siciliâ, ab Galeo, Apollinis filio, & Themiſtô, Zabii Hyperboreorum regis filiâ, oriunda. Quidam autem Galeotas vatum genus in Siciliâ eſſe tradunt.* *Hybla* igitur maritima, ſeu Megarenſis, eadem fuit & *Geleatis* ſive *Galeotis*, & *Parva* cognominata. *Minor*, ſive *Heræa*, fuit illa, ut dixi, inter Gelam & Pachynum; de qua plura ſuo loco dicemus. *Maior* in Catanenſi fuit agro. Geleatin inſcitè Pauſanias Catanenſium vicum ſuâ ætate eſſe dixit; quum Syracuſanorum fuerit: ut ſuprà, lib. I,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

lib. I, cap. XI, ex Itinerario inſularum patuit. Vtramque ait priſca ſuo ævo nomina retinuiſſe, *Maiorem* ſimul & *Geleatin*; quum tamen illam ἐν τῇ Καταναίᾳ, *in Catanenſi agro*, ἔρημον ἐς ἅπαν, *omnino deſertam*, adfirmet. Sed jam tempus eſt, ſitum huius apud Aetnam Hyblæ indicare. Thucydides loco ſuprà ſcripto tradit, Athenienſeis, à Centuripis Catanam revertenteis, Ineſſæorum Hyblæorumque incendiſſe ſegetes. Ineſſam eamdem dictam fuiſſe poſteà Aetnam, nunc verò locum vocari *Cœnobium S. Nicolai de Arenis*, ſuprà lib. I, cap. VIIII oſtenſum eſt. *Hyblam* itaque *Maiorem* ego eodem ſitu fuiſſe judico, ubi nunc celebre conſpicitur opidum, vulgari vocabulo *Paderno*, ab Hadrano IIII millia paſſuum, à Catanâ XVIII circiter diſſitum. Atque huc etiam quadrat hiſtoria T. Livii; cuius verba lib. XXVI hæc ſunt: *Poſt profectionem ex Siciliâ Marcelli, Punica claſſis octo millia peditum, tria Numidarum equitum, expoſuit. Ad eos Murgentinæ deſciverunt terræ. ſequutæ defectionem earum Hybla & Magella ſunt, & ignobiliores quædam aliæ.* Murgentia quidpe, ut mox oſtendetur, haud ita procul ab Hyblâ ſita fuit, circa oſtium Symæthi amnis. *Opidani* ab Hyblâ iſtâ maiore dicuntur Thucydidi ac Stephano, locis præſcriptis, Ὑβλαῖοι, *Hyblæi*: Latinis verò auctoribus, Ciceroni in Verrinâ III ac Plinio lib. III, cap. VIII, ſunt HYBLENSES. At quando hæc Hybla ἐς ἅπαν ἔρημος, id eſt, *in totum deſerta* facta ſit, incertum eſt. nam Ciceronis ac Plinii Hyblenſes utrùm Maiores ſint, an verò Heræi, æquè in ambiguo eſt. Apud Ptolemæum, in mediterraneis Siciliæ urbibus legitur Ὕβλα, *Hybla*; quæ ex ſitu cognoſcitur eſſe *Heræa*. præter hanc verò alia illic legitur urbs, variante vocabulo in variis exemplaribus, modò Ὕδια, *Hydia*, modò Ὕδρα, *Hydra* dicta. quibus vocabulis nulla umquàm urbs in Siciliâ alii memorata fuit auctori. Ego utrumque nomen corruptum eſſe cenſuerim ab genuino Ὕβλα. quod opidum illud eſt, quod modò in Catanenſi agro expoſuimus. nam tertia illa Galeotis ſive Megarenſis Hybla, τὰ Μέγαρα, *Megara*, adpellatur Ptolemæo.

Cæterùm MAGELLA iſta *urbs* Livii, Fazello videtur eſſe id opidum, quod inter Menéum & Caltagironem urbeis vulgari nunc incolis vocabulo dicitur *Mungellino*: ſcilicet, quia à *Magellâ* Plinio lib. III, cap. VIII, *opidani* in mediterraneis dicuntur MAGELLINI. Sed id opidum longiùs ab Hyblâ ac Murgentiâ diſſitum eſt, quàm uti harum defectioni ſeſe adjungere potuerit; utique, quum intercesserint Leontini, Menenii, atque Ennenſes, præclaræ tunc civitates. Eſt hodiè locus, inter Hyblam & Ennam, haud procul dextrâ Chryſæ ripâ ſitus, vulgari vocabulo *La Citadella*, antiquæ urbis reliquias continens. ſed Ergetium heic fuiſſe vetus opidum, infra oſtendam. Eſt prætereà inter hunc locum & Ennam alius locus, de quo ita Fazellus, decad. I, lib. X: *Roſmanus quoque locus eſt*, VI *paſſuum millibus ab Ennâ diſſitus; ubi dirutæ urbis arciſque ignorata adhuc ſunt monumenta*. Has igitur ego veteris *Magellæ* cenſuerim eſſe ruinas. MAGELLA *opidum.*

Infra dictam Catanenſis agri Hyblam, haud procul Symethi oſtio peranti- MVRGENquum fuit opidum, cuius nomen variè apud auctores formatum obſervo. nam TIVM *opiapud* Silium ac Stephanum legitur Μοργεντία, MORGENTIA; & apud eumdem *dum.* Stephanum Μοργέντιον, MORGENTIVM: apud Strabonem Μοργάντιον, MORGANTIVM: apud Livium MVRGANTIA. & *opidani* inde ſunt apud Ciceronem in Verrinâ III, ac Plinium lib. III, cap. VIII, MVRGENTINI; apud Stephanum Μοργεντῖνοι, MORGENTINI. Diodoro autem ipſa urbs vocatur derivativo vocabulo Μοργαντῖνα, MORGANTINA. Latini quidem auctores plerique Græcorum *o* in hoc vocabulo verterunt in *u*; ut in innumeris aliis vocabulis. Apud Livium, lib. XXVI, ita ſcriptum eſt: *Poſt profectionem ex Siciliâ Marcelli, Punica claſſis octo millia peditum, tria Numidarum equitum expoſuit. ad eos Murgentinæ deſciverunt terræ.* At mox: *Murgantiam Hiſpanis ex ſenatusconſulto tribuit.* Plinius lib. XIIII, cap. II; quod eſt de generibus vitium: *Surrentinis tamen efficaciſſima teſtis, Veſuvio tenus. ibi enim Murgentina è Siciliâ potiſſima, quam Pompeianam aliqui vocant.* Stephani epitomator: Μοργέντιον, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Μοργήτων. λέγεται καὶ Μοργεντία. τὸ ἐθνικὸν Μοργεντῖνος καὶ Μοργίτης. Id eſt: *Morgentium, opidum Italiæ, à Morgetibus dictum. Dicitur etiam Morgentia. Gentilitium inde Morgentinus, & Morgites dicitur.* Lege Μοργήτης, *Morgetes*; ut ipſe habet in iiſdem verbis auctor. Sed is ſolens ſuo more Siciliæ Murgantiam confudit cum Samnitum in Italiâ Murgantiâ; quam Livius lib. X memorat. In

Samnium

Samnium uſque olim pertinuiſſe Morgetum in Italiâ fineis, apud neminem auctorum hactenus reperi. De Siciliæ autem Morgetibus, qui ex antiquiſſimâ illâ apud Siculum fretum Italiâ ſive Oenotriâ in Siciliam transmigraverunt, ita tradit Strabo lib. VI: Ἀντίοχος δὲ τὸ παλαιὸν ἅπαντα τὸν τόπον τοῦτον οἰκῆσαι Σικελοὺς φησί, καὶ Μόργητας διάραι εἰς τὴν Σικελίαν ὕστερον, ἐκβληθέντας ὑπὸ τῶν Οἰνώτρων. φασὶ δέ τινες καὶ τὸ Μοργάντιον ἐντεῦθεν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῶν Μοργήτων ἔχειν. Id eſt: *Antiochus tradit, totam iſtam regionem priſcis temporibus fuiſſe à Siculis habitatam. poſteà temporis Morgetes, ab Oenotris pulſos, in Siciliam trajeciſſe. Nec deſunt, qui Morgantium à Morgetibus nomen habere adſerant.* Et eodem libro poſteà; ubi de variis Siciliæ loquitur incolis: οὐδένα τῆς παραλίας εἴων οἱ Ἕλληνες ἅπτεσθαι· τῆς δὲ μεσογαίας ἀπείργειν παντάπασιν οὐκ ἴσχυον. ἀλλὰ διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ καὶ Σικανοὶ καὶ Μόργητες, καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον. καὶ τὴν Μοργάντιον δὲ εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων ᾠκίσθαι. πόλις δ' ἦν αὕτη· νῦν δ' οὐκ ἔστιν. Hoc eſt: *Græci quidem non ſinebant quemquam oram tangere maritimam. at è mediterraneis ejicere eos omnino non valebant. ſed manebant ad ea tempora Siculi, Sicani, Morgetes, & alii nonnulli, inſulam incolentes. Ac probabile eſt, à Morgetibus Morgantium fuiſſe conditum. quæ urbs hodiè non exſtat.* Situm opidi quod attinet; ita legitur apud Ciceronem in dictâ Verrinâ III: *Herbitenſis ager, Ennenſis, Murgentinus, Aſſorinus, Imacharenſis, Agyrinenſis, ita relictus erat ex maximâ parte, ut non ſolùm jugerum, ſed etiam dominorum multitudinem quæreremus. Aetnenſis verò ager, qui ſolebat eſſe cultiſſimus, & quod caput eſt rei frumentariæ, campus Leontinus, ſic erat deformis atque horridus, ut in uberrimâ Siciliæ parte Siciliam quæreremus.* Ex his colligere datur, ut Ennenſis, Aſſorinus, Imacharenſis, Agyrinenſis, Aetnenſis, Herbitenſis, & Leontinus, agri inter ſe fuêre omnes contermini, ſic & Murgentinum haud longè ab illis fuiſſe ſitum. Apud Livium, lib. XXIIII, hæc leguntur: *Ad Murgantiam tum claſſem navium centum Romanus habebat; quò evaderent motus, ex cædibus tyrannorum orti Syracuſis, quóve eos ageret nova atque inſolita libertas, opperiens.* Hieronymus tyrannus nuperrimè cæſus erat in Leontinis. atque hos Marcellus conſul, qui eâ claſſe in Siciliam venerat, primùm expugnavit: inde exercitum Syracuſas duxit. Ex his igitur ſimulque ex præſcriptis Ciceronis verbis colligere licet, fuiſſe *Murgantiam* ad quoddam flumen inter Leontinos atque Aetnam montem. Diodorus, lib. XIIII, de Carthaginienſibus, ab occidentali inſulæ parte versùs Syracuſas proficiſcentibus, ita ſcribit: Μάγων μὲν οὖν διὰ Σικελῶν προελθεὶς, καὶ τὰς πλείστας πόλεις ἀποστήσας τοῦ Διονυσίου, κατεστρατοπέδευσεν ἐν τῇ τῶν Ἀγυριναίων χώρᾳ παρὰ τὸν Χρύσαν ποταμὸν, ἐγγὺς τῆς ὁδοῦ τῆς φερούσης εἰς Μοργαντῖναν. τοὺς γὰρ Ἀγυριναίους οὐ δυνάμενος εἰς συμμαχίαν προσλαβέσθαι, τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ἐπέσχε πορείας, ἀκούων τοὺς πολεμίους ἐκ Συρακουσῶν ὡρμηκέναι. Hoc eſt: *Mago itaque, per Siculos iter faciens, urbeis pleraſque à Dionyſio alienavit; & tandem in Agyrinenſium agro ad Chryſam flumen, juxta viam, quæ Morgantinam ducit, caſtra poſuit. quum enim Agyrinenſeis in ſocietatem perlicere aut cogere nequiviſſet, ulteriùs progredi deſiit; quippe jam hoſteis è Syracuſis contra ſe tendere audiens.* Nempe via hæc erat ea, quæ ab ipſo Agyrio Morgantinam ferebat. caſtraque illa Magonis poſita fuêre inter lævam Chryſæ ripam & prædictam viam. ex quo loco ille Agyrium, ſi opportunitas daretur, oppugnare inſtituit. Via igitur iſta medio tractu inter Chryſam & ſuprà dictum opidum Symethum ſive Racalbutum duxit versùs confluenteis Symethi & Chryſæ amnium. eoque loco Chryſâ trajecto, ad Morgantinam perveniebatur, in dextrâ Symethi ripâ poſitam. Ad maius quoddam flumen fuiſſe ſitam, inde perſpicitur, quòd Livius, loco præſcripto, *claſſem Romanam* tradit fuiſſe *ad Murgantiam centum navium:* Murgantia verò non ad ipſum oſtium, ſed in mediterraneo fuit. quod haud obſcurè teſtatur Diodorus, lib. XVIIII, his verbis: Ὁ δ' οὖν Ἀγαθοκλῆς οὐ μόνον στρατηγὸς ὢν, κύριος τῆς δυνάμεως ἦν, ἀλλὰ καὶ προσαγγελθέντος, ὅτι τινὲς τῶν ἀποστατῶν ἐν τῇ μεσογείῳ πρὸς Ἑρβίτῃ συνάγουσι δύναμιν, ἐξουσίαν ἔλαβεν ἀνυπόπτως καταγράφειν, οὓς προαιροῖτο, στρατιώτας. διὸ καὶ προσποιηθεὶς στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑρβίταν, κατέλεξεν εἰς τάξεις τούς τε ἐκ Μοργαντίνης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ μεσογείῳ πόλεων. Id eſt: *Agathocles igitur non imperator tantùm in poteſtate habebat exercitum; ſed etiam nuncio allato, defectores nonnullos in mediterraneis ad Herbitam exercitum conflare; quoſcumque vellet, militiæ ſuæ citra ſuſpicionem adgregandi poteſtatem nactus eſt. Itaque adversùs Herbitam expeditionem præ ſe ferens, ex Morgantinâ & aliis opidis mediterraneis milites conſcripſit.* Hinc & Plinius, dicto lib. III, cap. VIII, diſertè *Murgentinos* inter mediterraneos computat. Cætera autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

autem illa opida mediterranea, ex quibus Agathocles militem conſcripſit, erant Centuripæ, Symethus, Agyrium, Aſsôrus, Enna, Imachara, Galâria; omnia inter Murgantiam & Herbitam poſita. Fuit igitur *Murgantia* in mediterraneo ad Symethum, maximum totius Siciliæ amnem, & qui ſolus claſſis triremium capax. Atque in hunc Murgantiæ ſitum cummaximè quadrat illa Silii deſcriptio, quæ eſt lib. XIIII:

—— Non frondoſis Morgentia campis
Abſtinuit Marte infido.

Quidpe planities ea, per quam Symethus ab Racalbuto opido verſùs mare defluit, arboribus hodiéque conſita eſt. Fallitur igitur Fazellus quàm vehementiſſimè, ad Leontinorum amnis, qui Terias olim dicebatur, oſtium Murgantiam conſtituens; nimirum, quia turris heic cum agro circumjecto hodiè *Murgus* vocatur. Quidpe Leontinorum urbs quum V haud ampliùs millia paſſuum ab orâ maritimâ abſit, quomodò heic Murgantiam quoque mediterraneam ad Teriam facias, niſi eius mœnia Leontinorum mœnibus ferè continues? Sed in eo etiam Fazellus erravit, quòd Morgantiam fecit maritimam: & quidem eo loco, ubi Leontinorum fuit emporium; quod omnium abſurdiſſimum erat. Cæterùm origo huius Murgantinæ urbis ſatis antiqua eſt: ut quæ vetuſtiſſimis poſt Sicanos Siciliæ cultoribus Morgetibus adſcribitur. MORGETES quidpe, gens Italica, una cum Siculis, ex Latio quomdam profectis, ut ſuprà, lib. I, cap. II, docui, hanc circa Symethum amnem oram, ad Herbitam usque urbem, ut ſuperiori capite oſtenſum, poſſederunt. quorum tamen nomen mox in Siculorum titulum tranſiit; ita, uti nulli auctorum memorati ſint, cuius memoria exſtet, præterquàm Antiocho Syracuſano apud Dionyſium Halicarnaſſenſem lib. I, & Strabonem lib. VI. Proxima hinc Morgantiæ memoria eſt apud Diodorum lib. XI, in rebus geſtis anni ſecundi Olympiadis LXXX. qui fuit annus ante natum Ieſum CCCCLVIIII. Verba Diodori hæc ſunt: Ἀθήνησι μὲν ἦν ἄρχων Φιλοκλῆς· κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Δουκέτιος, ὁ τῶν Σικελῶν βασιλεὺς ὤν, Μεναίων μὲν πόλιν ἔκτισε, καὶ τὴν σύνεγγυς χώραν τοῖς κατοικισθεῖσι διεμέρισε. στρατευσάμενος δ' ἐπὶ πόλιν ἀξιόλογον Μοργαντίναν, καὶ χειρωσάμενος αὐτὴν, δόξαν ἀπηνέγκατο παρὰ τοῖς ὁμοεθνέσι. Id eſt: *Athenis ſummum magiſtratum gerente Philocle, in Siciliâ Ducetius, Siculorum rex, Menæorum urbem condidit; colonisque eò deductis agrum conterminum diſtribuit. Hinc Murgantinam, celebrem urbem, infeſto exercitu petiit. qua expugnatâ, gloriam haud vulgarem inter populareis adeptus eſt.* Credo, quia munita jam tum erat urbs, ut poſterioribus temporibus, ſub Romanorum imperio, bello ſervili, Olympiade CLXI. qua de re ita referunt Eclogæ legationum ex Diodori lib. XXXVI: Προσπεσόντες οὖν ἄφνω πόλει ὀχυρᾷ Μοργαντίνῃ, προσβολὰς ἐνεργεῖς καὶ συνεχεῖς ἐποιοῦντο. Id eſt: *Magno igitur impetu Morgantinam, munitam urbem, repentè adorti, validis & continuis eam impreſſionibus oppugnant.* Porrò Cicero quia in Verrinâ Murgentinos eorumque agrum citat, exſtitiſſe etiamtum eorum urbem maximè credibile eſt. Poſt Ciceronis tamen actiones Verrinas annis circiter XC, Strabo, loco ſuprà ſcripto, nullam eam, quum geographica ſua ederet, fuiſſe teſtatur. Quo caſu interierit, incertum eſt.

MORGETES.

Cæterùm eodem circa Symethum Chryſamque amneis terrarum tractu antiquum in primis fuit opidum Ἐργέτιον, ERGETIVM, Philiſto apud Stephani epitomatorem, Silio HERGENTVM, Diodoro verò & Ptolemæo Σεργέντιον SERGENTIVM, dictum. *Opidani* ſunt Plinio lib. III, cap. VIII & Stephani epitomatori Ἐργετῖνοι, ERGETINI. Ad eumdem igitur modum ab *Sergentio* etiam dici poterunt Σεργεντῖνοι, SERGENTINI. Silii illud *Hergentum* metri causâ exiſtimo formatum eſſe in *tum*. ſic enim ille canit lib. XIIII:

ERGETIVM, *ſive* SERGENTIVM *opidum.*

Hadranum Hergentumque ſimul, telâque ſuperba
Lanigerâ Melite.

Plinius equidem, qui ordinem alphabeticum obſervat, inter vocabula ab *E* incipientia recenſet *Ergetinos*: at Philiſtus, atque ex hoc Stephanus grammaticus, an id adſpiraverint, necne, incertum eſt. adſpiraſſe tamen quosdam, patet ex Silii ſcriptione. Ex adſpirato autem vocabulo *Hergetium*, ſive *Hergentium*, factum eſt eâdem ratione *Sergentium*, ut à Græcis vocibus, ἅλς, ἁπλόος, ἕδος, ἕζω, ἕζομαι, ἑκυρός, ἕξ, ἑπτὰ, ἕπω, ἕρπω, ἥμισυ, ὕδωρ, ὕλη, ὑπὲρ, ὕπνος, ὑπὸ, ὗς, facta ſunt Latina vocabula, *ſal*, *ſimplex*, *ſedes*, *ſedere facio*, *ſedeo*, *ſocer*, *ſex*, *ſeptem*, *ſequor*, *ſerpo*, *ſemi*, *ſudor*, *ſylva*, *ſuper*, *ſomnus*, *ſub*, *ſus*. Sic namque *Sal-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

mantica quoque, Hiſpaniæ urbs, quæ vulgò etiamnunc vocatur *Salmanca*, Polybio lib. III dicitur Ἑλμαντικὴ, *Helmantica.* quod ita etiam recenſet ex Polybio Stephani epitomator. Cæterò Sergentium opidum Ptolemæus collocat inter Centuripas Agyrium & Menas opida. quorum hoc vulgò hodiè vocatur *Minéo*. Hic ſitus probè convenit ruinis antiqui opidi, inter Menas & Agyrium haud procul ab dextrâ Chryſæ amnis ripâ poſiti, vulgarique vocabulo nunc *Citadella* dicti. de quibus ruinis ita tradit Fazellus, decad. I, lib. X: *Aidoni opido ad orientem paſſuum millia duo urbs quædam jacens ſubeſt, in colle fundata, quam Citatellam adcolæ adpellant. ubi, præter templa diruta, ædium ac murorum ingenteis ruinas, theatrum adhuc quadratum, eiusque gradus ſemiruti, curruum quoque viæ, qui ex Aidone huc olim decurrebant, magnâ cum jucunditate ſpectantur. dorſus quoque in eâ, quem accolæ Sellam Orlandi agnominant, lateres prætereà magnæ craſſitudinis coloriſque rubei, nec non mirifica domorum fundamenta hucusque ſuperſunt. quæ omnia, non indignam ibi priſco tempore urbem fuiſſe, ſatis præ ſe ferunt. quæ an Herbita vetuſta fuerit urbs, incertum mihi eſt.* Herbitam fuiſſe apud Nicoſiam, ſuprà demonſtratum eſt. huic verò Citatellæ convenit, ut dixi, ſitus, quem Ptolemæus tribuit Sergentio. nec ab eo abhorret Diodori hiſtoria; quæ lib. XIIII talis eſt: Διονύσιος δ' εἰς Μεσσήνην κατῴκισε χιλίους μὲν Λοκρούς, τετρακισχιλίους δὲ Μεδιμναίους, ἑξακοσίους δὲ τῶν ἐκ Πελοποννήσου Μιλησίων, ἔκ τε Ζακύνθου καὶ Ναυπάκτου φευγόντων. Θεωρῶν δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους προσκόπτοντας ἐπὶ τῷ τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐκβεβλημένους Μεσσηνίους ἐν ἐπισήμῳ πόλει κατοικίζεσθαι, μετήγαγεν ἐκ Μεσσήνης αὐτοὺς, καὶ χωρίον τι παρὰ θάλατταν δοὺς τῆς Ἀβακλώνης χώρας ἀπετέμετο, καὶ προσώρισεν, ὅσον αὐτὸς μέρος ἀπετέμετο. οἱ δὲ Μεσσήνιοι τὴν μὲν πόλιν ὠνόμασαν Τυνδαρίδα· πολιτευόμενοι δὲ πρὸς αὐτοὺς συνοίκως, πολλοὺς πολιτογραφοῦντες, ταχὺ πλείους πεντακισχιλίων ἐγένοντο. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν Σικελῶν χώραν πλεονάκις ἐστράτευσαν, Σμενεὸν μὲν καὶ Μοργαντῖνον εἷλον, πρὸς Ἄγυριν δὲ, τὸν Ἀγυριναίων τύραννον, καὶ Δάμωνα, τὸν δυναστεύοντα Κεντοριπίνων, ἔτι δ' Ἐρβιταίους τε καὶ Ἀσσωρίνους συνθήκας ἐποιήσαντο· παρέλαβον δὲ διὰ προδοσίας Κεφαλοίδιον καὶ Σολοῦντα καὶ τὴν Ἔνναν. πρὸς δὲ τούτοις πρὸς Ἐρβισσηνοὺς εἰρήνην ἐποιήσαντο. Hoc eſt: *At Dionyſius mille Locros, quater mille Medimnæos, & IↃC Mileſiorum è Peloponneſo Zacyntho que & Naupacto exſulum, Meſſanæ collocavit. Sed quum Lacedæmonios hoc ipſo, quòd exterminati ab illis Meſſenii urbem præclaram accepiſſent incolendam, offenſos videret; ex Meſſanâ translatis alium quemdam Abacenæ regionis locum juxta mare attribuit; attributumque certis limitibus definivit. Vrbem hanc Meſſenii Tyndaridem nuncupârunt. dumque amicè inter ſe rempublicam adminiſtrant, ac multos in civitatem adſcribunt, brevi numerus civium ultra IↃↃ excrevit. Poſt hæc crebras in Siculorum fineis expeditiones fecerunt. & Smeneo Morgantinoque captis, cum Agyri, Agyrinenſium tyranno, & Damone, Centuripinorum principe, item cum Herbitenſibus & Aſſorinis, fœdera percuſſerunt. ſed & Cephalœdium ac Solûntem Ennamque per proditionem ditioni ſuæ adjunxerunt. cum Herbeſſenſibus verò pacem iniverunt.* Totum hunc locum miſerè ac fœdè eſſe vitiatum, jam anteà, in deſcriptione Tyndaritanæ urbis, dixi. ubi docui, omnem iſtam poſteriorem orationem de Agyrinenſibus, Centuripinis, Herbitenſibus, Aſſorinis, Cephalœditanis, Soluntinis, Ennenſibus atque Herbeſſenſibus, pertinere, non ad Tyndaritanos, tenuem tunc civitatem, ſed ad Dionyſium, Syracuſanorum tyrannum: tum mendosè vocari Mileſios ex Peloponneſo, qui mox bis rectè dicuntur Meſſenii. Cæterùm Μεδιμναίους etiam vitiato vocabulo heic nominari, quos ipſe Diodorus adpellaverat genuino nomine Μεδμαίους, à Medmâ Italiæ urbe, Locrorum coloniâ, in opere de Italiâ oſtendi. Iſtas verò voces Ἀβακλώνης & Ἐρβισσηνοὺς corruptas quoque eſſe à germanis Ἀβακαινίνης & Ἐρβησσίνους, ſuo loco docebo. Iam verò reliquæ illæ duæ Σμενεὸν & Μοργαντῖνον in aliis exemplaribus ſunt Σμέντιον ac Μοργάτιον· utrobique vitiosè. nam Μοργαντίναν dictam fuiſſe Diodoro urbem, quæ aliis auctoribus eſt Murgantia, Murgentia, Morgentium, & Murgentium, ſuprà ex quatuor diverſorum locorum exemplis patuit. quorum ſimilia ſunt inſuper & alia in dicti libri XXXVI Excerptis legationum. Σμενέον autem nullum umquàm alibi memoratum eſt opidum Siciliæ; nec Σμέντιον. ex quo vocabulo, haud ita multis commutatis literis, verum germanumque loci nomen conjicio Σεργέντιον, *Sergentium*: ipſâ etiam hiſtoriâ & locorum ſitu adſtipulantibus. quidpe quemadmodum poſteà Agathocles, ut ſuprà ex Diodori libro XVIIII intelleximus, quum expeditionem adversùs Herbitenſeis præ ſe ferret, primùm ex Morgantiâ ac porrò ex reliquis circa Symethum mediterraneis opidis milites conſcripſit; ſic etiam Dionyſius, adversùm

adverſùm eadem loca expeditione inſtitutâ, primùm proxima ditioni ſuæ poſt Leontinos & Catanam, quæ nuperrimè ſubegerat, loca Murgantiam atque Sergentium cepit: deinde prorsùm pergens, cum Centuripinis, Agyrinenſibus, Aſſorinis ac Herbitenſibus fœdera percuſſit: mox Ennam, Cephalœdium ac Solûntem per proditiones occupavit: ac tandem cum Herbeſſenſibus, circa Halycum amnem, qui nunc vulgò dicitur *Plátani*, incolentibus, pacem fecit. Antiquiſſima igitur iſthæc eſt *Sergentii*, ſive *Hergentii*, memoria, inter res geſtas primi anni Olympiadis XCVI, quum Athenis ſummum gereret magiſtratum Phormio, à Diodoro adnotata. Hinc etiam Stephani epitomator: Ἐργέτιον, πόλις Σικελίας· Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρᾳ. τὸ ἐθνικὸν Ἐργετῖνος. Id eſt: *Ergetium, opidum Siciliæ; auctore Philiſto, Sicular. rer. lib.* II. *Gentilitium, Ergetinus*. Philiſtus æqualis fuit Dionyſii: resque geſtas eorum temporum literis conſignavit; teſtibus, Diodoro eodem lib. XIIII, & Svidâ in Lexico. Plinii adhuc exſtitiſſe ætate, haud dubium eſt; quando is inter alios Siciliæ populos ſtipendiarios etiam *Ergetinos* recenſet. Sed ad poſteriora etiam duraſſe tempora, inde patet, quòd tam ingentes eius, ut ſuprà intellectum, reliquiæ ad noſtrum hoc usque ſæculum exſtiterunt.

CAP. VIIII.

Menæ ſive Menena urbs. Menenius fons; qui & Palicinus; item Lacus ſeu Stagnum Palicorum, & Crateres Palicorum. Fanum Palicorum. Palice & Eryce opida. Eryces amnis.

AB Hergetio versùs meridiem, inter Ennam & Syracuſas, opidum eſt perantiquum, vulgari nunc incolis vocabulo *Menéo* ſive *Minio* dictum. Id olim vocabatur plurali numero Μέναι, MENAE; teſtibus, Diodoro, Apollodoro, & Ptolemæo. unde *opidani* Μεναῖοι, MENAEI. qui Latino ore rectè formabuntur MENENSES. Stephani epitomator: Μένδαι, πόλις Σικελίας, ἐγγὺς Παλίκων· Ἀπολλόδωρος ἐν β΄ Χρονικῶν. τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος. Id eſt: *Mendæ, opidum Siciliæ, prope Palicos; auctore Apollodoro, in ſecundo Chronicorum. Gentilitium, Mendæus*. Scribendum eſſe Μέναι, ut eſt apud Ptolemæum, & gentilitium inde Μεναῖος, Ciceronis, Diodori, Plinii atque Vibii, teſtimonia convincunt. Vibius in Catalogo fontium: *Menais, Leontinorum: per quem cives eius loci timent jurare*. Nempe, non in urbe, ſed in agro erat Leontinorum; ubi hodiéque prædictum opidum vocatur *Menéo*. Dicebatur autem Græcâ lingvâ κρήνη Μεναῒς· quod femininum erat gentilitium à præſcripto maſculino Μεναῖος. *Fons* autem iſte *Menenſis* ſæpiùs lacus & ſtagnum ſive crateres ebullientes Palicorum vocabantur, duo millia paſſuum à Menis opido diſſiti; ut mox monſtrabitur. Apud Diodorum, ſub finem libri XI, hæc leguntur: μετὰ δὲ ταῦτα Δουκέτιος, ὁ τῶν Σικελῶν ἀφηγούμενος, τὰς πόλεις ἁπάσας τὰς ὁμοεθνεῖς, πλὴν τῆς Ὕβλας, εἰς μίαν καὶ κοινὴν ἦγαγε συντέλειαν. δραστικὸς δ' ὢν, νεωτέρων ὠρέγετο πραγμάτων, καὶ παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν Σικελῶν ἀθροίσας δύναμιν ἀξιόλογον, τὰς μὲν νέας, ἥτις ἦν αὐτοῦ πατρίς, μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ πλησίον τοῦ τεμένους τῶν ὀνομαζομένων Παλίκων ἔκτισε πόλιν ἀξιόλογον, ἣν ἀπὸ τῶν προειρημένων θεῶν ὠνόμαζε Παλίκην. Id eſt: *Poſt hæc Ducetius, Siculorum princeps, omneis eiusdem gentis urbeis, præter Hyblam, in unam civitatis communionem redegit. &, quia acri vir erat ingenio ac ſtrenuus, novis ac magnificis rebus animum adjecit. Ex publico igitur Siculorum ærario magnis inſtructus opibus, Neas, quæ patria eius erat, in æquum & apertum campum tranſtulit, & prope fanum Palicorum urbem præclaram exſtruxit, quam à dictis diis Palicam nuncupavit.* Omnino heic etiam pro τὰς μὲν νέας legendũ eſſe τὰς Μένας, vel ipſe ille Stephani epitomatoris locus præſcriptus evincit; quia uterque urbem eam ἐγγὺς ſive πλησίον Παλίκων, id eſt, *prope Palicos*, refert. Apud Stephani epitomatorem quia ſequebantur continuo ordine tria aliorum opidorum vocabula, quibus δ litera inerat, Μένδη, Μένδης, Μενδήμιον, facilem ea res præbuit lapſum librario, uti is præcedenti quoque voci Μέναι eamdem literam inſereret. Sed in primis mirari heic liceat Fazelli errorem; qui *Neas* iſtas eamdem & *Neetum* urbem fuiſſe docet, quæ vulgò nunc incolis vocatur *Noto*. Verba eius, decad. I, lib. IIII, cap. II, hæc ſunt: *Vrbs vetuſta & ingens, Neæ Diodoro lib.* XI, *Neetum Ptolemæo, ſed hodiè, unius tantùm vocalis antitheſi, Notum vulgò dicta. Condita fuit à Siculis; quantum ex lib.* XI *Diodori colligimus. ubi Neas Ducetii, Siculorum regis, patriam fuiſſe ſcribit. Fuiſſe autẽ Notum Neam urbem, cùm ex Ciceronis in Verrem*

MENAE, *ſive* MENENA *urbs.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

verbis, quibus gentileis eius Neetinos adpellat, hoc eſt, Neam tenenteis, tùm ex Plinii lib. III *auctoritate, ubi Neenos eius populos, à Neâ procul dubio dictos, vocat, ſatis conſtat. Huc accedit Ptolemæus; qui ipſum Neetum, etſi corruptâ ſuo tempore, à verâ tamen derivatâ voce denominavit. Scribit lib.* XI *Diodorus, à Ducetio Neam in æquum campum translatam fuiſſe. cuius verbis quum in molis vertice,* VI *circiter milliarium leni adſcenſu ab hodierno Noti ſitu, pyramis adhuc & veteris circumquaque ædificii monumenta diſtent, eius, quæ ante Ducetium ſtabat, veſtigia eſſe, & hanc, quæ modò colitur, ab eo ipſo conditam, non abſurdè colligo; quum nominis perpetuitas & auctorum adſenſus adfirmet. Sunt, qui, parùm advertentes, Neam Menæum eſſe ſcripſerunt: quum in eodem lib.* XI *Neam diverſam à Menæo faciat Diodorus; dum illam Ducetii patriam, & hanc ab eo conditam ſcribit.* Parùm peritum fuiſſe Fazellum Græcæ lingvæ, cùm ex aliis adparet documentis compluribus, tùm ex hoc eius manifeſto conſtat teſtimonio, quod Decad. I, lib. VIIII, cap. IIII, inſeruit his verbis: *Lapidem marmoreum vetuſtiſſimum offendi, Græcis inſcriptum literis; quas in Latinum ad verbum vertendas curavi.* Hinc etiam Decad. I, lib. III, cap. III, de Leontinorum urbe loquens; *Huic urbi vel à ſubitâ finium propagatione, vel à populi concurſu, convenientiſſimum nomen primi eius habitatores impoſuerunt. leos enim Græcè populus eſt Latinè; & tinein Græcis extendere vel multiplicare Latinis ſonat.* Sic igitur etiam à *Neæ* incolas *Neetinos* Ciceroni dictos putavit. At quis tam ignarus rei grammaticæ eſſe poteſt, qui neſciat, gentilitia ſive derivativa eſſe vocabula Λεοντῖνοι, ac Νεητῖνοι, à primitivis vocibus Λέων & Νέητον: ut infinita alia per univerſum orbem terrarum? Apud Plinium verò non *Neeni*, ſed *Noæni* leguntur opidani ab opido Νόαι, *Noæ*, Stephano, Svidæ, ac Favorino memorato: de quo ſuo loco plura dicentur. Verùm, uti leviora hæc mittamus; quum ipſe Fazellus, Decad. I, lib. III, cap. II, & item lib. X, Palicorum lacus apud Menæum opidum accuratè deſcribat; Diodorus verò diſertiſſimis verbis, Ducetium urbem illam, cuius vocabulum corruptum in Νέας eſſe dixi, transtuliſſe in planum campum & propè fanum Palicorum condidiſſe eam, quam Palicam adpellavit; ubi Stephanus Menas prope Palicos fuiſſe tradit: neſcio, quibus rationibus Fazellus ductus, ad Neetum urbem ea verba trahere potuit. Cæterùm idem Diodorus eodem lib. XII anteà ita tradit: Ἀθήνησι μὲν ἄρχων ἦν Φιλοκλῆς, κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Δουκέτιος, ὁ τῶν Σικελῶν βασιλεὺς ὤν, ὠνομασμένος τὸ γένος, ἰσχύων δὲ κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους, Μέναινον μὲν πόλιν ἔκτισε, καὶ τὴν σύνεγγυς χώραν τοῖς κατοικισθεῖσι διεμέρισε. Id eſt: *Athenis ſummum magiſtratum gerente Philocle, in Siciliâ Ducetius, Siculorum rex, genere adprimè nobilis, & opibus plurimum illâ tempeſtate pollens, Menænum urbem condidit; coloniſque eò deductis finitimum agrum diſtribuit.* Ab hoc equidem vocabulo μέναινον, MENAENVM, dici poterant opidani Μεναίνιοι, MENAENII; pro quibus apud Ciceronem, in Verrinâ III, MENENII leguntur: & ab eodem illo vocabulo dicti quoque videri poterant MENANINI Plinii, lib. III, cap. VIII; qui in duobus nummis, quos Goltzius refert, Græcis literis ſunt Μηνανῖνοι. verùm, quia eo Diodori loco alia exemplaria habent Μέναιον, dubium eſt, an non ipſe auctor ſcripſerit μεναίων πόλιν, id eſt, *Menæorum urbem*; uſitatiſſimâ apud Græcos loquutione. Illi ſanè Ciceronis *Menenii* à nullo alio vocabulo dicti ſunt, niſi à Μένηνα. quod ipſum derivativum fuit à primitivo Μέναι, quemadmodùm Ἀγύριον quoque & Μοργάντιον, Γαλαρία, ac Τίσσα, derivativis inde vocibus dictæ fuêre Ἀγύρινα, Μοργάντινα, Γαλάρινα, Τίσσινα· ut ſuprà cognovimus: quemadmodùm item Ἀγκύραι & Νέητον, dictæ fuerunt Ἀγκύρινα & Νεήτινα· ut pòſt ſuo loco oſtendetur. nam ab Μέναι, ſeu potiùs ab ſingularis numeri vocabulo Μένη, gentilitium in uſu fuiſſe Μενηνός, quemadmodùm à Παλίκη & Ἐρύκη Stephani epitomator refert gentilitia Παλικηνοὶ atque Ἐρυκηνοί, teſtatur antiquus nummus, quem Fazellus, Decad. I, lib. X, ad Menæi opidi deſcriptionem citat cum inſcriptione, ut ipſe quidem Latinis retulit literis, MENENON. qui haud dubiè ipſis Græcis fuit ΜΕΝΗΝΩΝ· ſeu fortè cum η in primâ ſyllabâ ΜΗΝΗΝΩΝ, ut illi alii duo Goltzii habent ΜΗΝΑΝΙΝΩΝ. quod vocabulum gentilitium eſt ab opidi nomine Μηνᾶνα· hoc verò idem quod Μένηνα· in primâ ſyllabâ ε in η, in ſecundâ η in α, mutatis. Sed de ipſis opidi opidanorumque vocabulis ſatis. Cæterùm Philocles, in cuius magiſtratu Menas condidit Ducetius, ſummus Athenienſium prætor fuit anno ſecundo Olympiadis LXXXI; id eſt, ante natum Chriſtum anno CCCCLVIIII. Condidit autem eam urbem Ducetius, quia eo loco natus erat. Quinto vero anno pòſt, ut teſtis eſt idem Diodorus, Lyſicrate ſummum Athenis magiſtratum obtinente, eamdem urbem, in edito arduoque

colle

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

colle ſitam, in quo etiamnunc conſpicitur, ſive incolas eius, μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον πλησίον τοῦ τεμένους τῶν ὀνομαζομένων Παλίκων, καὶ ἀπὸ τῶν θεῶν τούτων ὠνόμαζε Παλίκην· id eſt, *tranſtulit in campum prope fanum Palicorum, & ab his diis nuncupavit Palicen.* nempe, quòd ab iſtius templi cultu atque celebritate ipſi etiam Meneniorum civitati maiorem frequentiam celebritatemque acceſſuram ſperaret: quod etiam ita evênit. ſic quidpe ſuperiore loco perſcriptis verbis Diodorus ſubjicit iſta: Δουκέτιος οὖν τὴν Παλίκην κτίσας, καὶ περιλαβὼν αὐτὴν ἀξιολόγῳ τείχει, κατεκληρούχησε τὴν ὅμορον χώραν. Συνέβη δὲ τὴν πόλιν ταύτην, διὰ τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκητόρων, ταχεῖαν λαβεῖν αὔξησιν. Οὐ πολὺν δὲ χρόνον εὐδαιμονήσασα κατεσκάφη, καὶ διέμεινεν ἀοίκητος μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων. περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἀναγράψομεν ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις. Id eſt: *Ducetius itaque, quum Palicen, ab ſe conditam, muro egregio cinxiſſet, agros circumjacenteis civibus diviſit. Quæ urbs ſimul ob ſoli ubertatem ſimulque propter incolentium multitudinem brevi mirum in modum crevit. At non diuturna fuit ea felicitas. ſiquidem haud ita multo pòſt diruta eſt; & ad hoc usque tempus irreparata jecit. qua de re ſuo deinde loco ſingulatim dicemus.* Eâ de re nulla alibi, neque apud ipſum Diodorum, neque apud alium quemquam auctorem, exſtat mentio. Incolas Palicæ ad priſtinam ſuam inde rediſſe ſedem in *Menas* opidum, certum eſt; quando id in hanc usque diem eodem loco ac nomine durat; Cicero verò ac Plinius ſuorum temporum citant opidanos *Menenios*, ſive *Menaninos*; & opidum etiam Ptolemæus *Menas*. de quo ita Fazellus, dicto decadis I lib. x: *Arcem habet & mœnia adhuc antiquiſſima. In eâ quoque urbe eiusque circùm agris numiſmata, in ære atque argento inſigniter quidem expreſſa, cum hac inſcriptione,* MENENON, *paſſim effodiuntur: viſunturq; veterum operum pleriſq; in locis non obſcura monumenta.*

MENENIVS *ſive* PALICORVM *fons; qui & lacus ſeu ſtagnum Palicorum.*

Cæterùm duo millia paſſuum, ut ſuprà commemoravi, versùs ſeptemtriones ab Menis opido occurrit Μεναῒς illa κρήνη, id eſt, FONS MENENSIS, ſive MENENIVS: de quo ita Vibius, in Catalago fontium: *Menais, Leontinorum: per quem cives eius loci jurare timent.* Idem & Παλικίνη κρήνη, PALICINVS *fons*, ab adpoſito templo Palicorum, dictus eſt; & item Λίμνη Παλίκων, id eſt, LACVS ſive STAGNVM PALICORVM; & Κρατῆρες Παλίκων, CRATERES PALICORVM: poëtis autem, uſitatiſſimâ eorum licentiâ, plurali numero, *Stagna* & *Lacus Palicorum*; quamquàm unus tantùm omni ævo fuerit lacus ſive unum ſtagnum, ex quo crateres aquas ſurſum ejiciunt; ut mox patebit. Virgilius igitur, Aeneid. lib. VIII ita canit:

Stabat in egregiis Arcentis filius armis;
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iberâ;
Inſignis facie: genitor quem miſerat Arcens,
Eductum Martis luco, Symæthia circùm
Flumina, pingvis ubi & placabilis ara Palici.

Ad hos verſus Macrobius, Saturnalior. lib. V, cap. XVIIII, ita commentatur: *Quis hic Palicus deus, vel potiùs qui dii Palici, nam duo ſunt, apud nullum penitus auctorem Latinum, quòd ſciam, reperi. ſed de Græcorum penitiſſimis literis hanc hiſtoriam eruit Maro. nam primùm, ut Symetus fluvius, cuius in his verſibus meminit, in Siciliâ eſt; ita & dii Palici in Siciliâ coluntur: quos primùm Aeſchylus tragicus, vir utique Siculus, in literas dedit: interpretationem quoq; nominis eorum, quam Græci* ἐτυμολογίαν *vocant, expreſſit verſibus ſuis. Sed, priusquàm verſus Aeſchyli ponam, paucis explananda eſt hiſtoria Palicorum. In Siciliâ Symetus fluvius eſt. juxta hunc nympha Thalia, compreſſu Iovis gravida, metu Iunonis optavit, ut ſibi terra dehiſceret. Factum eſt. Sed ubi venit tempus maturitatis infantum, quos alvo illa geſtaverat, recluſa terra eſt, & duo infantes de alvo Thaliæ progreſſi emerſerunt: adpellatiq; ſunt Palici* ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι· *quoniam, priùs in terram merſi, denuò inde reverſi ſunt. Nec longè inde lacus breves ſunt; ſed in immenſum profundi, aquarum ſcaturigine ſemper ebullientes: quos incolæ Crateras vocant; & nomine Dellos adpellant: fratresque eos Palicorum æſtimant; & habentur in cultu maximo. præcipuéque circa exigendum juxta eos jusjurandum præſens & efficax numen oſtenditur. nam, quum furti negati vel eiusmodi rei fides quæritur, & jusjurandum à ſuſpecto petitur; uterque ab omni contagione mundi ad Crateras accedunt; accepto priùs fidejuſſore à perſonâ, quæ juratura eſt, de ſolvendo eo, quod peteretur, ſi addixiſſet eventus. Illic, invocato loci numine, teſtatum faciebat, eſſe [ita,] jurator, de quo juraret. Quod ſi fideliter faceret, discedebat illæſus: ſi verò ſubeſſet jurijurando mala conſcientia; mox in lacu amittebat vitam falſus jurator. Hæc res ita religionem fratrum commendabat, ut Crateræ quidem implacabiles, Palici autem placabiles vocarentur. Nec ſine divinatione eſt Palicorum templum. nam, quum*

Siciliam ſterilis annus arefeciſſet; divino Palicorum reſponſo admoniti Siculi, heroi cuidam certum ſacrificium celebraverunt: & revertit ubertas. qua gratiâ Siculi omne genus frugum congeſſerunt in aram Palicorum. ex qua ubertate ara ipſa pinguis vocata eſt. Hæc eſt omnis hiſtoria quæ de Palicis eorumque fratribus in Græcis tantummodò literis invenitur: quas Maro non minùs, quàm Latinas, hauſit. Sed hæc, quæ diximus, auctoritatibus adprobanda ſunt. Aeſchyli tragœdia eſt, quæ inſcribitur Aetna. in hac quum de Palicis loqueretur, ſic ait:

Τί δῆθεν αὐτοῖς ὄνομα τίθενται βροτοί;
Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν.
Ἠ καὶ Παλικῶν εὐλόγως μένει φάτις·
Πάλιν γὰρ ἵκουσ' ἐκ σκότους τόδ' ἐς φάος.

[Id eſt:
Quod tandem iis nomen imponunt mortales?
Venerandos Palicos Iupiter voluit vocari.
Quæ etiam non ſine ratione Palicorum manet dictio.
Rurſus enim venerunt è tenebris in hanc lucem.]

Hæc Aeſchylus. Callias autem, in ſeptimâ hiſtoriâ de rebus Siculis, ita ſcribit: Ἡ δὲ Ἐρύκη τῆς μὲν Γελώας ὅσον ἐννενήκοντα στάδια διέστηκεν. ἐπιεικῶς δὲ χερρός ἐστιν τό τε ὄρος καὶ τὸ παλαιὸν Σικελῶν γεγενημένη πόλις, ὑφ' ἣ καὶ τοὺς Δέλλους καλουμένους εἶναι συμβέβηκεν. οὗτοι δὲ κρατῆρες δύο εἰσὶν, οὓς ἀδελφοὺς τῶν Παλικῶν οἱ Σικελιῶται νομίζουσιν. τὰς δὲ ἀναφορὰς τῶν πομφολύγων παραπλησίας βραζούσαις ἔχουσιν. [Hoc eſt: *Eryce ab Gelenſi agro* XC *circiter ſtadia diſſita eſt. Valdè autem deſerta & inculta ſunt cùm mons, tùm quod olim in eo Siculorum fuit opidum: ſub quo & Delli ſiti ſunt. Hi crateres ſunt duo; quos fratres Palicorum eſſe, Siculi exiſtimant. Ebullitiones autem habent ferventibus ſimileis.*] *Hactenus Callias, Polemon verò, in libro, qui inſcribitur* Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν, *ſic ait:* Οἱ δὲ Πάλικοι προσαγορευόμενοι, παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις αὐτόχθονες θεοὶ νομίζονται. ὑπάρχουσιν δὲ τούτων ἀδελφοὶ κρατῆρες χαμαίζηλοι. προσιέναι δὲ ἁγιστεύοντας χρὴ πρὸς αὐτοὺς ἀπό τε παντὸς ἄγους καὶ συνουσίας, ἔν τε καινῶν ἐνδυμάτων. φέρεται δὲ ἀπ' αὐτῶν ὀσμὴ βαρεῖα θείου, καὶ τοῖς πλησίον ἱσταμένοις καρηβάρησιν ἐμποιοῦσα δεινήν. τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ θολερὸν αὐτῶν, καὶ τὴν χρόαν ὁμοιότατον χαμαὶ ῥύπῳ λευκῷ. φέρεται δὲ κολπούμενόν τε καὶ παφλάζον, οἷαί εἰσιν αἱ δῖναι τῶν ζεόντων ἀναβολάδην ὑδάτων. φασὶν δ' εἶναι καὶ τὸ βάθος ἀπέραντον τῶν κρατήρων τούτων, ὥς τε καὶ βοῦς εἰσπεσόντας ἠφανίσθαι καὶ ζεῦγος ὀνικὸν ἐλαυνόμενον, ἔτι δὲ φορβάδας ἐναλλομένας. ὅρκος δέ ἐστιν τοῖς Σικελιώταις μέγιστος καθηραμένων τῶν προκληθέντων. οἱ δὲ ὁρκωταὶ, γραμματεῖον ἔχοντες, ἀγορεύουσιν τοῖς ὀρκουμένοις περὶ ὧν ἀπαιτήσουσι τὸν ὅρκον. ὁ δὲ ὀρκούμενος, θαλλὸν κραδαίνων, ἐστεμμένος, ἄζωστος καὶ μονοχίτων, ἐφαπτόμενος τοῦ κρατῆρος ἐξ ὑποβολῆς δίεισι τὸν ὅρκον. καὶ ἂν μὲν ἐμπεδώσῃ τοὺς ῥηθέντας ὅρκους, ἀσινὴς ἄπεισιν οἴκαδε· παραβάτης δὲ γινόμενος τῶν θεῶν ἐμποδὼν τελευτᾷ. τούτων δὲ γινομένων, ἐγγυητὰς ὑπισχνοῦνται καταστήσειν τοῖς ἱερεῦσιν, ἐάν τι νεαρὸν γένηται καθάρσιν ὀφλισκάνουσιν, τοὺς περιγινομένους. Περὶ δὲ τὸν τόπον τοῦτον ᾤκησαν Παλικηνοὶ πόλιν ἐπώνυμον τούτων τῶν δαιμόνων Παλικήν. [Hoc eſt: *Palici qui dicuntur, ab incolis pro diis indigenis habentur. Horum fratres ſunt Crateres humi depreſſi. Ad eos accedere qui velint, ab omni ſcelere atque contagione mundi ſint, & novis veſtibus amicti, oportet. Gravis odor ſulphuris, & qui horrendam propè adſtantibus capitis gravedinem inducit, inde exit. aquaque eorum eſt turbida, ac colore ſimillima albæ illuviei, quæ humi ſita eſt. Ea egeritur voragine æſtuante, ſtrepitumque edente ingentem: quales ſunt gurgites ſurſum ebullientium aquarum. Sed & profunditatem horum craterum aiunt eſſe infinitam; ita, uti, ſi boves incidant, vel aſini bijugi in id præcipitentur, vel vaccæ inſiliant, nuſquàm adpareant. Cæterùm jusjurandum heic eſt Siculis maximum; quo ſe purgant, qui aliquo crimine accuſantur. Qui id jusjurandum exigunt, tabellam tenentes prædicunt juraturis de quibus rebus jusjurandum exacturi ſint. qui jurat, ramum vibrans, ſertoq; redimitus, & diſcinctus, ſimplicique tunicâ indutus, ac manu contingens craterem, verba præeuntis ſequens jusjurandum peragit. Quòd ſi verè ac bonâ fide in prædicta verba juret; illæſus atque incolumis domum diſcedit. ſin verò pejeret; ante ipſos deos exſpirat. Quum autem hæc fiant, fidejuſſores dant, qui ſacerdotibus ſolvant expiationem, ſi quid novi eveniat piaculo obnoxiis. Cæterò circa hunc locum Paliceni inhabitabant urbem diis cognominem Palicen.*] *Hæc Polemon. Sed & Xenagoras, in tertiâ hiſtoriâ ſuâ, de loci divinatione ita ſcribit:* Καὶ οἱ Σικελοὶ, τῆς γῆς ἀφορούσης, ἔθυσάν τινι ἥρωϊ, προστάξαντος αὐτοῖς τοῦ ἐκ Παλικῶν χρηστηρίου· καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς εὐφορίας πολλοῖς δώροις τὸν βωμὸν τῶν Παλικῶν ἐνέπλησαν. [Id eſt: *Tunc Siculi, ſterilitate agrorum obortâ, heroi cuidam ſacrificarunt, Palicorum oraculo admoniti. quumque ubertas rediiſſet, multa dona in Palicorum aram congeſſerunt.*] *Abſoluta eſt, æſtimo, & auctoribus idoneis ad-*

ſerta

ſerta explanatio Virgiliani loci: quem literatores noſtri nec obſcurum putant; contenti, vel ipſi ſcire, vel inſinuare diſcipulis, Palicum dei eſſe cuiusdam nomen. quis ſit autem deus iſte, vel unde ſit dictus, tam neſciunt, quàm ſcire nolunt: quia nec, ubi quærant, ſuſpicantur; quaſi Græcæ lectionis expertes. Servius in præſcriptum Virgilii locum ita commentatur: *Palicorum talis eſt fabula: Aetnam nympham, vel, ut quidam volunt, Thaliam Iupiter quum vitiaſſet, & feciſſet gravidam; timens Iunonem, ipſam puellam terræ commendavit: & illic enixa eſt. Partus eius poſteà quum de terrâ erupiſſet, duo pueri Palici dicti ſunt, quaſi iterum venientes: nam* πάλιν ἵκειν *eſt iterum venire. Hi primò humanis hoſtiis placabantur: poſteà quibusdam ſacris mitigati ſunt; & eorum immutata ſacrificia. inde ergo placabilis ara. Palicos nauticos deos Varro adpellat.* Haud dubiè eosdem intellexit Varro, qui aliàs dicebantur Romanis *Caſtores*; ſeu diſcretis etiam nominibus, *Caſtor* & *Pollux*. de quibus ita Virgilius, Aeneid. lib. VI:

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit:
Itque reditque viam toties.

Nempe fabulabantur antiqui; quum cæſus à Lynceo eſſet Caſtor, immortalem Pollucem à patre Iove immortalitatem fratri petiiſſe. quam quum obtinere nequiſſet; impetraſſe tamen, ut dimidium ſuæ impertire illi poſſet. proinde alternis eos occidere atque reviviſcere dicebant. Invocabantur autem in tempeſtatibus ut dii marini ſeu nautici à nautis. Porrò apud Stephani epitomatorem ita ſcriptum eſt: Παλίκη, πόλις Σικελίας. Θεόφιλος δὲ ἐν ἑνδεκάτῳ περιηγήσεως Σικελίας, Παλικίνην κρήνην φησὶν εἶναι· πλησίον δ' αὐτῆς ἱερὸν Παλίκων· οἵ εἰσι δαίμονές τινες, οὓς Αἴσχυλος ἐν Αἰτναίοις γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας, τῆς Ἡφαίστου· Σιληνὸς δὲ ἐν δευτέρῳ, Αἴτνης, τῆς Ὠκεανοῦ, καὶ Ἡφαίστου· κληθῆναι δ' αὐτοὺς Παλίκους διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἱκέσθαι. Ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν Παλίκοις τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινος. αὕτη δ' ἀναρρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἓξ πήχεις· ὥστε ὑπὸ τῶν θεωρούντων νομίζειν κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον· καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὸ καθίσταται. Ἔστι δὲ καὶ ὅρκος ἅγιος αὐτόθι. ὅσα γὰρ ὀμνύει τις, εἰς πινάκιον γράψας, βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ. ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῇ, ἐπιπολάζει· ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, αὐτὸς δὲ πίμπραται. Hoc eſt: *Palica, opidum Siciliæ. Theophilus autem, deſcriptionis Siciliæ lib.* XI, *Palicinum ait eſſe fontem; ac prope eum templum Palicorum: qui duo ſunt genii; quos Aeſchylus, in Aetnâ tragœdiâ, filios facit Iovis ac Thaliæ, Vulcani filiæ: Silenus verò, lib.* II, *Aetnæ, Oceani filiæ, & Vulcani. Dictos autem Palicos aiunt, quòd, quum mortui eſſent, rurſum ad mortaleis redierint. Eſt etiam fons quidam apud Palicos in Siciliâ, amplitudine decaclinus. Is aquam ejicit ad altitudinem* VI *cubitorum; tantâ copiâ, uti ſpectantes putent campum eum omnem inundaturum. ac rurſum in ſeſe redit. Eſt ibidem & ſanctum jusjurandum. quidpe is, qui jurat, ea, quæ jurat, tabellæ inſcripta in aquam immittit. quòd ſi bonâ fide juret; tabella innatat: ſin verò pejeret; ſubmergitur atque evaneſcit: ipſe autem comburitur.* Vltima hæc de fonte apud Palicos ex Ariſtotelis libro de Mirandis deſumta ſunt: ubi hæc inſuper addita: Διὸ δὴ λαμβάνειν τὸν ἱερέα παρ' αὐτοῦ ἐγγύας ὑπὲρ τοῦ καθαίρειν τινὰ τὸ ἱερόν. Id eſt: *Quocirca fidejuſſorem capit ab ipſo ſacerdos de expiando purgandoque fano.* Sed de Palicis eorumque lacu omnium optimè ſcribit Diodorus Siculus, lib. XI, his verbis: μετὰ δὲ ταῦτα Δουκέτιος, ὁ τῶν Σικελιωτῶν ἀφηγούμενος, τὰς πόλεις ἁπάσας τὰς ὁμοεθνεῖς, πλὴν τῆς Ὕβλας, εἰς μίαν καὶ κοινὴν ἤγαγε συντέλειαν. δραστικὸς δὲ ὤν, νεωτέρων ὠρέγετο πραγμάτων, καὶ παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν Σικελῶν ἀθροίσας δύναμιν ἀξιόλογον, τὰς Μένας, ἥτις ἦν αὐτοῦ πατρίς, μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ πλησίον τοῦ τεμένους τῶν ὀνομαζομένων Παλίκων ἔκτισε πόλιν ἀξιόλογον, ἣν ἀπὸ τῶν προειρημένων θεῶν ὠνόμαζε Παλικήν. Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν θεῶν τούτων ἐμνήσθημεν, οὐκ ἄξιόν ἐστι παραλιπεῖν τὴν περὶ τὸ ἱερὸν ἀρχαιότητά τε καὶ τὴν ἀπιστίαν, καὶ τὸ σύνολον τὸ περὶ τοὺς ὀνομαζομένους Κρατῆρας ἰδίωμα. μυθολογοῦσι γάρ, τὸ τέμενος τοῦτο διαφέρειν τῶν ἄλλων ἀρχαιότητι καὶ σεβασμῷ, πολλῶν ἐν αὐτῷ παραδόξων παραδεδομένων. πρῶτον μὲν γὰρ κρατῆρές εἰσι, τῷ μεγέθει μὲν οὐ κατὰ πᾶν μεγάλοι, σπινθῆρας δ' ἐξαισίους ἀναβάλλοντες, ἐξ ἀμυθήτου δὲ βυθοῦ, καὶ παραπλήσιον ἔχοντες τὴν φύσιν τοῖς λέβησι τοῖς ὑπὸ πυρὸς πολλοῦ καιομένοις, καὶ τὸ ὕδωρ διάπυρον ἀναβάλλουσιν. ἔμφασιν μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀναβαλλόμενον ὕδωρ ὡς ὑπάρχει διάπυρον· οὐ μὴν ἀκριβῆ τὴν ἐπίγνωσιν ἔχει, διὰ τὸ μηδένα τολμᾶν ἅψασθαι τούτου· τηλικαύτην γὰρ ἔχει κατάπληξιν ἡ τῶν ὑγρῶν ἀναβολή, ὥστε δοκεῖν ὑπὸ θείας τινὸς ἀνάγκης γίνεσθαι τὸ συμβαῖνον. τὸ μὲν ὕδωρ θείου κατακόρου τὴν ὄσφρησιν ἔχει· τὸ δὲ χάσμα βρόμον πολὺν καὶ φοβερὸν ἐξίησι. τὸ δὲ δὴ τούτων παραδοξότερον, οὔτε ὑπερεκχεῖται τὸ ὑγρόν, οὔτε ἀπολείπει, κίνησιν δὲ καὶ βίαν ῥεύματος εἰς ὕψος ἐξαιρομένην ἔχει θαυμάσιον. Τοσαύτης δὲ θεοπρεπείας οὔσης περὶ τὸ τέμενος, οἱ μέγιστοι τῶν ὅρκων ἐνταῦθα συντελοῦνται, καὶ τοῖς ἐπιορκήσασι σύντομος ἡ τοῦ δαιμονίου κόλασις ἀκολουθεῖ. τινὲς γὰρ τῆς ὁράσεως στερηθέντες τὴν ἐκ τοῦ τεμένους ἄφοδον ποιοῦνται. μεγάλης δ' οὔσης δεισιδαιμονίας, οἱ τὰς ἀμφισβητή-

σὺς ἔχοντες, ὅταν ὑπό τινος ὑπεροχῆς καταισχύωνται, τῇ διὰ τῶν ὅρκων τούτων αἱρέσει κρίνονται. Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ τέμενος ἔκ τινων καιρῶν ἄσυλον τετηρημένον, καὶ τοῖς ἀτυχοῦσιν οἰκέταις καὶ κυρίοις ἀγνώμοσι περιπεπτωκόσι πολλὴν παρέχεται βοήθειαν. τοὺς γὰρ εἰς τοῦτο καταφυγόντας οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ δεσπόται βιαίως ἀπάγειν, καὶ μέχρι τούτου διαμένουσιν ἀσινεῖς, μέχρις ἂν ἐπὶ διωρισμένοις φιλανθρώποις πείσαντες οἱ κύριοι, καὶ δόντες διὰ τῶν ὅρκων τὰς περὶ τῶν ὁμολογιῶν πίστεις, ἀπαλλαγῶσι. καὶ οὐδεὶς ἱστορεῖται τῶν δεδωκότων τοῖς οἰκέταις πίστιν ταύτην παραβάς. οὕτω γὰρ ἡ τῶν θεῶν δεισιδαιμονία τοὺς ὀμόσαντας πρὸς τοὺς δούλους πιστοὺς ποιεῖ. Ἔστι δὲ καὶ τὸ τέμενος ἐν πεδίῳ θεοπρεπεῖ κείμενον, καὶ στοαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις καταλύσεσιν ἱκανῶς κεκοσμημένον. Hoc eſt: *Poſt hæc Ducetius, Siculorum princeps, omneis eiusdem gentis urbeis, præter Hyblam, in unam civitatis communionem redegit. & quia acri vir ingenii ac ſtrenuus erat; novis ac magnificis rebus animum adjecit. Ex publico enim Siculorum ærario magnis inſtructus opibus, urbem Menas, quæ patria eius erat, in apertum campum tranſtulit; & prope fanum Palicorum urbem præclaram condidit, quam à dictis diis Palicam nuncupavit. Heic, quia de diis iſtis incidit mentio, haud dignum foret, templi illius vetuſtatem & incredibilem rerum ibidem contingentium inſolentiam, ac in primis ſingulare Craterum illic, quos vocant, miraculum ſilentio transire. Fanum igitur hoc tùm antiquitate tùm religioſâ veneratione, quòd multa in eo rara & ſtupenda eveniant, cæteris omnibus longè anteire tradunt. Ac primùm crateres illic exſiſtunt, amplitudine quidem haud perinde vaſti, cæterùm qui è profunditate inenarrabili ſcintillas ingenteis eructant; lebetum naturam referentes vi igneâ æſtuantium, unde fervens aqua ebullit. Speciem quidem ignei fervoris aqua illa ſubſultans præbet; at nihildum certi exploratum habetur: quum nemo hactenus contingere eam auſus ſit. tanto enim cum ſtupore exæſtuatio illius humoris conjuncta eſt, uti à divinâ quadam neceſſitate procedere exiſtimetur. Aqua tamen ſulphuris odorem exuberantis refert: & vorago illa rugitum ingentem atque horrendum emittit. Tum, quod longè admirabilius, humor ille neque ſuperfunditur, neque ſubſidit. ſed perpetuo agitatus motu, ſtupendâ profluxus vi in altum ſe extollit. Quum itaque tam divina fanum illud maieſtas obtineat; ſanctiſſima illic juramenta præſtantur. & repentina numinis vindicta pejerantibus incumbit. nonnulli enim oculis capti delubro excedunt. Ingens igitur loci religio efficit, ut, arduis intricati controverſiis, quando ſuperioris potentiæ injuriâ premuntur, juris tandem jurandi religione interpoſitâ, exitum cauſæ inveniant. Prætereà fanum hoc per aliquod jam tempus inviolatiſſimum eſt aſylum; quod ſervis ærumnâ aliquâ oppreſſis, dominosq; inclementeis nactis, plurimum auxilii præbet. etenim, qui illuc confugerint, eos per vim dominis abducere haud licet: ſed inviolati illic permanent, donec per benevolos domini arbitros perſvaſi, fide ſecuritatis juramento firmatâ, illis reconcilientur. Nec ullus memoriæ proditus reperitur, qui datam ſervis fidem violârit. adeò deûm metus jurata ſervis fideliter ſervare dominos cogit. Cæterò ſitum hoc templum eſt in campo lætiſſimo ac deorum maieſtate maximè digno; porticibus atque aliis diverſoriis magnificè exornatum.* De hoc Palicorum lacu ita tradit noſtri ſæculi ſcriptor Fazellus, decad. I, lib. III, cap. II: *Lacus inter Menæum opidum & hoſpitium Gutterræ, non magni ambitus: ad radices cuiusdam collis, paullo infra Symæthi capita, adhuc exſtat, Napthia ætate meâ vulgò adpellatus. qui adſiduam ſcaturiginem turbulentarum ac penè ſulphurearum aquarum, tribus in medio crateribus, ad treis circiter cubitos in altum ejectans, non aliter quàm ſubjectis ignibus fervens ebullit olla. cuius aquæ, ad perpendiculum cadentes, numquàm effluunt; ſed rurſum in eumdem ſinum, qui eo tamen non fit amplior, recipiuntur ac reſidunt.* Et aliquanto pòſt: *Exſtant hodiè templi ipſius magna circa lacum & ea pro maiori parte obruta monumenta. Lacus autem ipſe ad angulum planitiei eſt circa collis radices, turbidus, & mali odoris, ambitus paſſuum non minùs centum. in cuius quoque medio tres ſunt, veluti ollæ ſub igne ferventis, aquarum ſcaturigines. quæ continuâ etiamnum eructatione ad treis circiter cubitos in altum, comitante perpetuo æſtus murmure, aquas efferunt, rurſumque cadenteis in ſinum recipiunt. Aquas huius ſtagni ſi manè ante Solis exortum bruta potaverint, repentino propè interitu occidunt. nam licèt frigidæ ſint, turbidæ tamen, & dirum exhalantes odorem; qui ex ſulphuris bituminisque materiâ, qua ſtagni fundus plenus eſt, ut bullæ ex eo aliquando efflatæ indicant, generatur. Hinc adeò pernicioſæ ſunt eius aquæ, ut non ſolùm potantia bruta, ſed ſupervolanteis plerumque aveis in periculum agant. nam ex aquarum huiuscemodi vaporibus aër inficitur; & quò deterior eſt materia, eò concretior redditur: quo inſpirato, perinde ut guſtato veneno, aves pereunt. Aetate meâ quum aliquando Sicilia ſiccitate laboraret, ſtagnum hoc prorſus exaruit. è cuius tum crateribus, ventis ſolùm furentibus, pulvis tantùm efflabatur.* Hinc etiam Plinius, lib. XXXI, cap. II: *Necare aquas Theopompus & in Thraciâ apud Cychros dicit; Lycus, in Leontinis tertio die, ſi quispiam biberit:*

Varro,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Varro, ad Soracten, in fonte, cuius ſit latitudo quatuor pedum. Hæc cum malè interpunctionibus diſtincta forent, Fazellus, decad. I, lib. III, cap. III, perperam ita expoſuit: *Fontem eſſe in agro Leontino, Lycum nomine, nobis hodiè incompertum, lib.* XXXI, *cap.* II *Plinius tradit: qui adeò peſtilens eſt, ut, ſi quis ex eo potaverit, tertio die emoriatur.* Verùm quid Plinius intellexerit, patet ex Antigoni libro de Mirandis; ubi ita ſcriptum eſt: Ἐν δὲ τῇ Λεοντίνων, ἱστορεῖν Λύκον, τοὺς ὀνομαζομένους [Κρατῆρας] ἀναζεῖν μὲν ὡς θερμότατον τῶν ἑψομένων, τὰς δὲ πηγὰς ἔχειν ψυχράς· τῶν δὲ πλησιαζόντων αὐτοῖς, τὸ μὲν ὀρνίθων γένος ἀποθνήσκειν εὐθὺς, τοὺς δὲ ἀνθρώπους μετὰ τρίτην ἡμέραν. Id eſt: *In Leontinorum autem agro, tradere Lycum, [Crateras,] quos vocant, adeò effervere, ut elixorum nihil ſit calidius; fonteis autem habere frigidos. ſi qua avis adpropinquet, ſtatim; ſin homo, tertio pòſt die mori.* Nempe hæc eſt illa aqua, de qua ita Vibius, in Catalogo fontium: *Menais, Leontinorum; per quem cives eius loci timent jurare.* Vnde etiam liquidò adparet, inſerendam eſſe lacunoſo in vulgatis exemplaribus loco vocem Κρατῆρας. Præter jam memoratos auctores, ſic etiam Strabo lib. VI: Οἱ Παλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβάλλοντας ὕδωρ εἰς θολοειδὲς ἀναφύσημα, καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν. Id eſt: *Palici crateras habent, qui aquas in rotundam faſtigiatamque formam exſufflant, rurſumque in eumdem recipiunt ſinum.* Sanè Menenius iſte ſive Palicorum lacus omnibus condicionibus par eſt Amſancti in Hirpinis lacui; quem in Italiæ opere deſcripſi: niſi, quòd hic in Italiâ atram habet aquam, & craterem dumtaxat unum. Meminit Palicorum lacus Ovidius quoque, Μεταμορφώσεων lib. V; ubi raptum Proſerpinæ deſcribit his verbis:

Haud procul Ennæis lacus eſt à mœnibus altus,
Nomine Perguſa.
Silva coronat aquas, cingens latus omne; ſuisq;
Frondibus, ut velo, Phœbeos ſubmovet igneis.
Frigora dant rami, varios humus humida flores.
Perpetuum ver eſt. Quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas aut candida lilia carpit;
Penè ſimul viſa eſt dilectaque raptaque Diti.
Raptor agit currus; &, nomine quemque vocando,
Exhortatur equos: quorum per colla jubasque
Excutit obſcurâ tinctas ferrugine habenas:
Perque lacus altos & olentia ſulfure fertur
Stagna Palicorum, ruptâ ferventia terrâ:
Et, quà Bacchiadæ, bimari gens orta Corintho,
Inter inæqualeis poſuerunt mœnia portus,
Eſt medium Cyanes & Piſææ Arethuſæ,
Quod coit anguſtis incluſum cornibus æquor;
Heic * *
Terribileisque hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit. icta viam tellus in Tartara fecit;
Et pronos currus medio cratere recepit.

Nempe ab Ennâ & Perguſâ lacu ad Syracuſas & Cyanes fontem ſive ſtagnum rectiſſima breviſſimaque erat via per Palicorum lacum. Hinc etiam ita canit Faſtor. lib. IIII, in eâdem de raptu Proſerpinæ hiſtoriâ:

Panditur intereà Diti via. namque diurnum
Lumen inadſveti vix patiuntur equi.

De cætero τὸ ἱερὸν τῶν Παλίκων, FANVM PALICORVM haud procul fuiſſe ab dicto PALICORVM
lacu, patet ex Ariſtotelis ſuprà citatis verbis iſtis: Διὸ δὴ λαμβάνειν τὸν ἱερέα παρ᾽ αὐτοῦ *fanum.*
ἐγγύαν ὑπὲρ τοῦ καθαίρειν ἵνα τὸ ἱερόν. Id eſt: *Quocirca fidejuſſorem capit ab ipſo ſacerdos de purgando expiandoque fano.* Hinc etiam Fazellus, præſcripto loco: *Exſtant hodiè templi magna circa lacum & ea pro maiori parte obruta monumenta.* Et Stephani epitomator: Θεόφιλος ἐν ἑνδεκάτῳ περιηγήσεως Σικελίας, Παλικίνην κρήνην φησὶν εἶναι· πλησίον δ᾽ αὐτοῦ ἱερὸν Παλίκων. Id eſt: *Theophilus, deſcriptionis Siciliæ lib.* XI, *Palicinum ait eſſe fontem; ac prope eum templum Palicorum.* Diodorus, dicto lib. XI, μυθολογοῦσιν, inquit, τὸ τέμενος τοῦτο διαφέρειν τῶν ἄλλων ἀρχαιότητι καὶ σεβασμῷ. id eſt: *Fanum hoc antiquitate ſimul & religioſâ veneratione cæteris præcedere tradunt.* Ergo jam Aeſchyli haud dubiè exſtitit tempeſtate;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ſtate; quem *primum Palicos deos in literas dediſſe*, ſuprà è Macrobio intelleximus. is autem claruit circa Olympiadem LXXV; annis ante natum Ieſum CCCCLXXX. Magnificentiam eius idem adnotavit Diodorus his verbis: Ἔστι δὲ τὸ τέμενος στοαῖς καὶ ἄλλαις καταλύσεσιν ἱκανῶς κεκοσμημένον. Id eſt: *Templum porticibus atque aliis diverſoriis magnificè exornatum eſt.*

Palica urbs.

Haud procul à Palicorum templo fuit illa à Ducetio condita Παλίκη πόλις, PALICA *urbs*. unde opidani dicebantur Παλικηνοὶ, PALICENI. Stephani epitomator: Παλίκη, πόλις Σικελίας. ὁ πολίτης Παλικηνὸς, ὡς τῆς Ἐρύκης Ἐρυκηνός· καὶ τὸ θηλικὸν Παλικηνή. Id eſt: *Palice, urbs Siciliæ. opidanus, Palicenus; ut ab Eryce Erycenus: & femininum Palicena.* Apud Macrobium dicto Sat. lib. V, cap. XVIIII ex Polemonis libro Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν, id eſt, *De admirabilibus Siciliæ fluminibus*, hæc leguntur poſt lacus Paliceni deſcriptionem: Περὶ δὲ τὸν τόπον τοῦτον ᾤκησαν Παλικηνοὶ πόλιν ἐπώνυμον τούτων τῶν δαιμόνων Παλίκην. Hoc eſt: *Circa hunc locum Paliceni inhabitarunt urbem diis cognominem Palicen.* Sed omnium copioſiſſimè hanc deſcribit Diodorus, in dicto lib. XI, his verbis: Μετὰ δὲ ταῦτα Δουκέτιος, ὁ τῶν Σικελιωτῶν ἀφηγούμενος, τὰς πόλεις ἁπάσας τὰς ὁμοεθνεῖς, πλὴν τῆς Ὕβλας, εἰς μίαν καὶ κοινὴν ἦγαγε συντέλειαν. δραστικὸς δ' ὢν, νεωτέρων ὠρέγετο πραγμάτων, καὶ παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν Σικελῶν ἀθροίσας δύναμιν ἀξιόλογον, τὰς Μένας, ἥτις ἦν αὐτοῦ πατρὶς, μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ πλησίον τοῦ τεμένους τῶν ὀνομαζομένων Παλίκων ἔκτισε πόλιν ἀξιόλογον, ἣν ἀπὸ τῶν προειρημένων θεῶν ὠνόμαζε Παλίκην. * . * . * . * . Ὁ γὰρ Δουκέτιος τὴν Παλίκην κτίσας, καὶ περιλαβὼν αὐτὴν ἀξιολόγῳ τείχει, κατεκληρούχησε τὴν ὅμορον χώραν. συνέβη δὲ τὴν πόλιν ταύτην, διὰ τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκητόρων, ταχεῖαν λαβεῖν αὔξησιν. οὐ πολὺν δὲ χρόνον εὐδαιμονήσασα κατεσκάφη, καὶ διέμεινεν ἀοίκητος μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων· περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἀναγράψομεν ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις. Id eſt: *Poſt hæc Ducetius, Siculorum princeps, omneis eiusdem gentis urbeis, præter Hyblam, in unam civitatis communionem redegit. & quia acris vir ingenii ac ſtrenuus erat; novis ac magnificis rebus animum adjecit. Ex publico enim Siculorum ærario magnis inſtructus opibus, urbem Menas, quæ patria eius erat, in apertum campum tranſtulit; & prope fanum Palicorum urbem præclaram condidit, quam à dictis diis Palicam nuncupavit.* Et poſt ſuprà ſcriptam Palicorum lacus deſcriptionem: *Ducetius itaque quum Palicam, ab ſe conditam, muro egregio cinxiſſet, agros circumjacenteis civibus diviſit. Quæ urbs ſimul ob ſoli ubertatem ſimulque propter incolentium multitudinem brevi mirum in modum crevit. At non diuturna fuit ea felicitas. ſiquidem haud ita multo pòſt diruta eſt; & ad hoc usque tempus deſerta atque irreparata jecit. qua de re ſuo poſteà loco ſingulatim dicetur.* Condita fuit ea urbs à Ducetio Olympiadis LXXXI anno IIII; teſte ibidem Diodoro: id eſt, ante natum Ieſum anno CCCCLIII. Quando & à quibus mortalibus poſteà deleta fuerit, nusquàm apud Diodorum nec alibi adnotatum reperitur. Eâ deletâ, in priſtinam ſedem Menas remigraſſe incolas, ſuprà in Menarum deſcriptione docuimus. De Palicæ reliquiis ita ſcribit Fazellus, decad. I, lib. III, cap. II; poſt Palicorum lacus deſcriptionem: *Quum igitur rei novitate ac miraculis allecta eò populi frequentia conflueret, Ducetius juxta hoc Palicorum templum in colle, qui lacui prominet, urbem, in quam ſe advenæ reciperent, condidit; Palicamque à diis vicinis adpellavit. Exſtant hodiè in colle huius urbis veſtigia, non magno tamen ambitu comprehenſa.* Et decad. I, lib. X: *Menæno ad duo paſſuum millia Palicorum lacus ſubeſt: ubi & templum olim eiusdem nominis erat. cui incubat ad jactum fundæ in colle prominenti Palica jacens urbs.* At Diodorus dicto lib. XI, de Ducetio loquens, Τὰς Μένας, inquit, μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ πλησίον τοῦ τεμένους τῶν ὀνομαζομένων Παλίκων ἔκτισε πόλιν, ἣν ἀπὸ τῶν προειρημένων θεῶν ὠνόμαζε Παλίκην· id eſt; *Menas, in campum tranſtulit, & prope fanum Palicorum urbem condidit, quam à dictis diis Palicam nuncupavit.* Et ipſum templum fuiſſe in campo, teſtatur ibidem poſteà his verbis: Ἔστι δὲ τὸ τέμενος ἐν πεδίῳ θεοπρεπεῖ κείμενον. id eſt: *Situm id templum eſt in campo deorum maieſtate maximè digno.* Fazellus ait urbem illam in colle non magno fuiſſe ambitu. è contrario Diodorus tradit, Ducetium condidiſſe πόλιν ἀξιόλογον, id eſt, *urbem præclaram atque inſignem*: quam etiam poſteà ait cinctam fuiſſe τείχει ἀξιολόγῳ, *inſigni muro*; id eſt, *amplo*. eamdemque, ita ſatis amplam à primo conditore exſtructam, accepiſſe ταχεῖαν αὔξησιν καὶ εὐδαιμονίαν, *ſubitum incrementum ac felicitatem*, διὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκητόρων, *propter multitudinem incolentium*. Quapropter in ipſo cum Palicorum æde campo fuiſſe hanc Palicam urbem, aliusque cuiusdam fabricæ eſſe illa in dicto colle veſtigia, certum eſt.

Cæterùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Cæterùm eidem Palicorum lacui imminebat à meridie *urbs* in primis antiqua Ἐρύκη, ERYCE; ſive, Latino ore ſi formes, ERYCA, & ERVCA; in monte ſita. *Opidani* inde ſunt apud Stephani epitomatorem Ἐρυκαῖοι, ERYCAEI, & Ἐρυκηνοὶ, ERYCENI. Ἐρύκη, inquit, πόλις Σικελίας· Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρᾳ. τὸ ἐθνικὸν Ἐρυκηνός. Id eſt: *Eryce, opidum Siciliæ; auctore Philiſto, Sicular. rer. lib.* II. *Gentilitium inde Erycæus.* At alibi: Παλίκη, πόλις Σικελίας. ὁ πολίτης, Παλικηνὸς, ὡς τῆς Ἐρύκης Ἐρυκηνός· καὶ τὸ θηλυκὸν Παλυκηνή. Id eſt: *Palice, opidum Siciliæ. opidanus inde Palicenus; ut Eryces Erycenus: & femininum Palicena.* Sic ſcilicet & alia. exempli gratia: Ὀμφάκη, πόλις Σικελίας· τὸ ἐθνικὸν, Ὀμφακαῖος· ἔδει δὲ Ὀμφακηνὸς, τῷ τύπῳ τῆς χώρας. Hoc eſt: *Omphace, opidum Siciliæ. gentilitium, Omphacæus. ſed debebat eſſe Omphacenus; peculiari videlicet regionis formâ.* Situm Eryces uti commodè demonſtrare poſſimus, quædam ex Fazello præmittenda erunt. Is decad. I, lib. III, cap. II ita ſcribit: *Poſt Catanam urbem paſſuum millia* VIII *Terias fluvius in mare ſe exonerat, fluvius Catanæ & Iaretta hodiè adpellatus.* Et poſt huius prolixiorem deſcriptionem: *Quum Teriam trajeceris, ad* IIII *paſſuum millia Symæthi fluvii oſtium occurrit. Adpellatur hodiè is à ſancto Paulo. Quinque fontibus non longè à Mene urbe exſurgit. eorum hæc ſunt nomina; Macubus, Pipinus, Ochula, Canalis Calcagnus, & Fons ferratus. Hic idem ille eſt fluvius apud auctores celeberrimus; quòd ad eius verticem, qui à faucibus paſſuum millia fermè* XXX *recedit, Thaliam nympham, à Iove compreſſam, duos peperiſſe gemellos, poëtarum fabulis traditum eſt. quos quum illa, metu Iunonis, optaret à terrâ abſorberi; paruit quidem terra nymphæ optatis: attamen eos paullo pòſt in lucem edidit. unde Palici dicti; quaſi ex terrâ renati. & pro diis à veteribus Siculis ſunt habiti. quibus & lacum & templum, ad verticem huius fluvii exſtantia, & miranda plura conſecravit antiquitas.* Et decad. I lib. X; de Palica urbe loquens: *De hac urbe à nobis etiam lib.* III; *ubi de Symætho amne egimus, ſatis fusè, quemadmodùm & de lacu temploque Palicorum, tractatum eſt. Imminet ei ad meridiem paſſuum millia tria Catalfanus mons. ubi ingentis urbis vetuſtæ dirutæ, ac magnæ quoque arcis, miræ ſpectantur ex quadratis lapidibus ruinæ. Trinaciam hanc fuiſſe, Siculorum olim regiam, conjecturâ ſolummodò ex Diodori lib.* XII, *ubi eam non longè ab his locis abfuiſſe aſſerit, ducti aliqui ſuſpicantur. Ego verò tametſi Siculorum id ædificium fuiſſe exiſtimem: quænam tamen urbs ſuo tempore fuerit, ignorare me fateor. quin nec, quo aliquando loco ſteterit Trinacia, tametſi diu multumque à me perveſtigata, poſſum adſtruere.* Hactenus Fazellus. cuius multiplicem circa hæc loca errorem ſuprà, lib. I, cap. X, oſtendi. ubi antiquorum *Symæthum* eſſe eum docui amnem, qui, totius inſulæ maximus, vulgò nunc incolis vocatur *Iaretta*: *Teriam* verò eum, qui, Leontinorum urbi proximus, vulgò nunc dicitur *Fiume di S. Leonardo.* At cauſa totius erroris, qua Fazellus & alii Siciliæ auctores impulſi fuerunt, uti crederent Iarettam eſſe Teriam, Symæthum verò eum amnem, qui inter Iarettam & S. Leonardi flumen vulgò nunc vocatur *Fiume di S. Paolo,* inde nata eſt, quòd Virgilius poëta ait *aram Palicorum* eſſe *circùm Symæthum flumen:* unde etiam Vibius, in Catalogo fluminum, *vicinum Palicis Simetum* pronunciavit: divi autem Pauli amnis haud procul Palicorum ſtagno, ut modò è Fazello intelleximus, exoritur. Verùm hunc amnem eſſe antiquorum *Erycen*, ruinasque illas ad fonteis eius in monte Catalfano eſſe reliquias veteris urbis *Eryces*, ex Macrobio ſimul & Stephani epitomatore diſco. quorum ille ſuprà memorato Saturnalior. lib. V, cap. XVIIII, ita tradit: *Callias in ſeptimâ hiſtoriâ de rebus Siculis ita ſcribit:* Ἡ δὲ Ἐρύκη τῆς μὲν Γελῴας ὅσον ἐννενήκοντα στάδια διέστηκεν. ἐπιεικῶς δὲ χέῤῥος ἐστὶν τό τε ὄρος καὶ τὸ παλαιὸν Σικελῶν γεγενημένη πόλις, ὑφ' ἧ καὶ τοὺς Δέλλους καλουμένους εἶναι συμβέβηκεν. οὗτοι δὲ κρατῆρες δύο εἰσὶν, οὓς ἀδελφοὺς τῶν Παλίκων οἱ Σικελιῶται νομίζουσιν. Hoc eſt: *Eryce ab Gelenſium finibus* XC *circiter ſtadia diſtat. Valdè autem deſerta atque inculta ſunt cùm mons, tùm quod quondam in eo fuit Siculorum opidum: ſub quo & Delli ſiti ſunt. Hi verò crateres ſunt duo; quos fratres eſſe Palicorum, Siculi exiſtimant.* Apud Stephani epitomatorem hæc ſunt: Ἀκράγας, πόλις Σικελίας, ἀπὸ ποταμοῦ παραῤῥέοντος. φησὶ γὰρ Δοῦρις, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελικῶν πόλεων ἐκ ποταμῶν ὀνομάζονται· Συρακούσας, Γέλαν, Ἱμέραν, Σελινοῦντα, καὶ Φοινικοῦντα, καὶ Ἐρύκην, καὶ Κάμικον, Ἅλυκόν τε καὶ Θέρμον, καὶ Καμαρίναν. Id eſt: *Acragas, urbs Siciliæ, à præfluente amne dicta. ait quidpe Duris, pleraſque Sicularum urbium à fluminibus nomina accepiſſe; Syracuſas ſcilicet, Gelam, Himeram, Selinûntem, Phænicûntem, Erycen, Camicum, Halycum, Thermum, Camarinam.* Ex his igitur cùm Stephani epitomatoris tùm Calliæ verbis diſertiſſimè patet, prædictas in Catalfano monte ruinas eſſe *Eryces urbis* veſtigia; flumenque divi Pauli, quod

ad hunc

ERYCE *opidum;* & ERYCES *amnis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ad hunc montem exoritur, eſſe veterum *Erycen amnem*. ad cuius fonteis urbs poſita, eâdem ratione nomen inde traxit, ut ad *Halyci* fluvii ortus urbs *Halyciæ*; quæ vulgò hodiè vocatur *Salemi*, in occidentali versùs Lilybæum inſulæ parte. Iam verò Virgilii illum locum in ſuprà ſcriptis verſibus quod attinet; ſolens ille ſuo more iſthic licentiâ uſus eſt poëticâ paullo laxiore, ubi dixit,

——— Simethia circùm
Flumina; pingvis ubi & placabilis ara Palici.

Sic ſcilicet ad conſimilem modum inter alia & illud cecinit Aeneid. lib. I:

Antenor potuit, mediis elapſus Achivis,
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timavi;
Vnde per ora novem vaſto cum murmure montis
It mare proruptum, & pelago premit arva ſonanti.
Heic tamen ille urbem Patavî ſedeisq; locavit
Teucrorum.

Vnde poſteà imperitâ ineptâque Virgilii imitatione, ut in Italiæ deſcriptione latiùs oſtenſum, ſic cecinit Lucanus lib. VII:

Euganeo, ſi vera fides memorantibus, augur
Colle ſedens; Aponus terris ubi fumifer exit,
Atque Antenorei diſpergitur unda Timavi.

At millia paſſuum ſunt inter Aponum & Timavum circiter XC. Aponus verò, hodiéque *Abano* dictus, IIII tantùm millia à Patavio diſtat. Ad eumdem igitur modum Virgilius aram Palicorum circùm Symæthum flumen eſſe dixit, licèt XII circiter millia paſſuum interjecta ſint. Grammatici poſteà poëtæ magis ſpectarunt verba, quàm rem ipſam. unde illud Vibii, in Catalogo fluminum: *Simetos, Siciliæ, vicinus Palicis*. Sic & Pompon. Sabinus; ad præſcriptum Virgilii locum commentans: *Supra Catanen & Centuripas Symethus fluvius eſt, in Siciliâ. propè eſt fabula Palicorum*. Et item Servius: *Symæthos, fluvius eſt Siciliæ, haud longè ab urbe Catanenſi; circa quem ſunt Palici dei*. Sed Symæthum eſſe Iarettam, ſatis abundéque ſuprà lib. I, cap. X, demonſtratum eſt. Cæterùm antiquiſſima *Eryces* urbis memoria eſt illa apud Stephani epitomatorem Philiſti; qui circa exitum Dionyſii maioris, Syracuſanorum tyranni, hiſtorias ſuas conſcripſit; teſte Diodoro lib. XIIII. Quando & à quibus mortalibus tandem omnis everſa fuerit, nuſquàm adnotatum reperitur.

CAP. X.

Capitoniana, Gelenſium Philoſophiana, Petiliana, Calloniana, Corconiana; locæ incertæ condicionis. Opida, Callonia ſive Caulonia, Nonymna, Calviſiana, Hybla minor ſive Heræa, Acræ, Acrillæ, Apollinis Libyſtini fanum, Inacha, Motyca, Neetum, Caſmenæ, Cacyrum, Bidos, Echetla, Adryx, Meruſium, Talaria, Mactorium.

PОrrò itinera à Catanâ Agrigentum versùs apud Antoninum perſcripta ſunt huiusmodi:

A Catinâ Agrigentum, manſionibus nunc inſtitutis, M.P.XCI, ſic:

		Catina	
Capitonianis	XXIIII.	*Capitonia*	XXIIII.
Philoſophianis	XXI.	*Gelaſium Filoſophianis*	XXI.
Callonianis	XXI.	¦	
¦		*Petilianis*	XXVIII.
Corconianis	XII.	¦	
Agrigentum	XIII.	*Agrigentum*	XVIII.

Numeros heic ſingulorum intervallorum minimè eſſe corruptos, patet primùm ex eo, quòd ſumma XCI millium utrobique congruit; tum, quòd eadem ſumma in

capite alterius itineris perſcripta eſt. Cæterùm numerus iſte millium XCI ſpatio inter Agrigentum & Catanam probè convenit, ſi ad rectam lineam iter dirigatur. Quapropter, quum nulla præſcriptorum vocabulorum hodiè exſtent veſtigia, nec veterum ædificiorum hoc tractu adpareant monumenta; ſecundùm intervallorum numeros ea locabimus.

CAPITONIANA locus.

Millia igitur XXIIII à Catanâ versùs Agrigentum rectâ viâ ſi proceſſeris, in locum pervenies, haud procul dextrâ Erycæ amnis, qui nunc divì Pauli cognominatur, ripâ, medio ferè itinere inter Leontinos & Sergentii antiqui veſtigia, quæ nunc vulgò vocantur *la Citadella*, poſitum: ubi CAPITONIANA illa fuêre. Non feminino, ut Hieronymus Surita voluit, ſed neutro genere eſſe pronuncianda iſta vocabula, *Philoſophiana*, *Calloniana*, *Corconiana*, *Petiliana*, *Capitoniana*, fidem facit alîus in eâdem hac inſulâ itineris, quod mox referam, vocabulum *Calviſiana*; quod ita recto caſu in utroque itinerario, Tabulæ & Antonini, ſcriptum; quum apud eumdem Antoninum poſteà obliquo etiam caſu legatur *Calviſianis*. nam dubium eſſe non poteſt, quin id eiusdem cum reliquis illis fuerit formationis. Vocem *Capitonia* in altero Antonini itinere mutilatam eſſe ab integrâ *Capitoniana*, præter alterum illud eiusdem Antonini iter, regium quoque teſtatur exemplar, quod citat Surita. *Capitoniana* autem an derivativa ſit vox à primitivâ *Capitonia*, quemadmodùm *Cauloniana* deductum videtur vocabulum ab opido *Cauloniâ*, de quo mox dicam, haud temerè dixerim.

PHILOSOPHIANA Gelenſium, locus.

A dicto Capitonianorum ſitu millia porrò XXI versùs Agrigentum ſi pergas, PHILOSOPHIANA habebis circa celebre nunc opidum, quod vulgò nunc *Piazza*, ſeu peculiari Siculorum dialecto *Chiazza* vocatur, ad fontem Gelæ amnis, qui vulgari nunc accolis adpellatione eſt *Fiume di Terra nuova*. Alterum illud vocabulum *Gelaſium*, quod pro cognomento Philoſophianis adpoſitum eſt, Ioſias Simlerus legere maluit, *Gela, ſive Philoſophianis*. cur autem Gela nominetur, rationem ſe reddere non poſſe, fatetur. Surita verò regium exemplar teſtatur habere, *Gela ſive Fiuoſo fianis*. ſuſpicaturque eſſe Gelam Silii atque Ptolemæi. Hanc in orâ maritimâ fuiſſe, apud Gelam amnem, ubi etiamnum veſtigia eius exſtant apud opidum *Terram novam*, ſuprà lib. I, cap. X, docui. Quapropter ex ſitu, in quem Philoſophiana iſta incidunt apud Gelæ fontem, in Gelenſium, potentiſſimæ quondam civitatis, finibus, legendum omnino ego cenſeo GELENSIVM PHILOSOPHIANA. Callias Syracuſanus, Sicular. rerum lib. VII, referente Macrobio Saturnalior. lib. V, cap. XVIIII, ita ſcripſit: Ἡ δὲ Ἐρύκη τῆς Γελώας ὅσον ἐνενήκοντα στάδια διέστηκεν. Id eſt: *Eryce à Gelenſium finibus* XC *circiter ſtadia diſtat*. Tot ſcilicet ſtadia, quæ ſunt millia XI & paſſus CCL, deprehenduntur eſſe inter Eryces urbis veſtigia, quæ ſuperiori capite indicavimus, & fonteis Gelæ fluminis, ſive opidum, quod vulgò nunc dicitur *Chiazza*.

PETILIANA, locus.

Porrò à dictis Gelenſium Philoſophianis XXVIII millia ſi progrediaris in locum, qui Agrigento XVIII millia abſit; PETILIANA illic fuerint infra opidum, cui vulgare vocabulum *Caltaniſcetta*, haud procul à dextrâ Himeræ ſive Salſi amnis ripâ.

CAVLONIA ſive CALLONIA opidum; & CALLONIANA locus.

At ſi XXI millia à Philoſophianis progreſſus fueris, in locum, unde VII adhuc millia reliqua ſint ad Petiliana; locus is apud Amurelium fluvium, in ſiniſtram Himeræ ripam defluentem, inter Caltaniſcettam & opidum, quod vulgò vocatur *Pietra preccia*, ſitus, idem fuerit, qui CALLONIANA dicitur Antonino. Surita equidem vocabulum ſcripſit per *G*; ratione eius ſcriptionis nullâ redditâ. ego verò ſuſpicor, locum eum dictum fuiſſe derivativo vocabulo ab nomine opidi, quod Καυλωνία, CAVLONIA, vocatur apud Stephani epitomatorem. Καυλωνία, inquit, πόλις Ἰταλίας. ἔστι καὶ ἄλλη Σικελίας. ὁ πολίτης, Καυλωνιάτης, ὡς Ἀπολλωνιάτης, καὶ Καυλώνιος. Id eſt: *Caulonia, opidum Italiæ. Eſt & aliud Siciliæ. Opidanus inde Cauloniates; ut Apolloniates: & Caulonius.* At Romano ore formabantur *Apollonienſes*. igitur eodem modo rectè dicentur CAVLONIENSES. Verùm id opidi Siculi vocabulum fortè ipſis Siculis dictum fuit CALLONIA: unde illud Antonini derivativum *Calloniana*. Græci id poſteà dixêre Καυλωνία, *Caulonia*; vocabulo celebris Græcorum in Italiâ opidi notiſſimo. niſi fortè ipſe Stephanus grammaticus primus id fecerit.

Corconiana, *locus.*

Corconiana illa, medio itinere inter Calloniana & Agrigentum ſita, XII utrimque interjectis millibus, circa ſiniſtram fuêre ripam Acragantis fluvii; quem vulgò nunc vocari *Fiume di Gergenti*, & *Fiume di Santo Biagio*, item *Fiume di Naro*, ſuprà lib. I, cap. XV, oſtenſum eſt. At id vocabulum alia exemplaria per *G* referunt obliquo caſu *Gorconianis*; & unum regium Laurentinæ in Hiſpaniâ bibliothecæ, *Saſconianis*. hoc omnibus reliquis exemplaribus Suritam prætuliſſe, miror.

Nonymna *opidum.*

Cæterò Νώνυμνα πόλις, Nonymna *opidum* perantiquum memoratur Stephani epitomatori ex Philiſti, qui Dionyſii ſenioris fuit æqualis, hiſtoriis. Νώνυμνα, inquit, πόλις Σικελίας· ὁ πολίτης Νωνυμναῖος, ὡς Φίλιστος. Id eſt: *Nonymna, opidum Siciliæ. opidanus inde Nonymnæus; auctore Philiſto.* At Latino ore erunt Nonymnenses: ut *Camarinenſes*, *Catanenſes*, *Aetnenſes*, *Ennenſes*, *Tiſſinenſes*, *Agyrinenſes*. De ſitu eius urbis nihil certi eſt, niſi quòd locus hodiè præſcripti itineris tractu eſt vulgari vocabulo *Nauni*; de quo ita Fazellus, decad. I, lib. X: *Naunis à Platiâ veteri ad paſſuum millia duo ſequitur, collis ſibi ſoli conſtans. ad cuius verticem opidi proſtrati quidem, ſed adhuc ignoti, magnum cadaver teritur.* Has igitur *Nonymnæ* urbis reliquias eſſe, ex vocabulorum ſimilitudine conjicere tantùm datur.

Aliud iter in Itinerariis Romanis deſcribitur huiusmodi:

Tabulæ;		Antonini;	
Agrigento		*Agrigento*	
Calviſiana	XLIIII.	*Calviſiana*	XL.
Nible	XXIIII.	*Gible*	XXIIII.
Agris	XVIII.	*Agris*	XVIII.
Siracuſis	XXIIII.	*Syracuſis*	XXIIII.

Millia quum ſint omni itinere ab Agrigento Syracuſas usque circiter LXXX; in Itinerariis autem iſtis omni numero computentur CX; iter illud antiquum per ambages, ad declinanda aſpera montanorum, actum fuiſſe, certum eſt. & *Calviſiana* haud ita longè à litore fuiſſe ſita, aliud Antonini teſtatur iter, quod tale eſt:

Ab Agrigento per maritima loca
Syracuſas M. P. CXXXIIII, ſic:

Dædalio	XVIII.
Plintis	V.
Refugio Chalis	XVIII.
Plaga Calviſianis	VIII.
Plaga Meſopotamio	XII.
Plagereo, ſive Cymbæ	XXIIII.
Refugium Apolline	XX.
Plaga Syracuſis	XXXII.

Plintis corruptum eſſe vocabulum à genuino *Phintîs*, hancque urbem hodiè dici *Licata*, ſuprà lib. I, cap. XVI, docui. Pro *Chalis* alia exemplaria, teſte Suritâ, habent *Calis*, alia *Culis*. Ego, vocabulorum ſimilitudine ſimulque intervallo XVIII millium ductus, legendum cenſeo *Gelis*. tot quidpe ſunt millia inter Licatam & Terram novam; juxta quam apud Gelam amnem fuiſſe urbem olim Gelam, ſuprà, lib. I, cap. XV, oſtendi. Id verò vocabulum eâdem ratione plurali formatum eſt Antonino numero, ut præcedens *Phintiæ*. *Refugium* autem heic nominavit *Gelæ*, non ipſam urbem Gelam; quia non in urbe, quæ à litore remota, ut dicto lib. I, cap. XV, docui, ſed ſub urbe in ipſo litore manſio ea ſive ſtatio poſita erat. quod & de reliquis in eodem itinere locis intelligendum eſt. nam quid ſignificet *plagia*, ſeu *plagium*, oſtendit Iſidorus, Originum lib. XIII, cap. XVI. *Pelagus eſt latitudo maris ſine litore & portu, Græco nomine* ἀπὸ τοῦ πλαγίου, *hoc eſt, à latitudine dictum: unde & plagia; eo, quòd ſint importuoſa.* Sive ipſe ſic ſcripſerit Iſidorus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

dorus, ſive incurioſus poſteà librarius ſingularis numeri vocem *ſit* corruperit in pluralem *ſint*, hodiéque certè eadem vox feminino genere dicitur Italis atque Siculis, ac cæteris circa Italiam inſulanis, *la piággia*: ubi Latinum *l* converſum eſt in *i*; ut in *piano*, *pieno*, *chiaro*, *fiore*, *chiudere*, *più*; quæ originem habent à Latinis dictionibus, *plano*, *pleno*, *claro*, *flore*, *cludere*, *plus*. & jam olim eamdem vocem dictam fuiſſe feminino genere, patet ex præſcripto Antonini itinerario. Vt igitur *Gela* remota fuit introrſus ab refugio ſuo litorali, ſic & *Calviſiana* & *Meſopotamium*, & reliqua illa duo loca à ſuis plagiis ac refugiis fuêre diſparata. Atque *Hyblam* quidem & *Acras*, quæ duo loca in priore Antonini Tabulæque itinere perſcripta ſunt, in mediterraneo fuiſſe, præter diſertum Ptolemæi teſtimonium, & item Plinii, qui Acrenſeis inter mediterraneos populos recenſet, ipſe quoque manifeſtè teſtatur Antoninus, dum præter id iter aliud illud *per maritima loca* refert.

CALVISIANA igitur opidum, cuius *plagiam* Antoninus VIII millia paſſuum ultra Gelam ponit, ego idem eſſe cenſuerim, quod nunc ad Hipparis ſeu Camarinenſis amnis fonteis vulgari vocabulo dicitur *Comiſo*. Numerum milliarium inter Agrigentum & Calviſiana in Tabulâ eſſe corruptum, nihil mirum ſit, quando etiam Antonini exemplaria IIII minùs habent, quàm Tabula. CALVISIANA *opidum*.

Hinc τὸ μεσοποτάμιον, MESOPOTAMIVM, ſive Latinâ linguâ INTERAMNIVM, cuius *plagia* à Gelâ XX removetur millia paſſuum, nullus alius hoc tractu locus eſſe potuit, quàm qui inter duos amneis ſitus fuit, Oanum ſcilicet & Dianæ fluvium; quorum hunc à vico S. Crucis profluere cognomenque habere, illum *Fraſcolari* vulgò dici, ſuprà lib. I, cap. XIIII, oſtenſum eſt. De hac orâ ita tradit Fazellus, decad. I, lib. V, cap. I: *Cauconæ portus Ptolemæo, ſed Scaramis caput & ſtatio hodiè, ſuccedit; & fluvii eiusdem nominis oſtium; quem à S. Cruce plerique nunc adpellant. Exeſa deinceps ad paſſus aliquot ſpelunca eſt, ſupernè aperta & aſpera; à columbis ibi nidificantibus Columbaria hodiè denominata. Huic intus ad paſſus mille in colle ædis eſt, quadrato ſtructa lapide, columnis ſubnixa, quam Sterium pictum adcolæ vocant; templum priſcis præcellens. A Columbariâ quoque ad paſſuum millia duo in orâ fluvii Oani, Fraſculari hodiè dicti, oſtium ſequitur.* Et proximo capite: *Camarina urbs ad paſſus fermè* IↃ *Oano ſive Fraſcularo fluvio proxima eſt.* Illud igitur templum veteris *Meſopotamii* veſtigium eſſe potuerit. MESOPOTAMIVM *opidum*.

Proximi hinc loci adpellationem, quæ in Antonini itinere eſt *Plagereo ſive Cymbæ*, in aliis exemplaribus variare, teſtis eſt Hieronymus Surita. quidpe Longolianum habere ait *Plaga reo ſive Cymbæ*; Neapolitanum *Plagero ſin Cibæ*; Regium verò *Hereo* tantùm. Ego legendum ſtatuo, *Plagia Heræa ſive Hyblæ.* nam licèt huius urbis vocabulum in ſuprà ſcripto Tabulæ itinere mendosè perſcriptum ſit *Nible*; atque ita etiam habeat Antonini Neapolitanum exemplar, teſte Suritâ: tamen Regium & Blandinianum Longolianumque habere *Hible*, idem teſtatur Surita. & apud Stephani epitomatorem ita ſcriptum eſt: Ὕβλαι, τρεῖς πόλεις Σικελίας· ἡ μείζων, ἧς οἱ πολῖται Ὑβλαῖοι· ἡ μικρά, ἧς οἱ πολῖται Γαλεῶται, Μεγαρεῖς· ἡ δὲ ἐλάττων, Ἡραία καλεῖται. ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας. τὴν Ὕβλαν, ἀπὸ Ὕβλου τοῦ βασιλέως. διὰ τοῦτο πολλὰς Ὕβλας καλεῖσθαι τῶν Σικελῶν πόλεων. τοὺς ἐνοικοῦντας Μεγαρέας ἐκάλουν. Id eſt: *Hyblæ tres ſunt urbes Siciliæ. maior; cuius opidani Hyblæi dicuntur. parva; cuius opidani Galeotæ, Megarenſes. minor verò Hera adpellatur. Eſt & Italiæ urbs eo nomine. Hyblam ab Hyblo rege. Propterea complureis Sicularum urbium Hyblas dictas eſſe. Incolas Megarenſeis vocarunt.* Locum hunc fœdiſſimum in modum corruptum & magnâ parte mutilatum, ſuprà cap. VIII huius libri II reſtituere, quantum fieri potuit, conatus ſum. ubi oſtendi, Maiorem Hyblam fuiſſe inter Aetnam montem & Symæthum amnem; Parvam ſive Galeotin fuiſſe eam, quæ, inter Syracuſas atque Leontinos, à Græcis colonis dicta fuit Megara. Minorem verò, ſive omnium minimam hanc, inter Gelam & Pachynum promontorium, non dictam fuiſſe Ἥραν, ut corruptiſſimus iſte fert Stephani locus, ſed Ἡραίαν, ex dicto Antonini itinerario patet; ubi ſcriptum eſt in Regio exemplari *Hereo*. Ergo Ὕβλα ἡ ἐλάττων, ἤτοι Ἡραία, id eſt, HYBLA MINOR ſive HERAEA, mediterranea, ut dixi, fuit urbs. Vtrumque equidem itinerarium, Tabulæ pariter atque Antonini, inter Calviſiana & Hyblam XXIIII habet millia paſſuum. HYBLA HERAEA, *opidum*.

 at eum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

at eum numerum ſi verum genuinumque cenſeas; certè reliqui duo ſequentes, ad Acras & Syracuſas, falſi ſint atque vitiati neceſſum eſt. Verùm potior heic ſit ſcriptio exemplaris Neapolitani; quod millia, teſte Suritâ, eo intervallo habet XIIII tantùm. unde *Hybla Heræa* id eſſe deprehenditur opidum, quod vulgò nunc vocatur in edito colle *Raguſa*. Huius autem *plagia* eſt ad oſtium præterfluentis fluminis, cui vulgare vocabulum *Mauli*, olim autem erat *Hirminium*; ut ſuprà lib. I, cap. XIIII, docui. Huc quum à ſuprà dictâ *plagiâ Meſopotamii* millia ſint haud ampliùs XIIII, manifeſto inde perſpicitur documento, in hoc quoque Antonini itinere ei numero additum poſteà per incuriam librarii fuiſſe alterum X, ut in altero illo itinere inter Calviſiana & Hyblam. Fazellus immeritò ſuſpicatus eſt, Hyblam hanc eſſe id opidum, quod inter Terram novam & Licatam opida introrſum hodiè vulgò vocatur *Butera*, ruinis antiquarum fabricarum nobile: cuius ſitus ſuprà ſcriptis itineribus Tabulæ atque Antonini nullo prorſus pacto convenire poteſt. Cæterùm vetuſtiſſima Hyblæ huius memoria exſtat in Eclogis legationum ex Diodori lib. XXII, ubi ita ſcriptum eſt: Κατὰ δὲ Σικελίαν ἦσαν τύραννοι, Ἱκέτας ἐν Συρακούσῃ, Φιντίας εἰς Ἀκράγαντα, Τυνδάριος ἐν Ταυρομενίῳ, καὶ ἕτεροι τῶν ἐλαττόνων πόλεων. Φιντίας δὲ καὶ Ἱκέτας πρὸς ἀλλήλους πόλεμον ἐνστησάμενοι, παρετάξαντο περὶ τὸν Ὕβλαιον. Quum innumeris aliis paſſim ſcateant dictæ Legationum eclogæ fœdiſſimis mendis, heic quoque rectè doctiſſimus earum interpres reſtituendum cenſuit, Φιντίας ἐν Ἀκράγαντι, καὶ Τυνδαρίων ἐν Ταυρομενίῳ. At quid iſtud prætereà ſibi vult τὸν Ὕβλαιον, vocabulum generis maſculini, derivatum ab Ὕβλα; Certè ſi id ſanum, adjunxiſſe oportuit huic adjectivo ſubſtantivum. Verùm nihil certius, quàm, uti reliqua illa, ſic iſta etiam corrupta eſſe immani exſcriptorum ſtupiditate ſive imperitiâ ex genuinis περὶ τὴν Ὕβλαν. Senſus igitur univerſæ orationis hic erit: *In Siciliâ tyranni tunc erant, Hicetas Syracuſis, Phintias Agrigenti, Tyndarion Tauromenii; urbiumque minorum alii. Phintias autem & Hicetas, conflato inter ſe bello, ad Hyblam acie inſtructâ concurrerunt.* Nempe, quum alter ab Agrigento adversùs Syracuſas, alter ab Syracuſis contra Agrigentum, exercitus ducerent; in itinere obviam ſibi invicem facti apud Hyblam, infeſtis aciebus inter ſe conflixerunt. Factum hoc paullo ante bellum Punicum primum; ut ex iis, quæ in iiſdem Legationum eclogis præcedunt, colligere eſt. Cæterùm quando condita fuerit Hybla, incertum eſt. à Siculis tamen antiquiſſimis temporibus conditam fuiſſe, ex ſuprà ſcriptis Stephani verbis divinare licet.

ACRAE *urbs.*

Porrò αἱ Ἄκραι πόλις, ACRAE *urbs*, memoratur Thucydidi, Livio, Diodoro, Plutarcho, Ptolemæo, Itinerariis Romanis, ac Stephano. *Opidani* inde Stephano dicuntur Ἀκραῖοι, *Acræi*. at Plinio, lib. III, cap. VIII, Latinâ formatione ſunt ACRENSES. Ipſius opidi vocabulum in Ptolemæi exemplaribus corruptum eſt Ἀκραίαι· & apud Plutarchum in Dione Μάκραι. in Itinerariis item barbari librarii pro *c* ſcripſerunt *g*; quum ab *agris* vocabulum id opido quæſitum putarent. Apud Stephani epitomatorem hæc leguntur: Ἄκρα, Ἰαπυγίας πόλις, κατά τινας Ὕδρουσα λεγομένη. δευτέρα ἐστὶ καὶ ἑτέρα, ἐν αὐτῇ ἔχουσα λιμένα Βρεντήσιον. ἔστι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ. τρίτη ἐστὶ Συρακουσίων κτίσμα, Εὐβοίας. ἕκτη Σκυθίας. ἑβδόμη Κύπρου. ὀγδόη Ἀκαρνανίας. τὸ θηλυκὸν, Ἀκραία. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀκραῖος. Id eſt: *Acra, Iapygiæ urbs, quibusdam Hydruſa dicta. ſecunda eſt & altera in ſeſe habens portum Brundiſium. eſt etiam in Italiâ. tertia Syracuſanorum eſt opus, Eubææ. ſexta Scythiæ; ſeptima Cypri. octava Acarnaniæ. femininum Acræa: & gentile Acræus.* Locus ſanè, præterquàm quòd ipſius auctoris erroribus conſperſus, miſerè etiam partim luxatus partim mutilatus eſt. Ἄκραν Ἰαπυγίαν, id eſt, *Iapygium promontorium*, in Italiâ intellexit. in eo an opidum fuiſſe, aut quid tandem dicere voluerit, aut qua ratione Hydrûntem Brundiſiumque urbeis ei admiſcuerit, planè non liquet: niſi quòd Iapygiæ peninſulæ duæ præcipuæ fuêre urbes, quarum altera Hydrûs, altera Brundiſium, dicebantur; quarum hæc etiam portu fuit inſigni nobilis. Reliqua verba ita reſtitui ex parte poſſe puto: Ἔστι καὶ δευτέρα ἐν Ἰταλίᾳ· τρίτη ἐν Σικελίᾳ, Συρακουσίων κτίσμα· τετάρτη .... · πέμπτη Εὐβοίας· ἕκτη Σκυθίας· ἑβδόμη Κύπρου· ὀγδόη Ἀκαρνανίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀκραῖος, καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀκραία. Hoc eſt: *Eſt & altera in Italiâ; tertia in Siciliâ, Syracuſanorum opus; quarta ....; quinta Eubœæ; ſexta Scythiæ; ſeptima*

ſeptima Cypri ; octava Acarnaniæ. Gentilitium inde eſt Acræus, & femininum Acræa. Solet quidpe maſculinum feminino præponere. Siciliæ autem opidum non ſingularis, ut reliquæ illæ per terrarum orbem urbes, ſed pluralis numeri habuiſſe nomen Ἄκραι, teſtes ſunt cæteri auctores, qui eius meminerunt, omnes. Ex Diodori lib. XXIII ita referunt Excerpta legationum, de pace inter Romanos & Hieronem Syracuſanorum regem factâ: Καὶ συνέθεντο εἰρήνην ἔτη ιε΄, λαβόντες δραχμῶν ιε΄ μυριάδας· καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδόντι κυριεύειν Συρακουσίοις καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν πόλεων, Ἄκρων, Λεοντίνων, Μεγαρέων, Αἰλώρων, Νεαιτίνων, Ταυρομενίων. Hæc quum mutila animadverteret interpres, ita corrigenda putavit: τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδόντι συνεχώρησαν Συρακούσης κυριεύειν, καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν πόλεων. ſicque vertit: *Pacem itaque ad* XIIII *annos compoſuêre, acceptis* CXL *millibus drachmarum. & poſtquàm captivos illis reddidiſſet, permiſerunt ei, ut & Syracuſanos ſub dominio ſuo retineret, & urbeis illis ſubjectas, Acra, Leontinos, Megarenſeis, Aelores, Neatinos, Tauromenios.* Vbi tamen memoriâ lapſus, vel manu mentem præcurrente, ιδ΄ bis interpretatus eſt pro ιε΄. Verùm quum ubique ferè in dictis Legationum excerptis propria locorum vocabula corrupta ſint, hæc quoque ſic legenda cenſuerim: Καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδόντι συνεχώρησαν κυριεύειν Συρακουσίων καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν πόλεων, Ἄκρων, Λεοντίνων, Μεγάρων, Ἑλώρου, Νεήτου, Ταυρομενίου. Id eſt: *Et poſtquàm captivos illis reddidiſſet, permiſerunt ei, ut Syracuſanos ſub imperio ſuo retineret, urbeisque illis ſubjectas, Acras, Leontinos, Megara, Helorum, Neetum, Tauromenium.* Conditas fuiſſe à Syracuſanis *Acras*, teſtis eſt antiquiſſimus rerum ſcriptor Thucydides lib. VI, his verbis: Ἄκραι δὲ καὶ Κάσμεναι ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθησαν· Ἄκραι μὲν ἑβδομήκοντα ἔτεσι μετὰ Συρακούσας, Κάσμεναι δὲ ἐγγὺς εἴκοσι μετὰ Ἄκρας. Hoc eſt: *Acræ & Caſmenæ à Syracuſanis ſunt conditæ. & quidem Acræ* LXX *annis poſt Syracuſas; Caſmenæ verò propè* XX *annis poſt Acras.* Ipſas Syracuſas conditas fuiſſe Olympiadis XI anno ſecundo, ſuprà, lib. I, cap. XII, oſtenſum eſt. *Acræ* igitur conditæ fuêre Olympiadis XXVIII anno IIII; id eſt, ante natum Chriſtum anno IↃCLXV. De ſitu earum ita ſcribit Fazellus, decad. I lib. X: *Buxema recentis nominis opidum: in cuius agris Anapi, fluvii Syracuſani, ortum poſuimus. cui ad paſſuum millia duo Palazolus opidum propè eſt, Acræ olim adpellatum, à Syracuſanis florenti ipſorum tempore conditum: ut auctor eſt lib.* VI *Thucydides. Eius egregium adhuc ad cœnobium Minorum, Sanctæ Mariæ de Ieſu cognominatum, jacet cadaver. quod ipſum illius eſſe, & nominis apud ſeniores veſtigium, quod Acremons adhuc eſt, & cum auctoritate reſpondens* XXIIII *millium paſſuum à Syracuſis urbe intervallum, liquidò confirmant.* Tot ſcilicet millia habent in ſuprà ſcripto itinere Tabula & Antoninus. Verùm toto, quod aiunt, cœlo aberraſſe Fazellum, ex Livio atque Plutarcho diſco. quorum hic in Dione iter, ab Heracleâ Minoâ per Agrigentinum Gelenſemque & Camarinenſem agrum Syracuſas versùs actum, ita narrat: Δίωνι δὲ προϊόντι Καμαριναῖοί τε προσέθεντο, καὶ τῶν κατ᾽ ἀγροὺς Συρακουσίων ἀνισταμένων ἐπέρρει πλῆθος οὐκ ὀλίγον. οἱ δὲ μετὰ Τιμοκράτους τὰς Ἐπιπολὰς φυλάσσοντες Λεοντῖνοι καὶ Καμπανοὶ, λόγον ψευδῆ προσπέμψαντος εἰς αὐτοὺς τοῦ Δίωνος, ὡς ἐπὶ τὰς πόλεις πρῶτον τρέποιτο τὰς ἐκείνων, ἀπολιπόντες ᾤχοντο τὸν Τιμοκράτην, τοῖς οἰκείοις βοηθήσοντες. ὡς δ᾽ ἀπηγγέλθη ταῦτα πρὸς τὸν Δίωνα, περὶ τὰς Ἄκρας στρατοπεδεύοντα, νυκτὸς ἔτι τοὺς στρατιώτας ἀναστήσας, πρὸς τὸν Ἄναπον ποταμὸν ἧκεν, ἀπέχοντα τῆς πόλεως δέκα σταδίους. ἐνταῦθα δὲ τὴν πορείαν ἐπιστήσας, ἐσφαγιάζετο πρὸς τὸν ποταμὸν, ἀνατέλλοντι τῷ ἡλίῳ προσευξάμενος. Hoc eſt: *Dioni in itinere Camarinenſes adjungebantur: & ex agro etiam Syracuſanorum excitatorum adfluxit haud exigua manus. Qui cum Timocrate Epipolas tuebantur Leontini atque Campani, falſo inter eos à Dione vulgato nuncio, petiturum ipſum primò ipſorum opida; deſerto Timocrate, ad protegenda diſceſſerunt ſua. His Dioni, apud Acras caſtra ponenti, nunciatis, nocte movit caſtra; venitque ad amnem Anapum; qui ab urbe abeſt ſtadiis* X. *Ibi conſiſtere ſigna jubens, apud amnem immolavit; orientem Solem adorans.* Sic & Livius, lib. XXIIII: *Per idem ferè tempus & Himilco ad Heracleam, quam vocant Minoam, quinque & viginti millia peditum, tria equitum, XII elephantos, expoſuit. Adveniens Heracleam, intra paucos dies inde Agrigentum recipit. aliarumque civitatum, quæ partis Carthaginienſium erant, adeò accenſæ ſunt ſpes ad pellendos Siciliâ Romanos, ut poſtremò etiam, qui obſidebantur Syracuſis, animos ſuſtulerint: &, parte copiarum ſatis defendi urbem poſſe rati, ita inter ſe munera belli partiti ſunt, ut Epicydes præeſſet cuſtodiæ urbis; Hippocrates, Himilconi conjunctus, bellum adversùs conſulem Romanum gereret. Cum decem millibus peditum, quingentis equitibus, nocte per intermiſſa cuſtodiis loca*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

profectus, caſtra circa Accillas urbem ponebat. Munientibus ſupervênit Marcellus; ab Agrigento, jam occupato, quum fruſtra eò, prævenire hoſtem feſtinans, tetendiſſet, rediens: nihil minùs ratus, quàm illo tempore ac loco Syracuſanum ſibi exercitum obviam fore. ſed tamen metu Himilconis Pœnorumque, ut quibus nequaquàm eis copiis, quas habebat, par eſſet, quàm poterat maximè intentus atque agmine ad omneis caſus compoſito ibat. Fortè ea cura, quæ erat adversùs Pœnos præparata, adversùs Siculos uſui fuit. Caſtris ponendis incompoſitos ac diſperſos nactus eos, & pleroſque inermeis, quod peditum fuit, circumvênit: eques, levi certamine inito, cum Hippocrate Acras perfugit. Ea pugna deficienteis ab Romanis quum cohibuiſſet Siculos, Marcellus Syracuſas rediit. & poſt paucos dies Himilco, adjuncto Hippocrate, ad flumen Anapum, duo fermè inde millia, caſtra poſuit. Ex his ſatis apertè patet, ex meridie in ſeptemtriones ab Acris in transverſum amnem iter feciſſe cùm Dionem tùm cum Himilcone Hippocratem. quidpe ipſum amnis oſtium x circiter ſtadia, ſive mille & quingentos paſſus ab urbe aberat. Livius, eodem libro anteà: *Romanus exercitus ad Olympium, (Iovis id templum eſt) mille quingentis paſſibus ab urbe, caſtra poſuit.* Scilicet ipſum hoc Iovis Olympii templum, cuius etiamnunc columnæ VII erectæ manent, prope dextram Anapi ripam ſitum erat. Iter autem illud XXII circiter millium paſſuum ab occaſu Solis ad ortum eius facilè feſtinans exercitus abſolvere potuit æſtivo tempore, quod & ipſum teſtatur ibidem Plutarchus; quando nox medio æſtatis Syracuſis eſt x horarum. Huc item adde, quòd Plutarchus Dionem iter feciſſe adfirmet ab Agrigento per Gelenſium Camarinenſiumque fineis. quod illud ipſum eſt Itinerariorum Romanorum ſuprà ſcriptum iter versùs Pachyni regionem, atque inde Syracuſas: niſi quòd ab Gelâ in diverticulum ad Camarinenſeis deflexiſſe videatur Dio. At verò Palazólum ſi fuiſſet antiquum illud opidum *Acræ*; Dio atque Himilco non poſt longum tandem iter ad transverſum Anapum perveniſſent; ſed jam inde ab ipſo Palazólo ſecundam eius ripam ad Syracuſas usque ſequuti fuiſſent. Ego igitur ex præſcriptis Livii Plutarchique verbis, ſimulque ex intervallis, quæ Itineraria Romana habent, ab Hyblâ ad Acras millium XVIII, ab Acris Syracuſas millium XXIIII; *Acras* fuiſſe ſtatuo apud cœnobium, quod inter duo opida, quibus vulgaria vocabula *Noto* & *Avula*, vulgò incolis dicitur *Santa Maria d' Arcia*. quod & ipſum antiqui *Acrarum* nominis veſtigia ſervare videtur. Edito in loco ſitas fuiſſe *Acras*; unde etiam haud dubiè nomen eis quæſitum; teſtatur Silius lib. XIIII, his verbis:

Non Thapſos, non è tumulis glacialibus Acræ
Defuerunt.

Quando tandem id opidum funditus deletum fuerit, incertum eſt. nam ultima eius memoria in prædictis Itinerariis adnotata reperitur.

ACRILLAE *opidum.*

Cæterùm eodem cum Acris tractu fuit ἡ Ἄκριλλα πόλις, ACRILLA *urbs*; & plurali numero αἱ Ἄκριλλαι, ACRILLAE. Stephani epitomator: Ἄκριλλα, πόλις Σικελίας, οὐ πόῤῥω Συρακουσῶν. τὸ ἐθνικὸν Ἀκριλλαῖος, ὡς Ἄγυλλα Ἀγυλλαῖος. Id eſt: *Acrilla, opidum Siciliæ, haud longè à Syracuſis ſitum. Gentilitium inde eſt Acrillæus, ut ab Agylla Agyllæus.* Hoc ſcilicet illud eſt opidum, quòd vulgata Livii exemplaria, loco ſuprà citato, habent *Accillas*, corrupto vocabulo; pro quo in veteri exemplari Sigonius teſtatur exſtitiſſe *Acrillas*. In itinere fuiſſe inter Acras & Hyblam, ex ſuprà ſcriptâ Livii hiſtoriâ liquet. quo autem ſitu fuerit, incertum eſt; quando nulla eius reliqua ſunt veſtigia. Cæterùm gentilitium ab *Agyllâ* Virgilius fecit *Agyllinus*; quemadmodum in Siciliâ à *Magellâ* & *Entellâ* dicebantur *Magellini* atque *Entellini*. Verba poëtæ Aeneid. lib. VIII hæc ſunt:

Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Vrbis Agyllinæ ſedes.

Ergo etiam ab *Acrillâ* opidani rectè dicentur ACRILLINI. qui tamen rectè quoque dicantur ACRILLANI; ut *Fregellani, Atellani, Avellani*: quorum opida erant, *Fregellæ, Atella, Avella*.

TEMPLVM *Apollinis Libyſtini.*

Sed reliquum Antonini *itineris maritimi* exſequamur; quod tale eſt:

Plaga Hereo ſive Cymbæ	
Refugium Apolline	XX.
Plaga Syracuſis	XXXII.

Quinam hic fuerit *Apollo*, oſtendere voluit Fazellus decad. I, lib. V, cap. I; ubi

Pachynum promontorium locaque ei adjacentia deſcribit. *Ad orientem*, inquit, *nullus ei fidus eſt ſinus. ſed quà meridiem reſpicit, ſtationem habet, quam Cicero,* VII *in Verrem, Pachyni portum, vulgus hodiè Longobardum nuncupat.* Mox: *Portui Longobardo proſtrata hæret urbs, paſſus ferè mille habens in circuitu: in qua nihil ædificii cernitur vel pulcrum vel integrum; ſed jacentia ſolùm antiquitatis veſtigia rudia, inelegantia, & coacervata paſſim proteruntur. Hanc Motyen olim fuiſſe, Pauſanias lib.* V *his verbis ſcribit: Eſt ad Pachynum, Siciliæ promontorium, quod in Africam & ad auſtros converſum, Motye urbs. eam Afri Pœnis permixti tenent.* Paullo pòſt: *In hac urbe Macrobius, libro Saturnaliorum primo, Apollinis Libyſtini olim fuiſſe templum, frequentiâ hominum ac religione celeberrimum, commemorat. Nam quum Motyenſes gravi aliquando Libycorum obſidione premerentur, Apollinem invocaverunt. nec multo pòſt immiſsâ hoſtibus peſte, cunctiſque eâ contagione peremtis, Motyenſes, periculo erepti, Apollinem Libyſtinum adpellaverunt; temploque illi magnificè exſtructo, ſummum ei cultum deinceps impenderunt. cuius hodiè nullæ cognoſcuntur reliquiæ.* Pauſaniam per ſummum errorem Pachyno promontorio attribuiſſe Motyam, quæ apud Lilybæum promontorium ſita fuit, ſuprà cap. I huius lib. II certis validisque oſtenſum eſt documentis. iſtas autem in Pachyno antiquæ fabricæ ruinas ipſum fuiſſe Pachyni portum, Ciceroni memoratum, lib. I, cap. XIIII docui. Cæterâ Fazelli oratione, magis ſimplici quàm verâ, ne fallantur legentium animi, ipſa Macrobii verba adducam; quæ Saturnalior. lib. I, cap. XVII, ſunt hæc: *Vnde & Apollinem, id eſt, Solem, modò ſoſpitatem modò peſtem ſignificantibus cognominibus adoramus: quum tamen peſtis, quæ ab eo noxiis immittitur, apertè hunc deum bonis propugnare, ſignificet. hinc eſt, quòd apud Pachynum, Siciliæ promontorium, Apollo Libyſtinus eximiâ religione celebratur. nam quum Libyci, invaſuri Siciliam, claſſem adpuliſſent ad id promontorium; Apollo, qui ibi colitur, invocatus ab incolis, immiſsâ hoſtibus peſte, & penè cunctis ſubitâ morte interceptis, Libyſtinus cognominatus eſt.* En; nulla heic fit Motyenſium nec urbis eorum mentio: nec tunc demum templum Apolloni exſtructum ait; ſed Apollinem, qui ibi colebatur, invocatum, &, quum opem tuliſſet contra Libycos, cognomentum inde accepiſſe. Templum igitur jam anteà heic fuit Apollinis, qui poſteà Libyſtinus cognominatus. Loca huius inter Phintiam & Pachynam oræ, à quibus plagias ac refugia Antoninus in dicto itinere maritimo cognominavit, fuiſſe mediterranea, ſatis ex ſuprà disputatis patuit. In prædicto igitur itinere, inter *plagam Hyblæ & refugium Apollinis* XX ponit millia; ut omnia eius, quæ hactenus reperta, exhibent exemplaria. tot millia hodiè reperiuntur inter oſtium Hirminii Hyblenſis amnis & litus opido, cui vulgare nunc vocabulum *Spaccafurno*, proximum. nam intus à dicto amne ad opidum *Scícali* millia ſunt VII: hinc verò *Spaccafurnum* usque XIII. TEMPLVM igitur illud APOLLINIS LIBYSTINI *apud Pachynum promontorium* eodem ſitu fuiſſe judico, ubi nunc opidum Spaccafurnum conſpicitur, X millia paſſuum ab extremo Pachyni excurſu disſitum. de quo Fazellus, decad. I lib. X ita ſcribit: *Motycæ dextrorſum ad paſſuum millia* VI *Spaccafurnus vulgò, ſed Ipſa Silio dictum, opidulum ſubeſt. cuius in valle, paullo ſuprà, magnæ ſpectantur ruinæ.* Sic ſanè ſatis ſimpliciter, & ſine ullâ demonſtratione, opidum iſtud ex Silio citat. At Silius nullius opidi, ſed fluminis *Hypſæ* meminit: cuius nominis duo fuerunt inter Pachynum & Lilybæum amnes; quorum alterum cap. XV, alterum cap. XVIII, libri primi, expoſuimus. Verba Silii lib. XIIII hæc ſunt:

Venit ab amne trahens nomen Gela; venit Alæſa;
Et qui præſenti domitant perjura Palici
Pectora ſupplicio: Troianaque venit Aceſta:
Quique per Aetnæos Acis petit æquora fineis:
Necnon qui potant Hypſam Alabinque ſonoros,
Et perlucentem ſplendenti gurgite Achaten:
Qui fonteis Vagedruſa tuos, & pauperis alvei
Hipparin, ac facilem ſuperari gurgite parco
Pantagiam, rapidique colunt vada flava Simethi.

Apud *Spaccafurnum* igitur opidum, cùm ex prædictis antiquæ urbis ruinis, tùm ex intervallo XX millium paſſuum, *Fanum* illud *Apollinis Libyſtini* fuiſſe cenſeo.

Porrò Fazellus, decad. I, lib. IIII, cap. II, ita ſcribit: *Poſt fauceis Elori fluvii paſſus* INACHA
ferè mille piratarum eſt ſtatio, Fundus muſcarum cognominata. atque ulteriùs ad paſſus CIƆIƆ *urbs.*

altera eſt ſtatio, quam Porticellum vocant. cuius litori fons proximus, Buyhutus Saracenicè dictus, aquam laxandæ alvo utilem eructat. à quo deinde ad paſſus I O *lapicidinæ ſunt; quas Macharenſeis fuiſſe, & ſaxa conſtruendæ conſervandæque Macharæ, urbi non procul inde diſſitæ, vetuſto tempore ſuppeditaſſe, neutiquàm eſt ambigendum. Et totidem paſſuum intervallo ſalina, Cauda lupi cognominata, diſtat. & paullo inde longiùs altera ſalina, Ruvectus adpellata, inſtat. quæ peninſulam quamdam efficit; ad cuius oſtium Phœnicûs portus eſt Ptolemæo, Nauſtathmus Plinio, Vindicaris hodiè dictus; Macharenſis procul dubio olim. Vindicari portui ad occidentem, in eâ, quam Ruvecti ſalina facit, peninſulâ, Machara urbs, Ciceroni in Verrem, Ptolemæo, & lib.* III *Plinio, miris lacerata cadaveribus, ad jactum fundæ imminet; à Neetinis & villicis eius agri accolis & ſenioribus Civitas Macharis, incorrupto adhuc eius nomine, ſed vulgò Citatella adpellata. unde, etſi, neque à quo diruta ſit, ex Græcis Latiniſque, quos hactenus vidimus, auctoribus compertum habeamus, ſoloque nomine à Plinio, Cicerone, Ptolemæo, attacta ſit; hanc ipſam tamen ſemirutam Macharam eſſe, nomen ipſum & urbis & ſepulcrorum, quod hucusque perſeverat incorruptum, liquidò demonſtrat. Erat autem eius ambitus, prout clarè ex eius veſtigiis conſtat, paſſuum mille & quingentorum. habitabatur, non modò ea peninſula, ſed & depreſſus ille & ſubjacens locus, qui jactu lapidis à portu diſtat; ut antiquitatis monumenta confirmant. Viſuntur totâ urbe plurima ædificiorum, tùm privatorum tùm etiam publicorum, veſtigia ſemidiruta paſſim obvia, viæque, ut latæ, ita & proportione longæ. Templum eſt in eâ orbiculare & teſtitudinatum, priſco artificio ex quadratis lapidibus elaboratum; adeò adhuc integrum, ut non vetuſtis, ſed Chriſtianorum temporibus Servatori, cui nunc inſervit, exſtructum eſſe videatur. Fanum item eſt alterum, eiusdem penè formæ; ſed vetuſtate collapſum. Balneæ quoque antiquæ architecturæ ſunt in eâ; quæ ab imperitis templum fuiſſe cenſentur. In medio etiam urbis ſpecus longiſſimæ, & pro tractus ratione latæ viis & frequentibus utrimque ſepulcris diſtinctæ, non ſine voluptate inſpiciuntur; quòd ſubterraneæ quaſi civitatis ſpeciem præ ſe ferunt. Extra mœnia verò, ad paſſus ferè mille occidentem versùs, ſpecus ſunt aliæ ingentes, & eodem penè modo in rupe excavatæ: quæ ab adcolis hodiè Gruttæ Macharis adpellantur, tumulorum frequentiâ inſignes. Ager Macharenſis, qui Ciceronis tempore totus erat frumentarius, ut in Verrem ipſe teſtatur, hodiè ob id maximè, quòd colonis ea regio tota diſerta ſit, vepribus plenus & incultus pluribusque ſupra urbem veterum vicorum ruinis horridus conſpicitur. Macharam* urbem nullam fuiſſe, *Imacharam* verò, à Ptolemæo inter Centuripas & Capytium opida collocatam, circa Symæthum exſtitiſſe flumen, qui regionem totius inſulæ facilè fertiliſſimam perfluit, ſuprà cap. VIII ex Cicerone pariter & Ptolemæo demonſtravi. libro autem I, cap. XIII, docui, & *Nauſtathmum* Plinii & *Phœnicûntem portum* Ptolemæi ultra Helorum flumen & opidum versùs ſeptemtriones fuiſſe poſitum. falsò quoque agrum fluvio divi Pauli, qui antiquorum fuit *Eryces*, adjacentem adpellari Symæthum hoc ſæculo ab adcolis, quod idem tradit Fazellus, decad. I, lib. III, cap. II, falsò item agrum amni divi Leonardi, qui olim fuit Terias, adjacentem vocari Murgo, quaſi à Murgentio opido, quod circa oſtium Symæthi fuit; jam dudum in horum locorum fluminumque expoſitione, lib. I, cap. X, ac lib. II, cap. VIII, patuit. Proinde ex iſto quoque apud Pachynum promontorium vocabulo *Macira* non eſt quòd contra ſupra dictorum auctorum, Ciceronis atque Ptolemæi, mentem quidquam ſtatuere velimus. Cæterùm Ptolemæo duæ ponuntur urbes Pachyno proximæ omnium, quas recenſet: quarum alterius Ἕλωρος, *Helorus*, alterius Ἴνα, *Ina*, vocabula in vulgatis exemplaribus leguntur. *Helorus* quæ & quo ſitu fuerit, ſuprà lib. I, cap. XIII, oſtenſum eſt. Ἴνα nulla aliàs apud auctores reperitur. è diverſo autem apud Stephani epitomatorem hæc leguntur: Ἴχανα, πολίχνιον τῆς Σικελίας, διὰ τὸ τῇ αὐτοῦ ἁλώσει πολλὰ προσλιπαρῆσαι τοὺς Συρακουσίους· ἰχανᾶν δὲ τὸ ἐπιθυμεῖν. τὸ ἐθνικὸν Ἰχανῖνος. Id eſt: *Ichana, opidulum Siciliæ; inde dictum, quòd in eius expugnatione plurimam ſedulamque operam impenderint Syracuſani.* ἰχανᾶν *quidpe eſt deſiderare. Gentilitium inde dicitur Ichaninus.* At Plinio, lib. III, cap. VIII, ſunt ICHANENSES Romano ore. Illud ſanè de vocabuli origine putidum fuerit ineptorum grammaticorum commentum; qualibus eorum ſcripta paſſim ſcatent. Cæterò idem eſſe Ἴχανα, ICHANA, *opidum*, quod apud Ptolemæum vitiato legitur vocabulo Ἴνα, *Ina*, ſitus maximè indicat apud Pachynum promontorium; qui tractus cum Heloro ac Neeto aliiſque inibi opidis Syracuſanorum fuit ditionis; ut ſuprà, hoc ipſo capite, ex Diodori lib. XXIII intelleximus. Ptolemæus id intra Motycam, quæ hodiéque vulgò vocatur *Módica*, versùs Pachynum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

num collocat. quo tractu nulla antiquitatum reperiuntur veſtigia, præter illa ad Spaccafurnum, & quæ prope portum Vindicarim refert Fazellus, ſub vulgari vocabulo *Macira.* ex quorum ſitu, has ipſas eſſe dicti opidi reliquias, colligo. Ptolemæum id paullo longiùs ab orâ maritimâ removiſſe, nihil mirum ſit; quando idem in Gelâ & Phintiâ atque Acragante urbibus fecit. quo crimine Plinius quoque damnandus; qui Drepanitanos, Naxios, Phintienſeis, Selinuntios, Zanclæos, litoralium urbium populos, inter mediterraneos recenſuit. Nomen opidi Ἴναχα, *Inacha*, quod attinet, incertum eſt, cuius id fuerit numeri; quando nulla eius in hiſtoriis reperitur mentio.

Ipſa hinc Μότυκα πόλις, MOTYCA *urbs*, vulgò nunc *Módica* dicta, Romanis auctoribus ſcribebatur MVTYCA, & MVTVCA. unde etiam Ptolemæo, qui Romanorum in Italiæ Siciliæque locis, ut ſæpiùs dictum, ſequitur formationes, eſt Μότουκα, MOTVCA. Eidem amnis, à dictâ urbe profluens, ut ſuprà lib. I cap. XIII oſtenſum eſt, dicitur Μοτυχανὸς, *Motychanus*. quæ ſcriptio per χ ſi vera atque germana; ipſum certè opidum quoque dictum fuit Μότυχα, MOTYCHA. *Opidani* inde Plinio, lib. III, cap. VIII, in variis exemplaribus ſunt *Mutyenſes* & *Motyenſes*. ſed ſcribendum eſſe MVTYCENSES ſeu MOTYCENSES, jam alii ante me monuerunt. & in vetuſto exemplari, Parmæ anno Ieſu Chriſti CIƆCCCCLXXVI typis edito, ſunt MVTICENSES. quo modo etiam apud Ciceronem in Verrinâ III *Muticenſis* memoratur *ager* in nonnullis exemplaribus: qui & ipſe in aliis exemplaribus corrupto vocabulo eſt *Mutyenſis* & *Mutienſis*. Græcis haud dubiè fuêre opidani Μοτυκαῖοι, *Motycæi*; uſitatiſſimâ formâ. Apud Diodorum, lib. XVI, hæc leguntur de ſuprà dicto Dione, ab Heracleâ Minoâ iter Syracuſas faciente: Ἐν παρόδῳ δὲ τοὺς τε Ἀκραγαντίνους καὶ Γελῴους καί τινας τῶν τὴν μεσόγειον οἰκούντων Σικανῶν τε καὶ Σικελῶν, ἔτι δὲ Καμαριναίους καὶ Μαδιναίους πείσας συνελευθερῶσαι τοὺς Συρακουσίους, προῆγεν ἐπὶ τὴν κατάλυσιν τοῦ τυράννου. Id eſt: *In tranſitu Agrigentinos & Gelenſeis nonnullosque de Sicanis ac Siculis, mediterranea incolentibus, Camarinenſeisque inſuper & Madinenſeis ad liberandum communi ope Syracuſanos adhortatus, ſibi adjunxit. cumque his ad pellendum tyrannum perrexit.* Nullum in Siciliâ alii cuiquam memoratum eſt opidum Μάδινα, *Madina*. at Dionem iter feciſſe ab Agrigento per Acras, ſuprà è Plutarcho didicimus. heic Diodorus quia Camarinenſeis eum adſumſiſſe teſtatur in tranſitu; per Camarinam quoque iter eum egiſſe, haud dubium eſt. poſt Camarinenſeis quum idem Diodorus dicat eum adſumſiſſe illos, qui in vulgatis eius exemplaribus leguntur Μεδιναῖοι· nullos alios hos fuiſſe judico, quàm Μοτυκαίους, id eſt, *Mutycenſeis*. pro quo vocabulo corruptum illud ſuppoſitum. niſi fortè ſuſpicari libeat, vocabulum καμαριναίους ab imperito atque oſcitante exſcriptore bis perſcriptum fuiſſe: unde poſteà alius alterum eorum diſcerpſerit in καὶ μαδιναίους. Apud Silium quoque lib. XIIII ita legitur:

Et Netum, & Micite, pubesque liquentis Acheti.

Heic etiam corruptum vocabulum *Micite*, nulli alii umquàm memoratum auctori, corrigendum cenſeo in germanum *Mutyce*. Solet autem Silius metri causâ Græcâ uti formatione in η. ſic & *Lipare*, *Catane*, *Melite*, *Melacte*, *Tiſſe*, *Drepane*, leguntur eodem libro.

MVTYCA *opidum.*

Inter Motycam & ſuprà expoſitas Acras Νέητον πόλις, NEETVM *opidum*, vulgò nunc vocatur *Noto:* unde tertia nunc univerſæ inſulæ pars vulgò dicitur incolis *Val di Noto.* Vocabulum urbis antiquum apud Ptolemæum vitiatum legitur Νέκτον, facili librarii lapſu, κ pro η ſcribentis. In Eclogis legationum ex Diodori lib. XXIII, ut ſuprà citatum, hæc leguntur: Καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδοῦναι κυριεύειν [συνεχώρησαν] Συρακουσίων ἐκ τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν πόλεων, Ἄκρων, Λεοντίνων, Μεγαρέων, Αἰλώρων, Νεαιτίνων, Ταυρομηνίων. Vbi vocabula corrupta ſic jam anteà corrigenda dixi: Μεγάρων, Ἑλώρου, Νεήτου, Ταυρομηνίου. nam opida recenſet, non opidanos. Scilicet quia poſteriore iſto ſæculo diphthongus αι pronunciabatur ſicut ε vel η antiquorum; ex Ἑλώρου factum librarii imperitiâ Αἰλώρου; & ex Νεήτου Νεαίτου. Sed idem urbis vocabulum etiam unicâ vocali η dictum fuiſſe Νῆτον, adparet ex Silii verſu proximè citato. unde etiam apud Ciceronem, in Verrinâ V, opidani quater perſcripti ſunt NETINI; ut & apud Plinium, lib. III, cap. VIII. Apud eumdem Ciceronem, in Verrinâ II, aliâ formatione ſunt *Netinenſes*. ſed voluiſſe ipſum Ciceronem variare, minimè veri eſt ſimile. librarii errorem eſſe puto: qui ita ſcripſit, quia præcedebant

NEETVM *urbs.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

bant *Agyrinenſes*. Celebrem fuiſſe jam olim urbem, patet ex dicto Plinii lib. III, cap. VIII; ubi ita ait: *Intus Latinæ condicionis, Centuripini, Netini, Segeſtani. ſtipendiarii; Aſſorini, Aetnenſes, Agyrini, Aceſtæi, Acrenſes, Bidini, Citarini, Cacirini, Drepanitani*; & cæteri, qui illic ſequuntur. Hinc etiam Cicero in Verrem actione V: *Age porrò; tu, qui tam religioſum exiſtimari voluiſti interpretem fœderum, cur Tauromenitanis frumentum, cur Netinis imperaſti? quarum civitatum utraque fœderata eſt*. Et eâdem actione poſteà: *Hoc Netinorum fœderata civitas publicè dicit*. Cæterùm de hac urbe ita ſcribit Fazellus, decad. I, lib. IIII, cap. II: *Magno fluvii Aſinari fonti moles quædam edita, ſaxoſa, & aſpera, licèt plana, veluti & tota adjacens regio, incubat inſtar peninſulæ, cuius iſthmus aquilonem reſpicit, ſatis undique foſſis naturâ præcincta ac munita, aſperrimisque rupibus mille quingentorum ambitu circumſepta. in eâ ſita eſt urbs vetuſta & ingens, Neæ Diodoro lib.* XI, *Neetum Ptolemæo, ſed hodiè Notum vulgò dicta. Habet duas dumtaxat portas: ad iſthmum unam; cui & arx inhæret: alteram, qua flumen & mare petitur. Eſt ea parte acceſſu difficilis: quidpe cuius adſcenſus paſſus ſit mille, obliquus, peracclivis, & arduus, maximâq; ex parte excavatis rupibus manu factus; quem vel pauciſſimi viri facilè tueri poſſint. Condita fuit à Siculis; quantum ex lib.* XI *Diodori colligimus. ubi Neas Ducetii, Siculorum regis, patriam fuiſſe ſcribit*. Et paullo pòſt: *Scribit lib.* XI *Diodorus, à Ducetio, Siculorum rege, Neam in æquum campum translatam fuiſſe. cuius verbis, quum in molis vertice,* VI *circiter milliarium leni adſcenſu ab hodierno Noti ſitu, pyramis adhuc & veteris circumquaque ædificii monumenta diſtent, eius, quæ ante Ducetium ſtabat, veſtigia eſſe, & hanc, quæ modò colitur, ab eo ipſo conditam, non abſurdè colligo; quum nominis perpetuitas & auctorum conſenſus adfirmet*. Mox: *Sunt, qui, parùm advertentes, Neam Menæum eſſe ſcripſerunt*. Apud Diodorum, dicto lib. XI, ſic legitur: Δουκέτιος, ὁ τῶν Σικελιωτῶν ἀφηγούμενος, παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν Σικελῶν ἀθροίσας δύναμιν ἀξιόλογον, τὰς μὲν νέας, ἥτις ἦν αὐτοῦ πατρὶς, μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ πλησίον τοῦ τεμένους τῶν ὀνομαζομένων Παλίκων ἔκτισε πόλιν ἀξιόλογον, ἣν ἀπὸ τῶν προειρημένων θεῶν ὠνόμαζε Παλίκην. Id eſt: *Ducetius, Siculorum princeps, ex publico Siculorum ærario magnis inſtructus opibus, Neas, quæ patria eius erat, in campum tranſtulit; & juxta fanum Palicorum urbem inſignem exſtruxit, quam ab dictis diis Palicam nuncupavit*. Sanè ignarus Netinæ urbis homo ſi in campo eam quærere juberetur, ne ipſis quidem Netinis jurantibus hanc eam eſſe crediderit: adeò ſcilicet in rupe excelsâ, arduâ, & undiquepræruptâ, ipſo etiam fatente Fazello, mœnia eius ſita ſunt. cuiusmodi locus ἐπίπεδος dici rectè poſſit; πεδίον verò minùs. Strabo lib. V, in deſcriptione Etruriæ: Τῶν δὲ Οὐολατερρανῶν ἡ μὲν χώρα κλύζεται τῇ θαλάττῃ, τὸ δὲ κτίσμα ἐν φάραγγι βαθείᾳ λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς περίκρημνος πάντῃ, τὴν κορυφὴν ἐπίπεδος, ἐφ᾽ ᾗ ἵδρυται τὸ τεῖχος τῆς πόλεως· ἡ δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὴν ἀνάβασις πεντεκαίδεκα σταδίων ἐστὶν, ἀπὸ τῆς βάσεως ὀξεῖα πᾶσα καὶ χαλεπή. Hoc eſt: *Volaterranorum ager mari perfunditur. urbs ipſa ſita eſt in valle profundâ, ſuper collem excelſum & undiquaque præruptum, cuius vertex planus eſt; in quo mœnia urbis exſtructa ſunt. adſcenſus ad ipſam eſt* XV *ſtadiorum, ab imo arduus omninò atque difficilis*. Verùm jam anteà ſuperiori capite oſtendi, mendoſas iſtas apud Diodorum voces τὰς μὲν νέας corrigendas eſſe in τὰς Μένας. idque opidum, nuper à Ducetio exſtructum, paullo pòſt ex arduo, in quo ſitum erat, monte translatum fuiſſe in campum prope fanum Palicorum, & ab eorum nomine Palicam dictum.

CASMENA *opidum*. Porrò eodem terrarum tractu fuiſſe videtur antiqua in primis urbs Κάσμεναι, CASMENAE; ſive ſingulari numero Κασμένη, CASMENA; Herodoto, Thucydidi, ac Stephano memorata. Huius verba apud epitomatorem eius hæc ſunt: Κασμένη, πόλις Σικελίας. Ἡρόδοτος ζ΄. ὁ πολίτης Κασμεναῖος. Id eſt: *Caſmena, urbs Siciliæ; auctore Herodoto, lib.* VII. *Opidanus inde Caſmenæus*. Herodoti hæc ſunt: Τοὺς γαμόρους καλεομένους τῶν Συρηκουσίων, ἐκπεσόντας ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ τῶν σφετέρων δούλων, καλεομένων δὲ Κυλλυρίων, ὁ Γέλων καταγαγὼν τούτους ἐκ Κασμένης πόλιος ἐς τὰς Συρακούσας, ἔσχε καὶ ταύτας. Hoc eſt: *Gelon Syracuſanos quosdam, qui vocabantur Gamori, à plebe ſuisque ſervis, qui nominabantur Cyllyrii, ejectos, Syracuſas ex urbe Caſmenâ reducendo, ipſis quoque Syracuſis potitus eſt*. Caſmenam ſeſe ejecti receperant, quia hæc urbs à Syracuſanis condita erat. Thucydides lib. VI: Ἄκραι δὲ καὶ Κάσμεναι ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθησαν. Ἄκραι μὲν ἑβδομήκοντα ἔτεσι μετὰ Συρακούσας, Κάσμεναι δ᾽ ἐγγὺς εἴκοσι μετὰ Ἄκρας. Καὶ Καμάρινα τὸ πρῶτον ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθη, ἔτεσιν ἐγγύτατα πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν. Id eſt: *Acræ & Caſmenæ à Syracuſanis ſunt conditæ. & quidem Acræ* LXX *annis poſt Syracuſas; Caſmenæ verò propè* XX *annis poſt Acras. Camarina quoque primùm à Syracuſanis fuit condita,*

centum

centum circiter & XXXV annis poſt, quàm Syracuſæ conditæ fuêre. Syracuſas conditas fuiſſe Olympiadis XI anno ſecundo, ſuprà lib. I, cap. XII, oſtenſum eſt. *Caſmenæ* igitur conditæ fuêre circa Olympiadem XXXIII; id eſt, circa annum ante natum Ieſum ↄↄCXLV. Sitas fuiſſe Caſmenas ad fontem Hipparis amnis, qui in Camarinam lacum defluit, Aretius tradit; ſimilitudinem neſcio quam vocabuli opidi Comiſi, quod ad fontem Hipparis ſitum, ſequutus. Fazellus id negat; quamvìs ratione nullâ productâ. Ego verò inter Acras & Camarinam Caſmenas fuiſſe cenſeo, haud ita procul litore. quidpe Græci, ut primùm colonias in inſulam deduxêre, litora occuparunt & his proxima; interiora Siculis tenentibus: ut ſuprà lib. I, cap. II oſtenſum, & in ſingularum poſteà maritimarum urbium expoſitione patuit. Syracuſani igitur, poſt urbem Syracuſarum conditam in meridiem versùs profecti, primùm Acras, mox, longiùs progreſſi, Caſmenas, ac tandem ultra has etiam Camarinam, urbeis partim maritimas partim à mari haud longè diſſitas, condiderunt. Hinc Caſmenas fuiſſe divinaverim, ubi nunc nobile atque amœnum in primis conſpicitur opidum vulgari vocabulo *Scícali* dictum.

Porrò in Syracuſano agro reliquiæ antiqui opidi jacent XV circiter millia paſſuum ab Syracuſis in occaſum versùs hiberni Solis diſſitæ cum templo cui vulgaris adpellatio *S. Giovanni di Bidini*. Antiquum eius nomen variantibus formationibus fuit Βίδος, Βείδις, BIDOS, BIDIS. Stephani epitomator: Βίδος, φρούριον ἐν Σικελίᾳ· οὐδετέρως. εὕρηται δὲ καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι. τὸ ἐθνικὸν Βιδῖνος. Hoc eſt: *Bidos, caſtellum in Siciliâ; neutro genere ſic dictum. Invenitur autem & cum diphthongo ſcriptum, & cum i. Gentilitium inde Bidinus.* Hinc Cicero, in Verrem actione II: *Bidis opidulum eſt tenue ſanè, non longè à Syracuſis.* Opidani quum inde dicantur Ciceroni ibidem undecies BIDINI; ut & Stephano & Plinio lib. III, cap. VIII; vitioſam eſſe & adulterinam vocem *Bidenſes*, quæ apud Ciceronem in eodem de Bidinis ſermone intermiſcetur, certum eſt. BIDIS *opidulum.*

Eodem tractu opidulum hodiè vulgari vocabulo eſt *Cáſſaro*. Id haud dubiè idem eſt, quod Ptolemæo dicitur Κάκυρον, CACYRUM. Vnde opidani dicti fuerunt Κακυρῖνοι, CACYRINI. qui apud Plinium lib. III, cap. VIII, leguntur *Cacirini*. CACYRUM *opidum.*

Fuit præterea in confinio Syracuſani agri versùs Solis occaſum Ἔχετλα πόλις, ECHETLA *opidum*, Polybio, Diodoro ac Stephano memoratum. Apud huius epitomatorem hæc leguntur: Ἔχετλα, πόλις Σικελίας. ὁ πολίτης Ἐχετλιάτης. Hoc eſt: *Echetla, opidum Siciliæ. opidanus inde Echetliates.* Mendoſam hanc eſſe vocem ex genuinâ Ἐχετλάτης, *Echetlates*, nemini dubium eſſe poteſt; ſiquidem in ιάτης gentilitia nulla eſſe poſſunt, niſi quorum primitiva deſinant in ία. Romano ore formari poterunt, ECHETLANI; & ECHETLINI; & item ECHETLENSES: ut *Atellani, Entellini*, & *Gelenſes*. Situs opidi quamvis diſpectu difficilis ſit, tamen tractus eius aliquo modo ex Diodori indicari poterit hiſtoriâ, quæ lib. XX talis eſt: Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἀκραγαντῖνοι, θεωροῦντες τὴν ἐν Σικελίᾳ κατάστασιν εὐφυεστάτην οὖσαν πρὸς ἐπίθεσιν, ἠμφισβήτησαν τῆς κατὰ τὴν νῆσον ἡγεμονίας. ὑπελάμβανον γὰρ, Καρχηδονίους μὲν μόλις ἀνθέξειν τῷ πρὸς Ἀγαθοκλέα πολέμῳ· Δεινοκράτην δ' εὐκαταγώνιστον εἶναι, συνηθροικότα φυγαδικὴν στρατιάν· τοὺς δ' ἐν ταῖς Συρακούσαις θλιβομένους τῇ σιτοδείᾳ μηδ' ἐγχειρήσειν ἀμφισβητεῖν τῶν πρωτείων. τὸ δὲ μέγιστον, τὴν στρατείαν αὐτῶν ποιουμένων ἐπ' ἐλευθερώσει τῶν πόλεων, ἀσμένως ἅπαντας ὑπακούσεσθαι, διά τε τὸ πρὸς τοὺς βαρβάρους μῖσος, καὶ διὰ τὴν ἔμφυτον πᾶσιν ἐπιθυμίαν τῆς αὐτονομίας. Οὗτοι μὲν οὖν ἑλόμενοι στρατηγὸν Ξενόδοκον, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν δόντες δύναμιν, ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὸν πόλεμον. Ὁ δὲ παραχρῆμα ἐπὶ τὴν Γέλαν ὁρμήσας, καὶ διά τινων ἰδιοξένων νυκτὸς εἰσαχθεὶς, ἐκυρίευσε τῆς πόλεως ἅμα καὶ δυνάμεως ἁδρᾶς καὶ χρημάτων. Ἐλευθερωθέντες οὖν οἱ Γελῷοι, προθυμότατα πανδημεὶ συστρατεύοντες ἠλευθέρουν τὰς πόλεις. Διαβοηθείσης δὲ τῆς τῶν Ἀκραγαντίνων ἐπιβολῆς κατὰ πᾶσαν τὴν νῆσον, ἐνέπεσεν ὁρμὴ ταῖς πόλεσι πρὸς τὴν ἐλευθερίαν. καὶ πρῶτοι μὲν Ἐνναῖοι πέμψαντες, τὴν πόλιν τοῖς Ἀκραγαντίνοις παρέδωκαν. οἱ δὲ ταύτην ἐλευθερώσαντες, παρῆλθον ἐπὶ τὸν Ἐρβησσὸν, φρουρᾶς ἐν αὐτῷ παραφυλαττούσης τὴν πόλιν. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, καὶ τῶν πολιτῶν συνεργησάντων, συνέβη τὴν φρουρὰν ἁλῶναι. Περὶ ταῦτα δ' ὄντων τῶν Ἀκραγαντίνων, τῶν ἐν ταῖς Συρακούσαις καταλελειμμένων στρατιωτῶν ὑπ' Ἀγαθοκλέους καταλαβόμενοί τινες τὴν Ἐχέτλαν, ἐπόρθουν τήν τε Λεοντίνην καὶ Καμαριναίαν. Κακῶς οὖν πασχουσῶν τῶν πόλεων διὰ τὸ τὴν χώραν δῃοῦσθαι, καὶ τοὺς καρποὺς ἅπαντας διαφθείρεσθαι, ἐμβαλὼν εἰς τοὺς τόπους ὁ Ξενόδοκος, Λεοντίνους μὲν καὶ Καμαριναίους ἀπήλλαξε τοῦ πολέμου· τὴν δ' Ἐχέτλαν χωρίον ὀχυρὸν ἐκπολιορκήσας, τοῖς μὲν πολίταις τὴν δημοκρατίαν ἀποκατέστησε, τοὺς δὲ Συρακουσίους κατεπλήξατο. Hoc eſt: *Per hoc tempus,* ECHETLA *opidum.*

quum

quum Agrigentini eum Siciliæ ſtatum eſſe cernerent, ut percommodè invadi poſſet; inſulæ principatum ſibi vendicare decreverunt. quidpe Carthaginienſeis bello adversùs Agathoclem ſuſtinendo vix pares fore, exiſtimabant. Dinocratem verò, qui collectum ex fugitivis exercitum haberet, facilè ſubigi poſſe: Syracuſanos etiam, quos victus inopia graviſſimè premeret, de prærogativâ contendere ne tentaturos quidem. & quod denique maximum eſſet; quum ad liberandas civitates militiam hanc ſuſciperent; libenter omneis, tùm propter odium adversùs Barbaros, tùm ob inſitam cunctis proprii juris cupiditatem, obſequuturos. Xenodocum ergo ducem creant: eumque, idoneo exercitu inſtructum, ad bellum mittunt. Is extemplò Gelam profectus, quum ab hoſpitibus quibusdam privatis noctu admiſſus eſſet; urbe ſimul & valido exercitu pecuniâque potitur. Libertatem adepti Gelenſes, cum omni civium numero in ſocietatem militiæ transeunt; operamque ſuam ad liberandas civitates promtiſſimè conferunt. Hoc Agrigentinorum incepto per totam inſulam divulgato, ſubita libertatis cupido urbeis inceſſit. primique Ennenſes, miſſis legatis, urbem dedunt Agrigentinis. qui, hac in libertatem adſertâ, Herbeſſum, præſidio firmatum, pergunt. initoque acriter conflictu, quum ſubſidio etiam opidani venirent, præſidium expugnatur. His dum diſtricti tenentur Agrigentini, pars militum, quos Agathocles Syracuſis reliquerat, captâ Echetlâ, Leontinum & Camarinenſem agrum depopulantur. Calamitas ea graviter adfligebat civitates; quòd regio vaſtata frugesque omnes corruptæ eſſent. Itaque in hæc loca profectus Xenodocus, à Leontinis & Camarinenſibus bellum profligat: expugnatâque Echetlâ, quod opidum erat probè munitum; popularem civibus reipublicæ adminiſtrationem reſtituit; Syracuſaniſque terrorem incuſſit. Sic equidem vulgata habent exemplaria. at quia non tantùm averſis, ſed etiam longiùs diſſitis inter ſe erant regionibus Leontini & Camarina urbes; quidam grammatici jam olim voces iſtas Λεοντίνην & Λεοντίνους corrigendas cenſuerunt in Νεαιτίνην & Νεαιτίνους· ſcilicet, quia in ſuprà dictis Legationum eclogis ex Diodori lib. XXIII ſcripta erat vitioſa vox Νεαιτίνων, pro Νήτου, ut ſuprà docui. Atque in eamdem ſententiam ferè ipſe tractus fuiſſem, niſi apud eumdem Diodorum, fine lib. XIX, hæc legiſſem: ὁ μὲν Ἀμίλκας τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει πολιορκεῖν τὴν Γέλαν· πυνθανόμενος δὲ, ἐν ταύτῃ καὶ δύναμιν εἶναι τὴν ἀμυνουμένην, καὶ πάντων εὐπορεῖν τὸν Ἀγαθοκλέα, ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς, τὰ δὲ φρούρια καὶ τὰς πόλεις ἐπιπορευόμενος προσήγετο, καὶ πᾶσιν ἐχρῆτο φιλανθρώπως, ἐκκαλούμενος τοὺς Σικελιώτας πρὸς εὔνοιαν. καὶ Καμαριναῖοι μὲν καὶ Λεοντῖνοι, πρὸς δὲ τούτοις Καταναῖοι καὶ Ταυρομενῖται παραχρῆμα πρέσβεις ἐκπέμψαντες, προσέθεντο Καρχηδονίοις· μετ' ὀλίγας δ' ἡμέρας εἶτα Μεσσήνιοι καὶ Ἀβακαινῖνοι, καὶ συχναὶ τῶν πόλεων ἀλλήλας φθάνουσαι πρὸς Ἀμίλκαν ἀφίσταντο. Id eſt: *Amilcar initio quidem Gelam obſidere ſibi propoſuerat: ſed manum ineſſe audiens, quæ propulſando foret, & Agathoclem copiâ rerum inſtructum; ab eo conatu deſtitit: & opida caſtellaque adiens, in ditionem ea recepit: ergaque omneis humaniter ſe geſſit; ut Siculorum erga ſe benevolentiam excitaret. Itaque Camarinenſes ac Leontini, Catanenſes item & Tauromenitani, miſſis continuò legatis, ad Carthaginienſeis ſeſe adplicant: paucisque diebus pòſt Meſſanenſes & Abacænini, multæque civitates aliæ certatim ad Amilcarem deficiunt.* Retinuiſſe Carthaginienſeis etiam poſteà easdem urbeis, ex dicto lib. XX patet; ubi ita ſcriptum eſt: ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς πρὸς τοὺς Καρχηδονίους πρεσβευτὰς ἀποστείλας, συνέθετο τὴν εἰρήνην ἐφ' οἷς τὰς πόλεις κομίσασθαι τοὺς Φοίνικας πάσας τὰς πρότερον ὑπ' αὐτοὺς γεγενημένας. Hoc eſt: *Agathocles, legatione ad Carthaginienſeis miſſâ, pacem cum illis hoc pacto fecit, ut quidquid urbium ſub ditione Pœnorum anteà fuiſſet, reciperent.* Hinc & Polybius lib. I, in rebus ſub initium Hieronis, qui XVIII circiter annis poſt Agathoclem regnum ſuſcepit, in Siciliâ geſtis: Καὶ τὰς Συρακούσας ἐπολιόρκουν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ πόδας· ὡς δ' οὗτος [ὁ Φιλῖνος] φησὶ, καὶ τὴν Ἐχέτλαν, ἐν μέσῃ κειμένην τῇ τῶν Συρακουσίων καὶ Καρχηδονίων ἐπαρχίᾳ. Id eſt: *Et Syracuſas obſederunt illicò Romani; &, ut quidem iſte [Philinus] ait, Echetlam, in confinio ſitam Syracuſanorum & Carthaginienſium.* Ergo ex hac ſimul Polybii deſignatione ſimulque ex præſcriptâ Diodori hiſtoriâ *Echetla* medio fuit inter Leontinos Camarinamque urbeis ſitu, ab Syracuſis in occidentem converſa. Quo ſitu hodiè opidum, vulgari vocabulo *Ochula*, neſcio quod veſtigium antiquæ illius Echetlæ nominis refert. de quo ita Fazellus, decad. I, lib. X: *Caltagironem Ochula opidum (Aquila in plerisque tabulis publicis & in privilegio Caltagironis, quo utriusque agri terminantur, ſeriò adpellatum) poſt* VI *paſſuum millia ſequitur: ubi & antiquitatis mira conſpiciuntur monumenta.*

ERBESSVS *opidum.*

Memoratur præterea circa Syracuſanum agrum ὁ Ἐρβησσὸς πόλις, ERBESSVS *opidum*, Livio ac Pauſaniæ. Verùm hoc nomine quum duo fuerint in Siciliâ opida; quorum

quorum alterum fuiſſe ſupra Agrigentum, proximo hinc capite oſtendam: incertum eſt, utrum eorum intellexerint Stephanus atque Ptolemæus. quorum hic Erbeſſum inter Ennam & Cephalœdin collocavit. Stephani epitomatoris verba hæc ſunt: Ἐρβησσὸς, Σικελίας πόλις· τὸ ἐθνικὸν Ἐρβησσῖνος· Φίλιστος Σικελικῶν β΄. Id eſt: *Erbeſſus, Siciliæ opidum. gentilitium, Erbeſſinus; auctore Philiſto, Sicular. lib.* II. Sic & apud Diodorum, lib. XIIII, *opidani* erant Ἐρβησσῖνοι, ERBESSINI; ubi nunc corrupta legitur vox Ἐρβιασλῶοι. atque is quidem Erbeſſi in Syracuſanorum confinio intellexit opidanos. at Polybio, lib. I, Erbeſſi circa Agrigentum incolæ dicuntur Ἐρβησσεῖς, & ita Plinio, lib. III, cap. VIII, HERBESSENSES. ſed hi, incertum, ab utro opido. Apud Pauſaniam in Eliacis vitiatum opidi nomen eſt Ἐρβυσσός. Sine adſpiratione ſcribendum cenſent plerique viri docti; quia à Græcâ voce ἔρεβος deductum videtur. at Plinius tamen, qui ordinem alphabeticum in recenſione Italiæ Siciliæque urbium ſequitur, inter ea refert vocabula, quæ ab adſpiratione incipiunt. Situm opidi quod attinet; ita Livius, lib. XXIIII, de Leontinorum expugnatione narrat: *Hippocrates atque Epicydes, poſteaquàm capi muros refringiq; portas viderunt, in arcem ſeſe cum paucis recepêre. inde clam nocte Herbeſſum perfugiunt. Syracuſanis, octo millium armatorum agmine profectis domo, ad Mylam flumen nuncius occurrit; Captam urbem eſſe, cætera falſa miſta veris, ferens: cædem promiſcuam militum atque opidanorum factam; nec quemquam puberem arbitrari ſupereſſe. direptam urbem, bona locupletum donata. Ad nuncium tam atrocem conſtitit agmen: concitatiſque omnibus, duces (erant autem Soſis ac Dinomenes) quid agerent, conſultabant.* Mox: *Nec, ut in Leontinos irent, proditos ad cædem commilitones quærentes, perpelli potuêre; nec, ut eodem loco certiorem nuncium exſpectarent. Quum ad defectionem inclinatos animos cernerent prætores; ſed eum motum haud diuturnum fore, ſi duces amentiæ ſublati eſſent; exercitum ducunt Megara. ipſi cum paucis equitibus Herbeſſum proficiſcuntur; ſpe, territis omnibus, per proditionem urbis potiundæ. quod ubi fruſtra eis fuit; vi agendum rati, poſtero die Megaris caſtra movent; ut Herbeſſum omnibus copiis oppugnarent.* Et eodem libro infrà: *Interim Marcellus, cum tertiâ ferè parte exercitus ad recipiendas urbeis profectus, quæ in motu rerum ad Carthaginienſeis defecerant, Helorum atque Herbeſſum, dedentibus ipſis, recepit: Megara vi captam diruit ac diripuit.* Hinc Pauſanias etiam in Eliacis memorat τὸν Ἱπποκράτη ἐξ Ἐρβησσοῦ παρεληλυθότα ἐς Συρακούσας, id eſt, *Hippocratem Erbeſſo Syracuſas profectum.* Fazellus, decad. I, lib. X ita ſcribit: *Palazôlus opidum, Acræ olim adpellatum, à Syracuſanis florenti ipſorum tempore conditum; ut auctor eſt lib.* VI *Thucydides. Eius egregium adhuc ad cœnobium Minorum, S. Mariæ de Ieſu cognominatum, jacet cadaver. quod ipſum illius eſſe, & nominis apud ſeniores veſtigium, quod Acremons adhuc eſt, & cum auctoritate reſpondens* XXIIII *millium paſſuum à Syracuſis urbe intervallum, liquidò confirmant. In huius rupibus propinquis magna ſpecuum multitudo ſeſe offert: quæ Læſtrygonum ne fuerit & Cyclopum habitatio, etſi ratio ſvadeat, incompertum mihi eſſe fateor.* Et aliquanto pòſt: *Pantalica urbs deſerta, in rupe undique præciſâ, ſpeluncis infinitis referta, fluminibus circumſepta, & naturâ munitiſſima. Fuiſſe hanc urbem olim Erbeſſum (quam Polybius & Livius inter Syracuſas & Leontinum collocant, & inter Neetum & Leontinum Ptolemæus ponit in tabulis) & locus & nominis etymologia liquidò oſtendunt: Erbeſſus namque Græcè locum ſpeluncis plenum ſonat Latinè. Erat autem ea urbs magna, & ſpeculbus manu excavatis iisque mirandis habitata: quarum numeroſâ multitudine hucusq; miratu eſt digniſſima. Interierat ab olim hæc urbs, non ſolùm incolatu, veluti & nunc; ſed etiam & nomine, ob adpellationis mutationem: Pantalicâ etenim, obliteratâ prorſus veteri denominatione, hodiè nominatur: exſtabatq; eo titulo anno Salutis* CCIII; *ut in geſtis Sophiæ virginis & martyris legitur. Cuius nominis quum nullus veterum meminerit; quænam apud priſcos hæc fuerit urbs, impensè deſiderabatur. tandem anno Salutis* CIƆIƆLV, *menſe Auguſto, ex nominis vetuſti interpretatione, cum ſitu collatione deprehenſo, ab interitu à nobis vindicata eſt.* Polybius unius meminit diſertiſſimis verbis Erbeſſi circa Agrigentum; ut proximo hinc capite patebit. Acras verò circa Avolam fuiſſe, ſuprà ſatis & abundè oſtenſum eſt. Quapropter Palazólum antiquorum eſſe Erbeſſum, ex Livii præſcriptâ hiſtoriâ ego conjecerim. quidpe faciliùs Hippocrates atque Epicydes ad ipſas perfugiſſent ex Leontinis Syracuſas, quàm ad Pantalicam. ad quam ſi à Megaris Soſis & Dinomenes proficiſci voluiſſent, per ipſas Syracuſas iter commodiſſimum habuiſſent. &, ſi à ſpeluncis nomen Erbeſſum habuiſſe contendas, apud Palazólum quoque *magnam* eſſe *ſpecuum multitudinem*, ipſe fatetur Fazellus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Vetuſtiſſima eius memoria eſt apud Diodorum lib. XIIII; ubi de Dionyſio, Syracuſanorum tyranno, ita ſcribit: Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν τῶν Σικελῶν χώραν πλεονάκις στρατεύσας, Σεργέντιον μὲν καὶ Μοργαντῖναν εἷλε, πρὸς Ἄγυριν δὲ, τὸν Ἀγυριναίων τύραννον, καὶ Δάμωνα, τὸν δυναστεύοντα Κεντοριπίνων, ἔτι δ' Ἐρβιταίους τε καὶ Ἀσσωρίνους συνθήκας ἐποιήσατο· παρέλαβε δὲ διὰ προδοσίας Κεφαλοίδιον καὶ Σολοῦντα καὶ τὴν Ἔνναν· πρὸς δὲ τούτοις πρὸς Ἐρβησσίνους εἰρήνην ἐποιήσατο. Hoc eſt: *Poſt hæc crebras in Siculorum fineis expeditiones fecit. & Sergentio Morgantinâque captis, cum Agyri, Agyrinenſium tyranno, ac Damone, Centuripinorum principe, cum Herbitenſibus item & Aſſorinis fœdera percuſſit. at Cephalœdium ac Solûntem Ennamque per proditiones ditioni ſuæ adjunxit. cum Erbeſſinis verò pacem inivit.* Factum hoc anno primo Olympiadis XCVI, Phormione ſummum gerente magiſtratum Athenis; id eſt, ante natum Ieſum anno CCCXCVI. Philiſtum res geſtas Dionyſii, cuius fuit æqualis, literis mandaſſe, teſtatur eodem libro Diodorus. itaque haud dubium, quin eamdem de Erbeſſinorum cum Dionyſio pace factâ hiſtoriam tradiderit is Sicular. rer. lib. II; ut citavit Stephanus, loco ſuprà perſcripto. Non illum autem in Agrigentinorum confinio, ſed hunc apud Anapi fonteis Erbeſſum intellexiſſe Philiſtum juxta & Diodorum, patet ex huius præcedenti hiſtoriâ. ſic quidpe tradit fine lib, XIII: Διόπερ ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἀναγκαζόμενος Ἰμίλκας, ἔπεμψεν εἰς Συρακούσας κήρυκα, παρακαλῶν τοὺς ἡττημένους διαλύσασθαι. ἀσμένως δ' ὑπακούσαντος τοῦ Διονυσίου, τὴν εἰρήνην ἐπὶ τοῖσδε ἔθεντο· Καρχηδονίων εἶναι μετὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀποίκων ἄλλους καὶ Σικανούς, Σελινουντίους τε καὶ Ἀκραγαντίνους, ἔτι δ' Ἱμεραίους· πρὸς δὲ τούτοις Γελώους καὶ Καμαριναίους οἰκεῖν μὲν ἐν ἀτειχίστοις ταῖς πόλεσι, φόρον δὲ τελεῖν τοῖς Καρχηδονίοις· Λεοντίνους δὲ καὶ Μεσσηνίους καὶ Σικελοὺς ἅπαντας αὐτονόμους εἶναι. καὶ Συρακουσίους μὲν ὑπὸ Διονύσιον τετάχθαι, τὰ δὲ αἰχμάλωτα καὶ τὰς ναῦς ἀποδοῦναι ἔχοντας τοῖς ἀποβαλοῦσιν. Id eſt: *Quum res tandem ita cogeret, Himilcar præconem Syracuſas mittit, qui, licèt victi eſſent, ad pacem tamen exhortetur. Pergratum hoc erat Dionyſio nuncium. itaque bellum his pactis componitur: Carthaginienſium ſub ditione maneant, præter alios ipſorum veteres colonos, etiam Sicani, Selinuntii, Agrigentini, & Himerenſes. his accedant etiam Gelenſes & Camarinenſes: quibus liceat in urbibus ſuis, abſque mœnibus tamen, habitare; ſed Carthaginienſibus deinceps ſint vectigales. Leontini verò & Meſſanenſes Siculique omnes ſuo jure liberi vivant. Syracuſani autem Dionyſii imperio ſint ſubjecti. naves utrimque amiſſæ ſuis reſtituantur.* Hinc jam ſub initium lib. XIIII narrat Diodorus, qua ratione Dionyſius imperium Siciliæ reparare cœperit; dominatu priùs Syracuſarum probè ſtabilito. Ἐπεὶ δὲ, inquit, τὰ κατὰ τὴν τυραννίδα καλῶς ἐδόκει διῳκηκέναι, τὴν δύναμιν ἐξήνεγκεν ἐπὶ τοὺς Σικελούς, πάντας μὲν σπεύδων τοὺς αὐτονόμους ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι· μάλιστα δὲ τούτους, διὰ τὸ συμμαχῆσαι πρότερον Καρχηδονίοις. Οὗτος μὲν οὖν ἐπὶ τὴν τῶν Ἐρβησσίνων πόλιν στρατοπεδεύσας, τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν παρεσκευάζετο. οἱ δὲ συστρατευόμενοι Συρακούσιοι, κύριοι τῶν ὅπλων ὄντες, συστάσεις ἐποιοῦντο, καὶ κατηγόρουν ἀλλήλων ὅτι τοῖς ἱππεῦσιν οὐ συνεπελάβοντο τῆς καταλύσεως τοῦ τυράννου. ὁ δὲ καθεσταμένος ὑπὸ τοῦ Διονυσίου τῶν στρατιωτῶν ἡγεμὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἠπείλησέ τινι τῶν παρρησιαζομένων· ἀντειπόντος δ' ἐκείνου, θρασέως ἐπῆλθεν ὡς πατάξων. ἐφ' ᾧ παροξυνθέντες οἱ στρατιῶται, τὸν μὲν ἔπαρχον ὄνομα Δωρικὸν ἀπέκτειναν· τοὺς δὲ πολίτας βοῶντες ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν, μετεπέμποντο τοὺς ἐκ τῆς Αἴτνης ἱππεῖς. οὗτοι γὰρ ἐν ἀρχῇ τῆς τυραννίδος ἐκπεπτωκότες, ᾤκουν τοῦτο τὸ φρούριον. Διονύσιος δὲ καταπλαγεὶς τὴν ἀπόστασιν τῶν Συρακουσίων, τὴν μὲν πολιορκίαν ἔλυσε, τὴν δ' εἰς τὰς Συρακούσας ἠπείγετο, σπεύδων καταλαβέσθαι τὴν πόλιν. τοῦ φυγόντος, οἱ τὴν ἀπόστασιν ποιησάμενοι στρατηγοὺς εἵλοντο τοὺς ἀποκτείναντας τὸν ἔπαρχον· καὶ παραλαβόντες τοὺς ἐξ Αἴτνης ἱππεῖς, ἐν ταῖς καλουμέναις Ἐπιπολαῖς ἀντεστρατοπέδευσαν τῷ τυράννῳ, καὶ διέκλεισαν αὐτὸν τῆς ἐπὶ τὴν χώραν ἐξόδου. Hoc eſt: *Dominatu probè, ut videbatur, confirmato, contra Siculos exercitum eduxit; omneis ſubigere connitens, qui ſui tunc juris erant: in primis verò illos, quòd auxilia Carthaginienſibus pridem ſubminiſtraſſent. Caſtris igitur ad Herbeſſinorum urbem admotis, quæ ad obſidionem neceſſaria erant, comparat. Syracuſani autem in militiam hanc adſcripti, quum arma jam in ſuâ poteſtate haberent, conventicula inſtituere, & expoſtulare ſecum invicem, quòd equites in amoliendi tyranni conatu non adjuviſſent. Tum accidit, ut Dionyſii legatus minis quemdam confidentiùs obloquentem retunderet; & mox ferociùs reſpondentem veluti percuſſurus invaderet. quo facto milites exaſperati præfectum, cui Dorico nomen erat, trucidant. &, civibus ingenti ad vindicandum libertatem vociferatu excitatis, equitatum ex Aetnâ accerſunt. ab his enim, ſub tyrannidis initium elapſis, caſtellum iſtud incolebatur. Dionyſius igitur defectione Syracuſanorum conſternatus, obſidione intermiſſâ, Syracuſas ad præoccupandam urbem raptim contendit. quo fugâ ſibi conſulente, rebellionis auctores duces ſibi creant illos, qui cædem præfecti perpetrârant: & adſumtis ex Aetnâ equitibus, adverſa tyranno in Epipolis, quas vocant, caſtra ponunt; exitumque ei in agros intercludunt.* Narrantur hinc pugnæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Dionyſii cum Syracuſanis; moxque bellum cum Carthaginienſibus: ac tandem amicitia & pax cum Agyrinenſibus, Centuripinis & Erbeſſenſibus, reliquisque ſuprà memoratis civitatibus. Ex duobus igitur documentis perſpicitur, Erbeſſum heic intelligi in Syracuſani agri confinio: primùm, quia primam eam à Syracuſis adgreſſus eſt urbem; quum reliqua Siciliæ vel ſub Carthaginienſium eſſent ditione, vel ſui juris. tum, quia ab Erbeſſo profecti Syracuſani milites in Epipolis caſtra poſuerunt. Cæterùm ex hactenus allatis, haud infimæ ſortis tunc fuiſſe civitatem, clarè patet.

ADRYX, MERVSIVM, & TALARIA, *opida.*

Porrò in Syracuſano memorantur agro Stephani epitomatori *opida*, Ἄδρυξ, Μερούσιον, Ταλαρία, ADRYX, MERVSIVM, TALARIA. Ἄδρυξ, inquit, ὡς Ἔρυξ, ἀρσενικόν, πόλις Συρακουσίων. τὸ ἐθνικὸν Ἀδρυκῖνος, ὡς Ἐρυκῖνος, καὶ Ἀδρυκίνη, ὡς Ἐρυκίνη Ἀφροδίτη. Hoc eſt: *Adryx, ut Eryx, generis maſculini, urbs Syracuſanorum. Gentilitium inde Adrycinus, ut Erycinus: & Adrycina; ut Erycina Venus.* Et poſteà: Μερούσιον, χωρίον, ὡς Θεόπομπος Φιλιππικῶν τριακοστῷ ἐννάτῳ. οἱ οἰκήτορες ὁμοίως Μερούσιοι. ἀπέχει δὲ ὁ τόπος Συρακουσίων [omnino ſcribendum Συρακουσῶν· non enim ab opidanis, ſed ab opidis ad opida locorum intervalla metimur.] στάδια ἑβδομήκοντα. Hoc eſt: *Meruſium, opidulum; auctore Theopompo, Philippicar. rer. lib.* XXXVIIII. *Incolæ eius ſimiliter dicuntur Meruſii. Diſtat autem locus à Syracuſis ſtadia* LXX. id eſt, millia paſſuum ferè VIIII. Ac porrò: Ταλαρία, πόλις Συρακουσίων· Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν τεσσαρακοστῷ. τὸ ἐθνικὸν Ταλαρῖνος. Id eſt: *Talaria, opidum Syracuſanorum; auctore Theopompo, in Philippicar. rer. lib.* XL. *Gentilitium inde eſt Talarinus.* At Plinio, lib. III, cap. VIII, dicuntur inter mediterraneos populos TALARIENSES; ut vetuſtiores nonnullæ habent editiones: pro quibus pleraque exemplaria referunt *Talarenſes*: quod vocabulum nullo modo derivari poterat à Talariâ. à qua rectè etiam Stephano deducuntur Ταλαρῖνοι, TALARINI; ut in Italiâ *Pollentini, Placentini, Faventini, Venuſini, Saturnini*; quorum opida, *Pollentia, Placentia, Faventia, Venuſia, Saturnia.* Quo ſitu fuerit Talaria cum reliquis duobus opidis, planè incertum eſt, quando nulla alia eorum exſtat memoria. Præter ſuprà dictam Pantalicam alia duo loca, *Mungelino* & *Licodia* vulgò dicta, antiquitatum monumentis ſunt clara. de quibus ita Fazellus, decad I lib. X: *Mugelinum exſtat arx, Magellinum à Plinio vocatum opidum: quod & ruinæ ibidem indicant.* Et poſteà: *In rupe editâ ac præruptâ Lycodia Saracenici nominis opidum recedit: ubi miræ vetuſtatis, licèt proſtratæ ac ſepultæ magnâ ex parte, ſunt ruinæ; veſtigia procul dubio jacentis priſcæ urbis: quam & ego incognitam pertranseo.* Magellinos Plinii fuiſſe circa Chryſam amnem, ſuprà cap. VIII oſtenſum eſt.

MACTORIVM *opidum.*

Cæterò circa Gelenſem agrum fuit Μακτώριον πόλις, MACTORIVM *opidum* perantiquum. Stephani epitomator: Μακτώριον, πόλις Σικελίας· Φίλιστος πρώτῳ. ἣν ...... ἔκτισε μόνην. τὸ ἐθνικὸν, Μακτωρῖνος. Id eſt: *Mactorium Siciliæ urbs; teſte Philiſto, lib.* I: *quam .... ſolam condidit. Gentilitium inde eſt Mactorinus.* Deeſt conditoris nomen; vel corruptum id eſt in vocem μόνην. fortè ipſius quoque regionis nomen interiit, in qua urbs condita. quidpe aliàs ipſe Philiſtus heic conditor eius intelligendus foret: quod omnino falſum. nam ante Philiſtum meminit eius antiquior rerum ſcriptor Herodotus, lib. VII. Ἐς Μακτώριον, inquit, πόλιν, τὴν ὑπὲρ Γέλης οἰκημένην, ἔφυγον ἄνδρες Γελώων, ἑσσωθέντες στάσι. Hoc eſt: *Gelenſium quidam, per ſeditionem pulſi, in Mactorium opidum, quod ſupra Gelam ſitum eſt, profugerunt.* Aretius, in Siciliæ deſcriptione, id ait eſſe opidum, quod vulgò hodiè dicitur *Mazarino*. at Fazellus id negat, decad. I, lib. X. nec tamen ipſe oſtendit, ubi fuerit; aut cur Mazarinum eſſe nequeat. Eiusdem verò decad. I, lib. III, cap. IIII, ita ſcribit: *Habet Buterium nonnihil antiquitatis; & viſuntur quoque plures in Geloo agro priſcorum temporum ruinæ. de quibus quid conjectari poſſit, nihil habeo.* Et lib. V, cap. II: *Terræ Novæ & eius agro ad paſſuum millia octo Buterium, in edito monti ſitum, novi nominis opidum imminet; ruinis, & eis ingentibus, antiquæ habitationis ſuperſtructum. quod an Hybla minor olim fuerit, etſi ad Thucydidem, qui eam in agro Gelenſi conſtituit, accedere videatur; quia tamen in eodem agro Mactorium fuiſſe ſcribit lib.* VII *Herodotus, nihil adfero.* Apud Terram novam etiamnunc exſtare veteris Gelæ reliquias, ſuprà lib. I cap. XV docui. Ruinæ igitur iſtæ apud Buterium opidum ab antiqui Mactorii ſitu minimè abhorrent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Cap. XI.

Maro mons. Gemelli colles. Nebrodes mons. Cratas mons. Engyum & Petra, opida. Piciniana & Comitiana, incertæ condicionis loca. Erbeſſus urbs. Fons, cui oleum innatat. Vulcanius & Gonius montes. Sal Agrigentinus. Scaturigines terram evomentes. Concheus lacus. Moryum caſtellum. Ancyræ & Cotyrga, opida.

Maro mons.

VLtra Himeram ſive Salſum amnem ingens montium jugum à fonte Alæſi & Heræis montibus ad opidum usque, cui vulgare nunc vocabulum *Muſumeni* ſive *Muſumeli*, protenſum, vulgari nunc adpellatione incolis dicitur *Madonia*, ſeu, peculiari Siciliæ dialecto *o* in *u* converſo, *Madunia*. Antiquum eius nomen apud Plinium & in Martyrologio Maurolyci eſt Maro *mons*. Plinius, lib. III, cap. VIII: *Mons Aetna, nocturnis mirus incendiis. crater eius patet ambitu ſtad.* XX. *favilla Taurominium & Catanam usque pervenit fervens; fragor verò ad Maronem & Gemellos colleis.* In

Gemelli colles.

Martyrologio verba hæc leguntur: *Unum quoque ex meo cœnobio S. Mariæ à partu; quod ſub Marone monte Gemelliſque collibus poſitum eſt.* Gemelli iſti colles nulli alii ſunt, niſi qui, inter ſeptemtrionalis Himeræ fontem & Maronem montem protenſi, vulgò nunc dicuntur *Monte di Mele*; antiqui illius nominis haud exiguas ſervantes reliquias. Fazellus, decad. I lib. X: *Muſumellis opidum, à Manfredo Claromontano conditum; ut vetus inſcriptio ſuper portam indicat: à quo Manfreda adpellatur. etſi Mons mellis hodiè à monte, cui hæret, nuncupetur.* Cæterò omne hoc dictorum Maronis Gemellorumque

Nebrodes mons.

montium jugum alio nomine Silio, Solino, ac Gratio dicitur Nebrodes mons; Græcè Straboni τὰ Νεβρώδη ὄρη, id eſt, Nebrodes montes. Solinus cap. XI, memoratis Aetnâ atque Eryce: *Sunt & alii montes duo, Nebrodes & Neptunius.* Silius, lib. XIIII:

Litora Thermarum, priſcâ dotata Camœnâ,
Armavêre ſuos; quà mergitur Himera ponto
Aeolio. nam dividuas ſe ſcindit in oras;
Nec minus occaſus petit incita, quàm petit ortus:
Nebrodes gemini nutrit divortia fontis.
Quo mons Sicaniâ non ſurgit ditior umbrâ.

Nempe denſi umbram efficiebant ſaltus; quos pervagabantur hinnuli atque damulæ: unde nomen jugo quæſitum. Solinus dicto loco: *Nebrodem damulæ & hinnuli pervagantur. inde Nebrodes.* Græcâ ſcilicet formatione Νεβρώδης, ἀπὸ τῶν νεβρῶν, id eſt, *ab hinnulis.* Hinc & Gratius, in κυνηγετικῷ, de equis loquens:

Poſſent Aetnæas utinam ſe ferre per arceis;
Qui ludus Siculis? quid tum ſi turpia colla
Aut tenuis dorſo curvatur ſpina? per illos
Cantatus Graiis Acragas victæque fragoſum
Nebrodem liquêre feræ.

Jam igitur quis ampliùs dubitet, apud Strabonem quoque legendum eſſe Νεβρώδη, pro vitiatâ voce νευρώδη; quam cum proximâ ὄρη interpres vertit *Nervoſi montes.* Vitio id poſterioris ſæculi factum; ubi Græcum β pronunciabatur ut *v* Latinum: mox, quum Græcum υ etiam efferretur ut idem *v*; quod innumeris vocabulis apud unum Ptolemæum obſervare eſt; promiſcuè ſcribebatur υ pro β· unde Καλαυρία & Καλαυροὶ dicta ſunt vocabula, pro Καλαβρία & Καλαβροὶ, *Calabria* & *Calabri.* Quod vitium mox etiam in Latinum tranſiit ſermonem. unde *Bobellas, Sub Lanubio, Bobiano, Benebento, Vibona Balentia,* legimus in Tabulâ itinerariâ loca Italiæ, quæ erant *Bovillæ, Lanuvium, Bovianum, Beneventum, Vibo Valentia:* & eodem modo Africæ populi ibidem *Bagi Getuli*; qui erant *Gætuli Vagi.* Sed ad Nebroden redeamus. Verba Strabonis, lib. VI, hæc ſunt: Ἀντιπέραν δὲ τῇ Αἴτνῃ τὰ Νεβρώδη ὄρη, ταπεινότερα μὲν, πλάτει δὲ πολὺ παραλλάττοντα. Id eſt: *Aetnæ ex oppoſito ſeſe attollunt Nebrodes montes; humiliores quidem illâ, ſed latitudine æquali.* Hinc & Fazellus, decad. I lib. X: *Politium ingens & locuples inter duo Himeræ fluvii capita ſitum eſt opidum. Originem ad Rogerium, Siciliæ comitem, refert. qui Saracenos inſequens quum ad verticem Nebrodis fugaſſet; eos obſeſſurus, in mole quadam editâ ad montis radices arcem, ubi commodiùs ſtativa teneret, excitavit;*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

citavit; quæ adhuc ſupereſt. Cratas hic mons Ptolemæo, ſed cæteris ſcriptoribus Nebrodes, vulgò autem hodiè Madonia dicitur. qui, totâ Siciliâ, præter unum Aetnam; omnium latiſſimus celſiſſimusq́, maximâ anni parte nive tegitur, & mari Tyrrheno prominet. Complures circumquaque perenneis & ingenteis habet fonteis: qui è veſtigio non ſolùm molas volvunt triticeas; ſed in flumina quoque diffunduntur. herbis ſuis etiam radicibusque omnis generis nobilitatur; quas aut brutis animantibus aut hominibus in potiones ſalutareis herbilegi atque aromatarii undique confluentes inde decerpunt. damis prætereà atque hinnulis cervisque abundare ſolet: à quorum copiâ nomen olim Nebrodis, quod damam Latinis ſonat, aptiſſimum mutuavit. unde & locus ad eius quoque verticem, rupibus undique foſſæ inſtar circumciſus, Mandra cervorum vernaculè, Cervile Latinè, dictus eſt. Hodiè autem ob nimis inconſideratam promiſcuamq́, venationem, omni fermè ferarum genere, quæ in eius loca quietiora ſecedere conſveverant, videtur exhauſtus. Porrò oves, quæ ibi ex paſcuis ſaginantur, & dum vivunt & poſt interitum etiam perpetuò denteis habent inauratos. Non tantùm eâ parte, qua in Tuſcum prominent mare, dictos fuiſſe Nebrodes monteis; ſed nomen hoc ultra medium etiam inſulæ versùs mare Africum ad fonteis usque Acragantis & Halyci amnium extenſum fuiſſe; patet ex præſcriptis Silii verbis; ubi utriusque Himeræ fontes ad Nebroden ponuntur.

Cæterùm ὁ Κράτας ὄρος, CRATAS MONS, locatur Ptolemæo inter Panormum & Tricala opida; quorum hoc circa Sciaccam fuiſſe, poſteà oſtendam. Hinc patet, Cratam minimè eſſe eumdem, qui aliis dicitur Nebrodes: ſed potiùs illud montium jugum, quod à Gemellis collibus, parte Nebrodis, & ſeptemtrionalis Himeræ fonte ad Panormum versùs & Crimiſi fluminis fontem extenditur. CRATAS *mons.*

Cæterùm ad initium Maronis montis, quà is Heræis circa Alæſi fontem jungitur jugis, *opidum* olim erat, Ἐγγύϊον ENGYIVM, ſive Latino ore ENGVIVM dictum; Diodoro, Plutarcho, Ptolemæo, ac Stephano memoratum. unde *opidani* Græcis Ἐγγυῖνοι, *Engyini*, Latinis ENGVINI, vocabantur. Stephani epitomator: Ἐγγύϊον, πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν Ἐγγυῖνος, ὡς Ῥηγῖνος. Id eſt: *Engyium, urbs Siciliæ. gentile inde Engyinus, ut Rheginus.* Atque iisdem literis Plutarcho quoque ſcribitur opidi vocabulum; ut mox videbimus. unde patet, corruptum id eſſe apud Diodorum ac Ptolemæum in Ἔγγυον, *Engyum.* Quamquàm Silius id etiam τρισύλλαβον uſurpaverit, lib. XIIII, his verbis: ENGVIVM *opidum.*

—— Romana petivit

Fœdera Callipolis; lapidoſique Engyon artus.

Vbi tamen vitiata vox in vulgatis exemplaribus legitur *Eugion:* quod quidam noſtri ſæculi homines, quibus ſuprà memorati auctores, Diodorus, Plutarchus, atque Stephanus, eumque his Cicero ac Plinius, parum perlecti, Græcè dictum fuiſſe docent Εὔγειον, *à ſolo bono atque feraci.* Verùm hos vel ipſe Silius falſæ opinionis coarguit, dum *lapidoſum* eius vocat *ſolum.* Cæterùm Silius metri gratiâ id contraxiſſe potuit in treis ſyllabas: ut ibidem dicuntur ei *Hergentum* & *Amaſtra* opida; quæ erant integris vocabulis *Hergentium* & *Amiſtratum.* Apud Ciceronem in Verrinis IIII & V, & item apud Plinium, lib. III, cap. VIII, opidani leguntur *Enguini.* nec aliter ſcripſiſſe Ciceronem Verrinâ III, ubi vulgata exemplaria referunt *civitatem Eggynam*, certum eſt. aque vox ab ſciolo eodemque imperito grammatico ſubjecta fuit ex Græco urbis nomine Ἔγγυον, quod Ptolemæus habet, pro *Enguinam.* De ſitu opidi ità tradit Fazellus, decad. I, lib. X: *Gangis opidum novum ad latus collis, qui ex torrentibus Gelæ fluvii caput unum habet, ſitum eſt. eique ad paſſuum millia duo in valle monaſterium ordinis divi Benedicti à religioſis viris ſuper ruinis Gangis veteris (quod quum à Frederico ſecundo, anno Salutis* CIↃCCXCVIIII, *cum Franciſco Vintimilio, eius domino, inſolenter deſciviſſet, funditus deletum eſt. quod falsò quidam Engium vetuſtiſſimam urbem, fuiſſe adſerunt) liberaliter ſuperſtructum.* Et eodem libro poſteà: *A Teriâ fluvio non longè aberat Engyon, aut Engyon, ut aliis placet, urbs vetuſtiſſima. quæ ſive maritima, vel in eo loco, qui priùs Ongia, nunc Lognina, & à veteribus Portus Vlyſſis dicitur, vel eo, qui Ingiuni vocatur, Leontino hodiè frumenti emporio; ut ex auctoritate Plutarchi conjiciunt plerique; ſive mediterranea, centum ab Agyre ſtadiis diſtans, (ut lib.* V *Diodorus referre videtur) fuerit: à Cretenſibus, qui, defuncto Minoë, in Siciliâ remanſerant, fuit condita; quantum ex Diodori verbis conſequimur. Cretenſibus,* inquit, *qui, defuncto Minoë in Siciliâ absque imperio remanſerant, invicem diſſidentibus, eorum pars civitatem condidit, quam ab eorum rege dixerunt Minoam; pars per litus errans locum munitum condendæ urbi elegit, quam à fonte, in urbem*

 fluente,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

fluente, Engyum adpellarunt. poſt captam verò Troiam, Merionem Cretem, & cum eo Cre-
tenſeis, navibus delatos, veluti cognatos in civitatem ſuscepêre. Hi poſteà ab Ochyrâ receden-
tes, expugnatis nonnullis finitimis, eorum regiones poſſederunt. Hæc ille. quibus verbis,
aut maritimam fuiſſe Engyon, aut non longè ſaltem ab orâ recedentem, mihi (rei veræ adhuc
incompertæ veniâ) videor colligere. quod ipſum Vlyſſis quoque eò cum claſſe acceſſus (de quo
paullo infrà ex Plutarchi in Marcello auctoritate nonnihil ſubjungemus) adfirmare putatur.
Quin etiam à Leontino marique non adeò remotè diſſitam ex Diodori lib. XVI *non temerè*
agnoſcimus. Eius ibi verba hæc ſunt: In Siciliâ verò Timoleon contra Leontinos, quò Icetas
cum juſto exercitu ſe retraxerat, movit caſtra. ſtatimque invadens in eam, quam Novam ur-
bem adpellant, quum magnum præſidium, & quod benè ad mœnium propugnationem ſufficeret,
intus poſitum eſſet, cœptam rem omittere eſt coactus. transivitque ad Engyum; quæ urbs tyranno
Leptinæ ſerviebat: omnique ſtudio, ut civitatem, pulſo tyranno, ad libertatem reduceret, ni-
tebatur. Leptines, à Timoleonte graviter preſſus, deditionem fecit; & per condiciones dictas
juſſus eſt migrare in Peloponneſum. quumque eidem Leptinæ Apolloniatæ parerent; receptæ
huic civitati & Engyinis libertatem, ut ſuis legibus viverent, conceſſit Timoleon. Hæc ibi.
quæ ſanè de Engyi cum Apolloniâ & Leontino viciniâ non minimo ſunt argumento: quum lib.
XX, *Centoripen & Apolloniam vicinas fuiſſe urbeis, ſignificet. Sed utcumque ſe res habeat;*
quum de loco, ubi ſteterit, nihil certi, niſi quod in iis agris, adferre poſſim, de eius rebus hæc ſal-
tem habeo certiſſima; & reliqua, quæ illic ſequuntur. Falsò Fazellum feciſſe Teriam,
qui re verâ erat Symæthus, vulgò nunc *Iaretta* dictus, ſuprà lib. I, cap. X, oſten-
ſum eſt. Vocem autem iſtam *Ingiuni* utrùm ipſe ita detorſerit Fazellus, uti eo ſi-
miliorem redderet Engyi vocabulo, an verò typographus ſic corruperit, equidem
neſcio. at decad. I, lib. III, cap. II, eamdem dicit *Ingluni*, quæ aliis Siciliæ aucto-
ribus, Italicâ utentibus linguâ, ſcribitur *Angulone*. Verba Fazelli loco proxi-
mè dicto hæc leguntur: *Leontinum frumenti emporium deinde ſequitur. ubi ſinus parvus*
eſt: qui, quòd ad angulum ſitus eſt, quo collis, qui ei imminet, in orientem ſe porrigere incipit,
faciens Taurum promontorium, Ingluni vernaculâ linguâ hodiè Siculis nominatur. In eodem
loco arx eſt & ager illi adjacens, qui Murgus adpellantur. Fuiſſe ibi olim Murgentium ve-
tuſtam urbem, eruditi omnes adfirmant. cuius deletæ pleraque, licèt obruta, in eodem agro
cernuntur veſtigia: quod nominis, cuius aliquod adhuc ſervat monumentum, adfinitas adfir-
mat. Sunt, qui Engium urbem, ex verbis Plutarchi in Marcello maritimam, opinantur hoc loci
ſtetiſſe. quod ex adfinitate recentis & vetuſti nominis & ex aliis quoque conjecturis ſuſpican-
tur. Emporium heic jam olim fuiſſe Leontinorum, ut etiamnunc eſt, quis dubitet,
quando urbs ea V haud ampliùs millia paſſuum à litore diſſita eſt, & potens in pri-
mis olim fuit? Neque verò huic ſolo convenit præſcriptum illud Silii:

——— *Lapidoſique Engyon artus.*

Cæterùm verba Diodori, lib. XVI, hæc ſunt: Ὁ δὲ Τιμολέων παρελθὼν εἰς πόλιν Ἔγγυον,
τυραννουμένην ὑπὸ Λεπτίνου, προσβολὰς συνεχεῖς ἐποιεῖτο, βουλόμενος τὸν μὲν Λεπτίνην ἐκβαλεῖν
ἐκ τῆς πόλεως, τοῖς δ' Ἐγγυΐνοις τὴν ἐλευθερίαν ἀποδοῦναι. καταπληξάμενος οὖν τὸν Λεπτίνην, τοῦτον
μὲν ὑπόσπονδον ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Πελοπόννησον· ὄντος δὲ καὶ τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλεως ὑπὸ τὸν Λεπτί-
νην, παραλαβὼν τὴν Ἀπολλωνίαν, ταύτῃ τε καὶ τῇ τῶν Ἐγγυΐνων ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν. Hoc eſt: *Ti-*
moleon, Engyum urbem, Leptinæ tyrannide preſſam, adgreſſus, continuis eam oppugnationibus
fatigabat; omneis in id nervos intendens, uti, expulſo tyranno, Engyinis libertatem redderet.
Leptinen itaque, terrore ad deditionem perculſum, datâ incolumitatis fide, in Peloponneſum mi-
ſit. & quia Leptinæ dominatum Apollonienſes etiam tulerant; Apolloniam ſimul in fidem
recepit: & tàm his quàm Engyinis jus ſuum ac leges reddidit. Suprà, huius libri II cap.
IIII ex Diodori lib. XII & XIIII oſtenſum eſt, Archonidem, Herbitenſium princi-
pem, primò Ducetium in Calactâ condendâ juviſſe; dein etiam ipſum ſuo Marte
atque conatu Alæſam urbem ad Alæſi amnis oſtium condidiſſe. monſtratum item
ibidem è Stephano, Apolloniam fuiſſe Calactæ & Aluntio propinquam. Ex his igi-
tur documentis, ſimulque ex vocabuli ſimilitudine, haud vana fit conjectatio, *En-*
gyum fuiſſe eo ſitu, quo ſuprà dictum divi Benedicti cœnobium conſpicitur inter rui-
nas veteris *Gangii*, Herbitæ conterminum. Atque hinc etiam *Enguina civitas* cum
finitimis civitatibus conjungitur à Cicerone in Verrinâ III. *Tyndaritanam*, inquit,
nobiliſſimam civitatem, Cephalœditanam, Haluntinam, Apollonienſem, Enguinam, Capitinam,
perditas eſſe hac iniquitate decumanorum, intelligetis. Fazellus, qua Latinâ Diodori ver-
ſione ſit uſus, ego miror. Diodorus, non quinto, ut citat Fazellus, ſed quarto
libro,

libro, de Cretenſibus narrat, qui cum Minoë rege, Dædalum perſequente, in Siciliam navigarunt. quorum alii, occiſo per dolum Minoë, Heracleam Minoam in litore Agrigentino, alii, in mediterranea progreſſi, Engyum condiderunt. οἱ δὲ, inquit, διὰ τῆς μεσογείου πλανηθέντες, καὶ καταλαβόμενοι χωρίον ὀχυρὸν, ἔκτισαν πόλιν, ἣν ἀπὸ τῆς ἐν τῇ πόλει ῥεούσης πηγῆς ὠνόμασαν Ἔγγυον. ὕστερον δὲ κατὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν Μηριόνου τοῦ Κρητὸς προσενεχθέντος τῇ Σικελίᾳ, προσεδέξαντο τοὺς καταπλεύσαντας Κρῆτας, διὰ τὴν συγγένειαν, καὶ τῆς πολιτείας μετέδωκαν. ὁρμώμενοι δ' ἐξ ὀχυρᾶς πόλεως, καὶ καταπολεμήσαντές τινα τῶν περιοίκων, ἱκανὴν κατεκλήσαντο χώραν. ἀεὶ δὲ μᾶλλον αὐξανόμενοι, καὶ κατασκευάσαντες ἱερὸν τῶν Μητέρων, διαφόρως ἐτίμων τὰς θεὰς, ἀναθήμασι πολλοῖς κοσμοῦντες τὸ ἱερὸν αὐτῶν. ταύτας δὲ ἀφιδρυθῆναί φασιν ἐκ τῆς Κρήτης, διὰ τὸ καὶ παρὰ τοῖς Κρησὶ τιμᾶσθαι τὰς θεὰς ταύτας διαφερόντως. Hoc eſt: *Pars, mediterraneis peragratis, munitum nacti locum, opidum condiderunt, cui à ſcaturiente in eo fonte Engyum nomen impoſuerunt. Poſteà ſub Troiæ excidium, Merionem in Siciliam cum Cretenſibus adpulſum, quòd gentiles eſſent, in civitatis communionem ſusceperunt. Quum verò ex urbe munitâ eruptiones facerent, & quædam finitimorum loca ſubigerent; ſatis amplam ſibi terræ ditionem compararunt. ac ſubinde magis magisq; amplificati opibus, templum Matribus ædificarunt: exquiſitoque venerationis cultu & donariis deas haſce proſequuti ſunt. Eas verò ex Cretâ translatas huc perhibent; quòd etiam apud Cretas præcipuâ honorentur religione.* En, quàm diſertè ait διὰ τῆς μεσογείου πλανηθέντας κτίσαι πόλιν, id eſt, *mediterranea pervagatos condidiſſe urbem*. illud igitur de litore miror unde habuerit Fazellus. qui & ὀχυρὰν πόλιν intellexit proprio nomine *Ochyram urbem*; quum Diodorus voluerit *urbem munitam*; ut antè dixit χωρίον ὀχυρὸν, *locum munitum*, in quo urbs condita. Cæterùm de eodem opido ac templo ita ſcribit Plutarchus in Marcello: Πόλις ἐστὶ τῆς Σικελίας Ἐγγύϊον, οὐ μεγάλη, ἀρχαία δὲ πάνυ, καὶ διὰ θεῶν ἐπιφάνειαν ἔνδοξος, ἃς καλοῦσι Ματέρας. ἵδρυμα λέγεται Κρητῶν γενέσθαι τὸ ἱερόν. καὶ λόγχας τινὰς ἐδείκνυσαν καὶ κράνη χαλκᾶ, τὰ μὲν ἔχοντα Μηριόνου, τὰ δὲ Οὐλίξου, τουτέστιν Ὀδυσσέως, ἐπιγραφὰς ἀνατεθεικότων ταῖς θεαῖς. Id eſt: *Opidum eſt Siciliæ Engyium, non ſanè amplum, ſed pervetuſtum, & dearum, quas Matres vocant, præſentiâ nobile. Templum heic à Cretenſibus ædificatum fertur. oſtendebanturq; haſtæ quædam ac galeæ æneæ, cum inſcriptionibus partim Merionis, partim Vlixis; qui eas deabus conſecraverant.* MATRES DEAE quæ heic adpellantur Plutarcho atque Diodoro, MATER MAGNA dicitur Ciceroni in Verrinâ IIII. *Matris magnæ*, inquit, *fanum apud Enguinos eſt. in hoc fano loricas galeasque æneas, cælatas opere Corinthio, hydriasq; grandeis, ſimili genere atque eâdem arte perfectas, idem ille P. Scipio poſuerat; & ſuum nomen inſcripſerat.* Et Verrinâ V, MATER IDAEA vocatur. *Te, ſanctiſſima*, inquit, *Mater Idæa, quam apud Enguinos auguſtiſſimo & religioſiſſimo in templo ſic ſpoliatam reliquit [Verres,] ut nunc nomen modò Africani & veſtigia violatæ religionis maneant; monumenta victoriæ fanique ornamenta non exſtent.* Victoriam intelligit P. Scipionis Africani; qui bello Punico ſecundo Carthaginienſeis debellavit. de eo ita idem Cicero in Verrinâ II: *Scipio, bello confecto, Siculis omnibus, Carthagine captâ, quæ potuit, reſtituenda curavit.* Quæ autem iſta ſit Mater Idæa, in Germaniæ antiquæ opere, lib. I, cap. XXVII, docui.

Porrò à Gangio versùs occaſum Solis opidum in edito colle ſitum, vulgò adpellatur incolis *Petraglia*: in diplomate autem Rogerii Normanni, Calabriæ & Siciliæ comitis, vocatur *Petra Heliæ*. Antiquis temporibus dicebatur nudè Πέτρα πόλις, PETRA *opidum*; auctore Ptolemæo. unde *Opidani* ſunt Diodoro lib. XXIII Πετρῖνοι, & Latinis literis Ciceroni Verrinâ III ac Plinio lib. III, cap. VIII PETRINI: Solino autem, cap. XI, PETRENSES. Silio, lib. XIIII, ipſum opidum derivativo vocabulo dicitur PETRAEA. unde an poſteà promanârit vocabulum *Petraja*, quod tandem factum *Petraglia*, equidem haud temerè dixerim. Verba Silii hæc ſunt: PETRA *opidum*.

Romanos Petræa duces, Romana petivit
Fœdera Callipolis, lapidoſique Engyon artus.

Ptolemæus, magnus totius Orbis terrarum, non tantùm Siciliæ, turbator, rectè quidem Petram Engyo ab occaſu oppoſuit; at malè ac perperam utrumque opidum inter Ennam & Syracuſas locavit. Eſſe autem *Petraliam* antiquam iſtam *Petram*, ex Antonini maximè patet Itinerario; ubi iter huiusmodi deſcriptum eſt:

Ab Agrigento Lilybæo M. P. CLXXV, *ſic:*

Picinianis IX.

Comitianis	XXIIII.
Petrinæ	IIII.
Pirina	XXIIII.
Panormo	XXIIII.
Yccaris	XVIII.
Locarico	XXIIII.
Ad Olivam	XXIIII.
Lilybæum	XXIIII.

Fazellus, decad. I, lib. VI, cap. I, ex dicto Rogerii diplomate hæc inter alia refert: *Vna eſt Agrigenti eccleſia; cuius epiſcopus vocatur Gerlandus: cui in parochiâ adſigno, quidquid intra fineis ſubſcriptos continetur. videlicet, à loco, ubi oritur flumen ſubtus Corilionem, usque ſuper Petram de Zineth, & inde tenditur per diviſiones Iatinæ & Cephalæ; & inde ad diviſionem Bichari; inde verò usque ad flumen Salſum; quæ eſt diviſio Panormi & Thermæ; & ab ore huius fluvii, ubi cadit in mare. & protenditur hæc parochia juxta mare, usque ad flumen Tortum: & ab hoc, & abinde unde oritur, tenditur ad Pyra ſubtus Petram Heliæ: atque inde ad alium montem, qui eſt ſupra Pyra. inde autem usque ad flumen Salſum, ubi jungitur cum flumine Petræ Heliæ. & ex hoc flumine, ſicut deſcendit ad Imprandum: qui locus dividit Agrigentum & Butheram. atque inde per maritimam, usque ad flumen de Belichi; quod eſt diviſio Mazariæ usque ad ſubtus Corilionem; ubi incipit diviſio.* Millia ſunt hodiéque inter Petraliam & Panormum circiter XLVIII: ut habet Antoninus inter Panormum & Petrinas, locum manſionis apud Petram opidum. In Eclogis legationum ex dicto Diodori lib. XXIII, hæc leguntur: Ἰετῖνοι δὲ ἐκβαλόντες τὴν τῶν Φοινίκων φρουρὰν, τὴν πόλιν Ῥωμαίοις ἔδωκαν. παραπλησίως δὲ τούτοις ἐποίησαν Σολουντῖνοι καὶ Πετρῖνοι καὶ Ἠνναταρῖνοι καὶ Τυνδαρῖται. Id eſt: *Ietini, ejecto Pœnorum præſidio, urbem Romanis tradiderunt. Eumdem ad modum fecerunt etiam Soluntini, Petrini, Ennatarini, & Tyndaritani.* Apud Solinum, dicto cap. XI, hæc ſunt: *Stagnum Petrenſium ſerpentibus noxium eſt, homini ſalutare.* Hoc hodiè ſtagnum quum planè ignoretur, ſuſpicari licet, aliud fuiſſe opidum alicubi eodem nomine; ut hodiéque complures *Petræ* ſunt in hac inſulâ.

De cætero numeros milliarium in præſcripto Antonini itinere eſſe partim corruptos, vel ex eo perſpicitur, quòd in titulo itineris millia perſcripta ſunt CLXXV; univerſorum verò intervallorum numeri in unum computati ſummam reddunt millium CLXV tantùm. Hinc etiam inter Agrigentum & Petrinas XXXVII dumtaxat perſcripta ſunt millia: quum re verâ ſint LX circiter. PICINIANAE igitur atque COMIITANAE quo ſitu fuerint, incertum eſt.

ERBESSVS *opidum.* Porrò ſupra Agrigentum inter Acragantem Halycumque amneis *opidum* fuit celebre ὁ Ἔρβησσος, ERBESSVS ſive HERBESSVS; Polybio, Diodoro, Ptolemæo, ac Stephano memoratum. *Opidani* inde ſunt Diodoro ac Stephano Ἐρβησσῖνοι, ERBESSINI: at Polybio Ἐρβησσεῖς. & ita Plinio lib. III, cap. VIII, HERBESSENSES. Sine adſpiratione ſcribendum cenſent plerique viri docti; quia à Græcâ voce ἔρεβος deductum videtur. at Plinius tamen, qui ordinem alphabeticum in recenſione Italiæ Siciliæque urbium ſequitur, inter ea refert vocabula, quæ ab adſpiratione incipiunt. Verba epitomatoris Stephani hæc ſunt: Ἔρβησσος, Σικελίας πόλις. τὸ ἐθνικὸν Ἐρβησσῖνος. Φίλιστος Σικελικῶν β΄. Id eſt: *Erbeſſus, Siciliæ opidum. gentilitium Erbeſſinus; auctore Philiſto, rer. Sicular. lib.* II. Sed duo quum fuerint hoc nomine in Siciliâ opida, illud in Syracuſanorum confinio heic intellexiſſe Philiſtum, ſuperiori capite docui. Illius apud Agrigentinum agrum ſitum Polybius maximè indicavit lib. I, his verbis: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι φέροντες παντὶ τῷ στρατεύματι πρὸς αὐτὸν Ἀκράγαντα προσήρεισαν. καὶ στρατοπεδεύσαντες ἐν ὀκτὼ σταδίοις ἀπὸ τῆς πόλεως, συνέκλεισαν ἐντὸς τειχῶν τοὺς Καρχηδονίους. * . * . ἐπεὶ δ᾽ οὐκ ἀντεξῄεσαν οἱ Καρχηδόνιοι, πλὴν ἕως ἀκροβολισμοῦ, διελόντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων εἰς δύο μέρη τὴν δύναμιν, τῷ μὲν ἑνὶ περὶ τὸ πρὸ τῆς πόλεως Ἀσκληπιεῖον ἔμενον· θατέρῳ δὲ κατεστρατοπέδευσαν ἐν τοῖς πρὸς Ἡράκλειαν κεκλιμένοις μέρεσι τῆς πόλεως. τὸ δὲ μεταξὺ τῆς στρατοπέδων ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους τῆς πόλεως ὠχυρώσαντο. καὶ τὴν μὲν ἀυτῶν τάφρον προεβάλοντο, χάριν τῆς πρὸς τοὺς ἐξιόντας ἐκ τῆς πόλεως ἀσφαλείας· τὴν δὲ ἐκτὸς αὐτῶν περιεβάλοντο, φυλακὴν ποιούμενοι τῆς ἔξωθεν ἐπιθέσεων, καὶ τῶν παρεισάγεσθαι καὶ παρεισπίπτειν εἰωθότων εἰς τὰς πολιορκουμένας πόλεις. τὰ δὲ μεταξὺ τῆς τάφρων καὶ τῶν στρατοπέδων διαστήματα φυλακαῖς διέλαβον, ὀχυροποιησάμενοι τοὺς εὐκαίρους τῶν τόπων ἐν διαστάσει. τὰ δὲ χορηγεῖα καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν οἱ μὲν ἄλλοι σύμμαχοι πάντες ἤθροιζον αὐτοῖς καὶ παρῆγον εἰς Ἔρβησσον· αὐτοὶ δὲ ἐκ ταύτης τῆς πόλεως, οὐ μακρὰν ὑπαρχούσης

χούσης, ἄγοντες καὶ φέροντες συνεχῶς τὰς ἀγορὰς, δαψιλῆ τ' ἀναγκαῖα σφίσι παρεσκεύαζον. * . * . Ὁ δὲ Ἄννων, συναγαγὼν τὰς παρασκευὰς καὶ δυνάμεις εἰς Ἡράκλειαν, πρῶτον μὲν πραξικοπήσας, κατέσχε τὴν τῶν Ἐρβησσέων πόλιν, καὶ παρείλετο τὰς ἀγορὰς καὶ τὴν τῶν ἀναγκαίων χορηγίαν τοῖς τῶν ὑπεναντίων στρατοπέδοις. Hoc eſt: *Romani Agrigentum ipſum cum univerſo exercitu impetu magno invadunt; octoque ab urbe ſtadia locatis caſtris, Carthaginienſeis mœnibus includunt.* Et poſteà: *Vbi jam Carthaginienſes non ulteriùs, quàm ad levem dimicationem, foras prodeunt; conſules, diviſo bifariam exercitu, cum unâ parte circa Aeſculapii fanum, ante urbem ſitum, conſidunt: alteram ei regioni urbis, quæ Heracleam ſpectat, objiciunt; caſtraque ibi ponunt. interjectum caſtris ſpatium ex utrâque urbis parte ſic muniunt, uti adversùs opidanorum eruptiones foſſâ ſe præcingant: tum autem aliam extrinſecus ducunt; vel ad externi hoſtis impreſſiones defendendas, vel ad illa prohibenda, quæ, ut fit in obſeſſis urbibus, furtim importarentur, aut ſi quis clanculum vellet ingredi. intervalla foſſas inter & ipſos exercitus præſidiis militum complectuntur; locis maximè opportunis per diſtincta ſpatia munitis. commeatum & reliquos adparatus cæteri ſocii, Erbeſſum ventitantes, eò convehebant: ipſi verò ex hoc opido, à caſtris haud longè diſſito, res venaleis continenter advehendo & adferendo, largam omnium ad uſum neceſſariorum copiam ſibi parabant.* Ac tandem: *Hanno igitur univerſo belli adparatu & copiis Heracleam contractis, ante omnia urbem Erbeſſum, proditorum operâ uſus, occupat: & caſtris hoſtium commeatum, ac quidquid ad neceſſarios uſus requiritur, adimit.* Sic & Legationum excerpta ex Diodori lib. XXIII eamdem hiſtoriam referunt: Ὁ δ' οὖν Ἄννων ἀναζεύξας μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐκ τοῦ Λιλυβαίου, παρῆλθεν εἰς τὴν Ἡράκλειαν. καθ' ὃν καιρὸν ἦλθόν τινες, ἀπαγγέλλοντες τὸν Ἐρβησσὸν παραδώσειν. Id eſt: *Hanno, cum omnibus copiis ex Lilybæo movens, Heracleam venit. ſub quod tempus adfuêre, qui Erbeſſi deditionem offerrent.* Sic lib. XX Erbeſſum Agrigentino agro conjungit, his verbis: Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον Ἀκραγαντῖνοι, θεωροῦντες τὴν ἐν Σικελίᾳ κατάστασιν εὐφυεστάτην οὖσαν πρὸς ἐπίθεσιν, ἠμφισβήτησαν τῆς κατὰ τὴν νῆσον ἡγεμονίας. Ἑλόμενοι μὲν οὖν στρατηγὸν Ξενόδοκον, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν δόντες δύναμιν, ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὸν πόλεμον. ὁ δὲ παραχρῆμα ἐπὶ τὴν Γέλαν ὁρμήσας, καὶ διά τινων ἰδιοξένων νυκτὸς εἰσαχθεὶς, ἐκυρίευσε τῆς πόλεως. Ἐλευθερωθέντες οὖν οἱ Γελῷοι, προθυμότατα πανδημεὶ συστρατεύοντες, ἠλευθέρουν τὰς πόλεις. Διαβοηθείσης δὲ τῆς τῶν Ἀκραγαντίνων ἐπιβολῆς κατὰ πᾶσαν τὴν νῆσον, ἐνέπεσεν ὁρμὴ ταῖς πόλεσι πρὸς τὴν ἐλευθερίαν. καὶ πρῶτοι μὲν Ἐνναῖοι πέμψαντες, τὴν πόλιν τοῖς Ἀκραγαντίνοις παρέδωκαν. οἱ δὲ ταύτην ἐλευθερώσαντες, παρῆλθον ἐπὶ τὴν Ἐρβησσὸν, φρουρᾶς ἐν αὐτῇ παραφυλαττούσης τὴν πόλιν. Hoc eſt: *Per id tempus, quum Agrigentini eum Siciliæ ſtatum eſſe cernerent, uti percommodè invadi poſſet; inſulæ principatum ſibi vendicare cæperunt. Xenodocum itaque ducem creant: eumque, idoneo exercitu inſtructum, ad bellum mittunt. Is extemplò Gelam profectus, quum ab hoſpitibus quibusdam privatis noctu intromiſſus eſſet, urbe potitur. Libertatem adepti Gelenſes, cum omni civium numero in ſocietatem militiæ transeunt; operamque ſuam ad liberandas civitates promtiſſimè conferunt. Hoc Agrigentinorum incepto per totam inſulam divulgato, ſubita libertatis cupido urbeis inceſſit. primique Ennenſes, miſſis legatis, urbem Agrigentinis dedunt. qui, hac in libertatem adſertâ, Erbeſſum, quæ à præſidio cuſtodiebatur, proficiſcuntur.* Ex illâ Polybii deſcriptione Erbeſſus urbs fuiſſe deprehenditur ſupra Agrigentum. Eſt hodiè apud lævam Halyci ſive Platani amnis ripam opidulum vulgari vocabulo *Le Grotte:* de quo ita tradit Fazellus, decad. I, lib. X: *Gruttis opidulum Herbeſus à Polybio lib. I nominatur. Nominis vetuſti rationem Græca etymologia ad ſpeluncas, quas Siculi Gruttas vernaculè hodiè vocant, non abſurdè refert. cuius & adpellationis & notationis duo in Siciliâ fuiſſe opida, veteres ſcribunt: quorum alterum ſuprà à nobis in Pantalicâ deprehenſum eſt.*

Sed ad Agrigentini agri mediterranea poſtquàm perventum, miranda quædam in iis, ab antiquiſſimis auctoribus adnotata, hoc loco indicaſſe, haud alienum fuerit. Dioſcorides, lib. I, cap. C; quod eſt περὶ Ἀσφάλτου, *de Bitumine:* Γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀκραγαντίνων χώραν τῆς Σικελίας, ὑγρὸν ἐπινηχόμενον ταῖς κρήναις, ᾧ χρῶνται εἰς τοὺς λύχνους ἀντὶ ἐλαίου, καλοῦντες αὐτὸ Σικελὸν ἔλαιον, πλανώμενοι· ἔστι γὰρ ἀσφάλτου ὑγρᾶς εἶδος. Id eſt: *Gignitur & in Agrigentino agro Siciliæ liquidum, fontibus innatans, quo ad lucernas utuntur, olei vice, Siculum id vocantes oleum per errorem; quum ſit liquidi bituminis ſpecies.* Plinius lib. XXXV, cap. XV: *Gignitur & pingue liquoriſque oleacei in Siciliâ Agragantino fonte inficiens rivum. Incolæ id harundinum paniculis colligunt, citiſſimè ſic adhæreſcens. Vtuntur eo ad lucernarum lumina olei vice: item ad ſcabiem jumentorum.* Doctiſſimus Dalecampius ex præſcripto Dioſcoridis loco ita corrigendum cenſuit; *Gignitur & pingue liquoriſque oleacei in Agragantino Siciliæ agro, fontibus innatans.* Porrò Solinus cap. XI:

FONS, *cui oleum innatat.*

In lacu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

In lacu Agrigentino oleum ſupernatat. hoc pingue hæret arundinum comis de adſiduo volutabro; è quarum capillamentis legitur ungventum medicum contrà armentarios morbus. Nec longè inde collis Vulcanius; in quo qui divinæ rei operantur, ligna vitea ſuper aras ſtruunt; nec ignis adponitur in hanc congeriem, quum proſicias intulerint. ſi adeſt deus ſacrorum probator; ſarmenta, licèt viridia, ignem ſponte concipiunt; &, nullo inflagrante halitu, ab ipſo numine fit incendium. ibi epulantibus adludit flamma; quæ, flexuoſis exceſſibus vagabunda, quem contigerit, non adurit: nec aliud eſt, quàm imago nuncia perfecti ritè voti. Ad hæc Fazellus, decad. I, lib. VI, cap. I, in deſcriptione Agrigentinæ urbis, ita: *Fons iſte ætate meâ in ſuprà dictis Angeli Strazani hortis exſtat. in quo oleum, quod genus eſt bituminis, ſupernatat: quo collecto, ad diverſa morborum genera curanda Agrigentini hodiè utuntur. At quoniam influebat olim hic fons cum cæteris vicinis piſcinam, cuius meminimus; Plinius & Solinus lacum ipſum adpellarunt.* Piſcinam hanc ſive λίμνην, id eſt, *lacum*, non in Agrigentino agro, ut de bitumine narrant Dioſcorides ac Plinius, ſed ἐκτὸς τῆς πόλεως, id eſt, *extra urbem* fuiſſe manu factum teſtatur Diodorus lib. XIII; cuius verba ſuprà, lib. I cap. XV citavimus. unde patet, hunc ſub ipſis fuiſſe urbis mœnibus; quod ipſe vult dicto loco Fazellus, in Angeli Strazani hortis. Plinius in præſcriptis verbis nullum memorat lacum; ſed *fontem*, ſive *fonteis*; ut Dioſcorides. Solinus an ritè ac verè lacum adpellaverit, etiamnum dubito. certè Athenæus & auctor libelli de Mirandis, qui vulgò Ariſtotelis nomini adſcribitur, diſertè cum Dioſcoride ac Plinio vocant κρήνην, id eſt, *fontem*; & in Carthaginienſium locant ditione, quæ Halyco ſive Platano amne ab Agrigentinorum agro ſubmovebatur; ut ſuprà, lib. I cap. XVII, oſtenſum. Athenæi verba lib. II hæc ſunt: Ἁλμώδεις δ' ἅμα τῷ ὄξει ἐν Σικανοῖς τῆς Σικελίας [κρῆναι.] ἐν τῇ Καρχηδονίων δὲ ἐπικρατείᾳ κρήνη ἐστὶν, ᾗ τὸ ἐφιστάμενον ἐλαίῳ ἐστὶν ὅμοιον, μελάντερον τὴν χρόαν· ὃ ἀποσφαιροῦντες χρῶνται πρὸς τὰ πρόβατα καὶ τὰ κτήνη. Id eſt: *Salſi acidique ſaporis in Sicanis, Siciliæ gente, fluunt fontes. In Carthaginienſium verò ditione fons eſt, in quo liquor innatans oleo eſt ſimilis, colore nigrior. quo excepto ad jumentorum oviumque ſcabiem utuntur.* Ariſtoteles, μετεωρολογικῶν lib. II, cap. III: Καὶ τὰ μὲν ὀξέα γίνεται [ὕδατα·] καθάπερ ἐν τῇ Σικανικῇ τῆς Σικελίας· ἐκεῖ γὰρ ὀξάλμη γίνεται, καὶ χρῶνται, καθάπερ ὄξει, πρὸς ἔνια τῶν ἐδεσμάτων αὐτῇ. Id eſt: *Et quædam aquæ aceſcunt; ſicuti in Siciliâ Sicanico agro. ibi namq; oxalme* [id eſt, liquor ſalſi acidique ſaporis] *gignitur; qua ut aceto in quibuſdam epularum generibus utuntur.* Strabo lib. VI: Περὶ Ἀκράγαντα δὲ λίμναι, τὴν μὲν γεῦσιν ἔχουσι θαλάττης, τὴν δὲ φύσιν διάφορον· οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀκολύμβοις βαπτίζεσθαι συμβαίνει, ξύλων τρόπον ἐπιπολάζουσιν. Id eſt: *Circa Agrigentum lacus ſunt guſto quidem marino; at naturâ planè diversâ. nam & natandi inſcii non ſubmerguntur; ſed lignorum in morem ſupernatant.* De hac re ſimulque de ſuprà dicto oleo ita Ariſtoteles in Mirandis: Φησὶν εἶναι ὁ Πολύκριτος, ὁ τὰ Σικελικὰ γεγραφὼς ἐν ἔπεσιν, ἔν τινι τόπῳ τῆς μεσογείου λιμνίον τι, ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον. τοῦτο δ' ἔχειν ὕδωρ διαυγὲς μὲν, μικρῷ δὲ θολερώτερον. εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῇ, λούσασθαι χρείαν ἔχων, αὔξεσθαι εἰς εὖρος· ἐὰν δὲ καὶ δεύτερος, μᾶλλον πλατύνεσθαι· τὸ δὲ πέρας ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γινόμενον διευρύνεσθαι. ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβῃ, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν, ἐκβάλλειν μετέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἔξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος· ὡς δ' αὖ τοῦτο γένηται, εἰς τὸ ἀρχαῖον πάλιν σχῆμα τοῦ περιμέτρου καθίστασθαι. οὐ μόνον δὲ ἐπὶ ἀνθρώπων τοῦτο περὶ αὐτὸ γίνεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἐάν τι τετράπουν εἰσβῇ, τὸ αὐτὸ πάσχειν. Ἐν δὲ τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων φασὶν ὄρος εἶναι, ὃ καλεῖται Γώνιον, παντοδαπῆς μὲν ὕλης γέμον, πολλοῖς δὲ διαπεποικιλμένον ἄνθεσιν· ὥστε τοὺς συνεχεῖς τόπους ἐπὶ πολὺ μεταλαμβάνοντας τῆς εὐωδίας αὐτοῦ, ἡδίστην τινὰ τοῖς ὁδοιποροῦσι προσβάλλειν τὴν ἀναπνοήν. πρὸς δὲ τοῦτον τὸν τόπον κρήνην ἐλαίου φασὶν εἶναι, τὴν δὲ ὀσμὴν ἔχειν τοῦ κέδρου τοῖς ἀποπρίσμασιν ὁμοίαν. δεῖν δέ φασι τὸν προσιόντα πρὸς αὐτὴν ἁγνεύειν· καὶ τούτου γινομένου, πλεῖον ἀναβλύζειν αὐτὴν τὸ ἔλαιον, ὥστε ἀσφαλῶς ἀρύεσθαι. φασὶ καὶ ταύτης τῆς κρήνης πλησίον εἶναί τινα πέτραν αὐτοφυᾶ, μεγάλην τῷ μεγέθει. ταύτην οὖν λέγουσιν, ἐπειδὰν μὲν ᾖ θέρος, φλόγα ἀναρριπτεῖν πυρός· χειμῶνος δὲ γινομένου, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου κρουνὸν ὕδατος ἀναρραίνειν, οὕτω ψυχροῦ, ὥστε χιόνι συμβαλλόμενον μηδὲν διαφέρειν. καὶ τοῦτό φασιν οὐκ ἀπόκρυφον οὐδὲ μικρὸν χρόνον φαίνεσθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν πῦρ ἀνιέναι τὴν θερείαν ὅλην, τὸ δὲ ὕδωρ πάντα τὸν χειμῶνα. Hoc eſt: *Polycritus, qui res Siculas carminibus compoſuit, loco mediterraneo ſtagnum eſſe ait, ambitu ſuo ſcutum nihil excedens; aquâ perlucidâ quidem, ſed paullo turbulentiore. in quem ſi quis lavandi gratiâ deſcendat, in latum extendi. quòd ſi & alter ingrediatur, amplius dilatari; adeò, ut amplificatum ſpatium quinquaginta etiam viros capiat. verùm ad eam jam menſuram diffuſum, ex imo intumeſcere; corporaque lavantium, in ſublime rapta, foras in humum proſternere; ac mox ad priſtinæ anguſtiæ ſpatium contrahi.*

VVLCANIVS mons.

atque

atque id non ſolùm humanis corporibus, ſed quadrupedibus etiam ingreſſis uſuvenire perhibent. In Carthaginienſium verò ditione ferunt montem Gonium nomine cum omnigenâ rerum materiâ, tum in primis variegatis floribus refertum eſſe: unde vicina loca longo tractu ſvaveolentiam participantia, viatoribus reſpirationem gratiſſimam reddant. Iuxta autem eſſe fontem oleo fluentem, odore cedri guttis non abſimili. verùm qui eò accedere velit, luſtratione priùs purum atque impollutum reddi oportere. quo facto, adeò copioſè ſcaturire oleum, ut ampliter inde hauriri queat. Iuxta autem hunc fontem ſaxum aiunt eſſe nativum juſtâ magnitudine; ex quo tempeſtate æſtivâ ignis flamma prodeat; hieme verò aquæ vorago effundatur adeò frigidæ, uti cum nivibus collata nihil eis cedat. Atque hoc quidem non occultè neque exiguum ad tempus fieri: ſed ignem per omnem æſtatem inde exire; aquam verò totâ hieme. Eumdem eſſe fontem, quem Athenæus citat, patet ex eo, quòd uterque ἐν τῇ τῶν Καρχηδονίων ἐπικρατείᾳ, id eſt, *in Carthaginienſium ditione* eum locat: à qua Ariſtoteles τὸ λίμνιον, id eſt, *exiguum* illum *lacum* excludit, quem Strabo περὶ Ἀκράγαντα, *circa Agrigentum* refert. qui tamen hodiè nullus agnoſcitur. ut nec ὀξάλμη illa Ariſtotelis atque Athenæi. Quapropter omnino ego opiner, fontem, cui innataſſe oleum ſcribunt auctores iſti antiqui, eſſe eum, de quo ita Fazellus ſcribit, decad. I, lib. X: *Non procul à Bivonâ eſt fons oleo ſcatens; à quo nomen habet. Mons excelſus Bivonæ ſupereminet, à roſis adpellatus, herbis ſuis præcipuam eamque ingenitam virtutem præſtans: quas herbilegi, undique confluentes adfatim, vel brutorum ſaluti vel hominum valetudini accommodas decerpunt ac colligunt.* Nempe hoc eſt illud trans Halycum amnem ἐν τῇ Καρχηδονίων ἐπικρατείᾳ Γώνιον καλούμενον ὄρος, id eſt, *in Carthaginienſium ditione* GONIVS MONS; quem Ariſtoteles deſcribit. Propè autem, apud eumdem fontem, cuius oleo hodiéque utuntur ad ovium jumentorumque ſcabiem, fuit & VVLCANIVS, ille COLLIS, ſive πέτρα αὐτοφυής, *ſaxum nativum*, eidem Ariſtoteli ac Solino memoratum. quod & ipſum quia priſcam naturam non ampliùs ſervat, & ob id ignoratur, Fazellus id extra Agrigentinæ urbis mœnia collocavit; eo ſcilicet ſitu, ubi nunc templum eſt, divæ Mariæ à Monte ſerrato dicatum.

GONIVS *mons.*

Porrò aliud notatu dignum referunt Plinius atque Solinus in ſale Agrigentini agri. Plinius lib. XXXI, cap. VII: *Agrigentinus ſal, ignium patiens, ex aquâ exſilit.* Solinus, dicto cap. XI: *Salem Agrigentinum ſi igni junxeris, diſſolvitur uſtione: cui ſi liquor aquæ proximaverit, crepitat veluti torreatur.* Hodiéque ſecturæ huius ſalis exſtant in agro Borangio, VIII millia paſſuum ab urbe Agrigentinâ versùs ſeptemtriones diſſito.

SAL *Agrigentinus.*

Idem Solinus eodem loco: *Idem ager Agrigentinus eructat limoſas ſcaturigines; &, ut venæ fontium ſufficiunt rivis ſubminiſtrandis, ita in hac Siciliæ parte, ſolo numquàm deficiente, æternâ rejectatione terram terra evomit.* De hac re ita Fazellus decad. I, lib. I, cap. V: *Non longè ab Agrigento ager eſt, à Mayharuca Saracenico adhuc nomine clarus; qui adſiduâ rejectatione è diverſis aquæ venis terram evomit cinerulentam. ubi certis annis incredibilis propè limoſæ ſcaturiginis moles ex ſoli viſceribus, remugientibus ſimul agris, ad ſuperna effunditur.* Et decad. I, lib. VI, cap. I: *Ager abeſt ab Agrigento ad aquilonem IIII paſſuum millibus, cui Mayharuca Saracenicè hodiè eſt nomen, culturæ minimè idoneus. eius etenim facies, quæ vix* IↃ *ambitu paſſus habet, tota propè cinerulenta eſt. heic enim limoſas ſcaturigines, utpote aquam cineri permixtam, ex pluribus faucibus perpetuâ evomit rejectatione, ſolo numquàm deficiente; ut Solinus etiam prodidit. Id autem admiratione digniſſimum eſt, quod Solinum latuit, & nos uſu evenire didicimus: ſingulis ferè luſtris locus iſte furit. &, cæli tempeſtate ſubortâ, præmiſſoque fragore maximo ac denſo nimbo, tanta huiuſcemodi luti cinerumque moles exinde effluit, ut telluris ſolum ad* VI *fermè cubitorum altitudinem excreſcat. Orificio ſi lineam etiam magni ponderis infigas; quod non niſi magnâ vi ob oris anguſtiam fieri poteſt: à vento ſubterraneo excuſſa extrà ſtatim proſilit.*

SCATVRIGINES *terram evomentes.*

Cæterùm Lycophron, in Alexandrâ, de Menelao, varias Orbis terrarum parteis poſt excidium Troiæ oberrante, ita canit:

CONCHEVS *lacus.*

Ἥξει δὲ ταύρου γυμνάδας κατοξένους
Πάλης κονίστρας, ὅν τε Κωλῶτις τεκνοῖ
Ἀλευτία, κρείσσω Λογγούρου μυχῶν,
Ἅρπης Κρόνου πήδημα, Κογχείας θ' ὕδωρ
Κάμψας, Γονοῦσάν τ' ἠδὲ Σικανῶν πλάκας.

Hoc eſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Hoc eſt:

Adibit deinde tauri gymnaſticas inhoſpitas
Luctæ palæſtras; quem Colôtis genuit
Alentia, regina ſinuum Longuri:
Falcis Saturniæ ſaltum, & aquam Conchéæ
Ambiens, Gonuſamque, & arva Sicanorum.

Ad hæc ita ſcholiaſtes poëtæ Iſacius Tzetzes: Παραγενήσεται δὲ ὁ Μενέλαος καὶ περὶ τὴν Σικελίαν, ὅπου αἱ παλαῖστραι τοῦ Ἔρυκος τοῦ ξενοκτόνου, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Ποσειδῶνος· ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ τόπος Ἔρυξ ἐκλήθη. Κωλῶτις, ἡ Ἀφροδίτη. Ἅρπη, ἤτοι δρέπανον καὶ ἡ Φαιακία Κέρκυρα καὶ ἡ Σικελία λέγεται· ἡ μὲν Σικελία, ὅτι ἐκεῖ ἦν τὸ δρέπανον, μεθ᾽ οὗ τὸν Οὐρανὸν ὁ Κρόνος ἐξέτεμε. Γονοῦσα, ἔστι μὲν ἡ πόλις Θετταλική, νῦν δὲ λίμνη Σικελίας, ἐν ᾗ ἐπλανήθη ὁ Μενέλαος. Hoc eſt: *Adveniet etiam in Siciliam Menelaus: ubi palæſtræ ſunt Erycis, hoſpitum interfectoris, Veneris ac Neptuni filii: à quo locus etiam dictus eſt Eryx. Colôtis eſt Venus. Harpe, ſive Drepanum* [id eſt, *falx,*] *cùm Phæacia Corcyra, tùm Sicilia dicitur. ac Sicilia quidem, quia iſtic erat falx, qua Cœlum exſecuit Saturnus. Gonuſa quidem aliàs urbs eſt Theſſalica; ſed heic ſtagnum denotat Siciliæ, in qua oberravit Menelaus.* Omnem inſulam anteà vocatam fuiſſe à Sicanis incolis Sicaniam, ſuprà lib. I, cap. II, ex plurimis demonſtratum eſt auctoribus antiquis. poſteaquàm verò Siculi, ex Italiâ in hanc Sicaniam tranſgreſſi, Sicanos in occidentalem inſulæ partem compulerunt, inſulæque univerſæ de ſuo nomine vocabulum Siciliæ impoſuerunt; Sicanorum fineis extra duos Himeras amneis, quorum alter hodiè ab meridie *Salſi*, alter ab ſeptemtrionibus *Términi* vocatur, conſtitiſſe, eod. lib. I, cap. XVII, docuimus. In hac igitur Sicaniâ poſteriore fuêre loca iſta à Lycophrone memorata; *Eryx mons, Drepanus portus, Longurus ſinus, Gonuſa ſtagnum, & Conchéæ aqua.* quorum ſingula quo ſitu fuerint, partim lib. I cap. XVIII. partim lib. II, cap. II expoſuimus; præter τὸ Κογχέας ὕδωρ, *Conchéæ aquam*; quam hactenus neque veterum neque recentium ſcriptorum quiſquam indicavit: eóque diſpectu longè difficillima eſt. Verùm dubium eſſe nequit, quin fuerit ſive fons ſive ſtagnum in primis Siciliæ celebre. unde etiam fama eius ad Lycophronem Chalcidenſem pervenit tam nobilis, uti id poëmatio ſuo, hiſtoriarum varietate maximè admirando, inſeri dignum judicaverit. Quapropter minimè ego dubitaverim, quin ΚΟΓΧΕΙΑ ΛΙΜΝΗ, id eſt, CONCHEVM STAGNVM ſit id, quod Fazellus decad. I, lib. VI, cap. I deſcribit in hunc modum: *Ager eſt Agrigenti, paſſuum millia* VIII *ab urbe ad aquilonem recedens, Aborangius adpellatus; in quo ſalis eſt minera, naturam à cæteris diſcrepantem habens. ſi enim igni jungitur, calore ſolvitur; ſi aquæ, dureſcit, crepitatque. Non longè ab hoc agro, inter Agrigentum & Bivonam, lacus eſt ſulphureus, Biſſana vulgò dictus, centum fermè paſſus habens in ambitu, immenſus. in quo crateres ſunt duo, viciſſim ad trium cubitorum altitudinem aquas perpetuò emittentes.* Hic lacus, haud dubium eſt, quin magnæ olim fuerit admirationis juxtà ac religionis famæque apud exteras genteis: quemadmodùm *Palicorum lacus* in eâdem hac inſulâ, & in Italiâ *Amſancti lacus* in Hirpinis, & *Vadimonis* in Etruriâ: ideóque inter omnia alia Sicanorum nobilia loca adnotatu digniſſimus. Cæterò apud Solinum cap. XI hæc leguntur: *Stagnum Petrenſium ſerpentibus noxium eſt, homini ſalutare.* Apud Petrinorum Petram, quæ vulgò nunc dicitur *Petraglia*, nullum hodiè reperiri ſtagnum, jam anteà dixi. itaque ſuſpicari licuerit, hoc *Conchéum ſtagnum* idem illud eſſe *Petrenſium*; ab aliâ ſcilicet urbe *Petrâ*, haud procul ſitâ, cognominatum. eſt quidpe hodiè *Petra arx* eodem tractu, tribus paſſuum millibus à Bivonâ diſſita. certi tamen in re tam ambiguâ nihil temerè adfirmaverim.

MOTYVM *caſtellum.*

Cæterùm in Agrigentino agro fuit τὸ Μότυον φρούριον, MOTYVM *caſtellum*: cuius Diodorus meminit lib. XI. Ἐπ᾽ ἄρχοντος, inquit, Ἀθήνησιν Ἀντιδότου, Δουκέτιος, ὁ τῶν Σικελῶν ἔχων τὴν ἡγεμονίαν, Αἴτνην μὲν κατελάβετο, τὸν ἡγεμόνα αὐτῆς δολοφονήσας· εἰς δὲ τὴν Ἀκραγαντίνων χώραν ἀναζεύξας μετὰ δυνάμεως, Μότυον, φρουρούμενον ὑπὸ τῶν Ἀκραγαντίνων, ἐπολιόρκησε. * . * . *. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Ἀκραγαντῖνοι τὸ Μότυον φρούριον, κατεχόμενον ὑπὸ τῶν μετὰ Δουκετίου Σικελῶν, ἐξεπολιόρκησαν. Id eſt: *Athenis ſummum gerente magiſtratum Antidoto, Ducetius, Siculorum dux, Aetnam occupavit, per dolum principe eius interfecto. ductiſque hinc in Agrigentinorum agrum copiis, Motyum, Agrigentinorum præſidio cuſtoditum, oppugnare adoritur.* Et poſteà: *Dum hæc ita geruntur, Agrigentini*

Motyum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Motyum caſtellum, quod à Ducetiano tenebatur præſidio, expugnant. At quo ſitu id fuerit, planè non liquet.

ANCYRAE *opidum.*

Cæterò opidum collocatur Ptolemæo inter Heracleam & Agrigentum ſive inter hoc & Hypſæ oſtium, nomine, ut vulgata habent exemplaria, Ἄγκρινα, *Ancrina.* Verùm falsò Ptolemæum Hypſæ feciſſe oſtium, quod erat Acragantis fluvii, ſuprà lib. I, cap. XV, oſtenſum. Quum verò ad ipſum Hypſæ Acragantisque confluentem ſitum fuerit Agrigentum, opidum haud longè à mari remotum, cuius navale fuit ad oſtium Acragantis; nulla ſanè alia urbs heic intercedere potuit. Fazellus, decad. I lib. X ita narrat: *Heraclea jacens in litore urbs ſuccedit. Intus poſteà ad paſſuum millia* VII *in monte edito, inter Pecurarum & Platanellam, magna urbs proſtrata cernitur. & paullo ſuperiùs in colle undique præciſo, quem Lycus amnis ſuâ dextrâ alluit, cuique mons Platanellæ eſt nomen, alterius urbis dirutæ, ambitus paſſuum mille, & unico acceſſu adeundæ, miræ viſuntur ruinæ.* Heracleam ſitam fuiſſe ad oſtium Halyci amnis, cuius vocabulum apud Diodorum lib. XVI, & Heraclidem in libello de Rebuspublicis, item apud Plutarchum in Timoleonte corruptum legitur Λύκος, *Lycus*; vulgò autem hodiè vocatur *Plátani*; ſuprà lib. I, cap. XVII demonſtratum eſt. Ex illâ igitur Ptolemæi poſitione circa Agrigentum & Heracleam ego primas illas ruinas, ſupra Heracleam VII millia paſſuum ſitas, eſſe conjecerim reliquias opidi, quod apud Ptolemæum legitur Ἄγκρινα, nomine haud dubiè corrupto ab genuino Ἀγκύρινα, ANCYRINA. quod eodem modo deductum eſt à primitivo eiusdem nomine Ἀγκύραι, ANCYRAE, ut Ἀγύριον quoque & Τίσσα, & Μέναι, & Μοργαντία, urbes, dictæ fuêre Ἀγύρινα, Τίσσινα, Μένινα, & Μοργάντινα: de quibus ſuprà ſuo loco actum eſt. Refert autem opidum *Ancyras* Diodorus lib. XIIII, his verbis: Διονύσιος δὲ μετὰ τῶν ἀρχιτεκτόνων κατασκεψάμενος τοὺς τόπους, ἤρξατο χώματα κατασκευάζειν ἐπὶ τὴν Μοτύην. * . μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ μὲν τῶν ἔργων κατέλιπεν ἐπιστάτην Λεπτίνην τὸν ναύαρχον, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς πεζῆς στρατιᾶς ὥρμησεν ἐπὶ τὰς τοῖς Καρχηδονίοις συμμαχούσας πόλεις. Σικανοὶ μὲν πάντες, εὐλαβούμενοι τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως, προσεχώρησαν τοῖς Συρακουσίοις· τῶν δ᾽ ἄλλων πόλεων πέντε μόνον διέμειναν τῇ πρὸς Καρχηδονίους φιλίᾳ· αὗται δ᾽ ἦσαν Ἀγκύραι, Σολοῦς, Αἴγεστα, Πάνορμος, Ἔντελλα. τὴν μὲν οὖν τῶν Σολουντίνων καὶ Πανορμιτῶν, πρὸς δὲ τούτοις Ἀγκυραίων χώραν ὁ Διονύσιος ἐλεηλάτησε καὶ ἐδενδροτόμησε· τὴν δὲ τῶν Αἰγεσταίων καὶ Ἐντελλάνων πολλῇ δυνάμει περιστρατοπεδεύσας, συνεχεῖς ἐποιεῖτο προσβολάς, σπεύδων αὐτῶν μετὰ βίας κυριεῦσαι. Id eſt: *Dionyſius cum architectis ſitum locorum contemplatus, aggeres ad Motyam ducere cœpit. Poſt hæc Leptinæ, claſſis prætori, curâ obſidionis demandatâ, ipſe cum pedeſtri exercitu ſocias Carthaginienſium urbeis invadit. Ac Sicani quidem ſtatim omnes, magnitudine copiarum territati, Syracuſanis ſeſe adplicarunt: ex reliquis autem opidis tantùm quinque in fide Carthaginienſium perſtiterunt; ſcilicet, Ancyræ, Solûs, Aegeſta, Panormus, Entella. Soluntinorum igitur Panormitanorumque & Ancyræorum terras diripuit, excidioque arborum mulctavit: at Aegeſtanorum urbem Entellanorumque cum exercitu circumſeſſas, adſiduis conatibus oppugnavit; ſummâ vi ſubigere illos connitens.* Circa Sicanorum fineis fuiſſe Ancyras, ſatis disertè ex hisce verbis patet. Ergo ab vocabulo Ἀγκύραι opidani Græcis dicebantur Ἀγκυραῖοι, *Ancyræi*; qui Latino ore formabuntur ANCYRENSES; vel ANCYRANI; ut opidani dicuntur Stephano ab *Ancyra*, Aſiaticâ urbe. Idem opidum an etiam Ἀγκύριον, *Ancyrium*, dictum fuerit, (quo nomine Italiæ urbem citat Stephani epitomator,) unde opidani facti ſint Ἀγκυρῖνοι, *Ancyrini*, & ipſum opidum poſteà Ἀγκύρινα, *Ancyrina:* equidem neſcio. apud Ciceronem certè, in Verrinâ III, ſunt *Acherini*, nulli alii ſcriptori memorati populi. Verba illic leguntur iſta: *Tyndaritanam civitatem, Cephaleditanam, Halentinam, Apollonienſem, Eggynam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum, intelligetis: Murgentinis, Aſſorinis, Elorinis, Ennenſibus, Letinis, nihil omnino relictum: Citharinos, Acherinos, parvarum civitatum homines, omnino abjectos eſſe ac perditos.* Heic quia *Cephaleditanam, Halentinam, Eggynam, Letinis, Citharinos*, vocabula ſunt corrupta ab genuinis *Cephalæditanam, Haluntinam, Enguinam, Ietinis, Cetarinis*; idem de poſtremâ iſtâ voce incognitâ *Acherinos* ſuſpicari licet. quæ ſi *Ancyrinos* eſſe nequeat, certè Cicero ſcripſit *Cetarinos ac Scherinos*. nam Ptolemæo opidum in occidentali inſulæ parte eſt Σχῆρα, *Schera*; & Plinio lib. III, cap. VIII opidani *Scherini*.

COTYRGA *opidum.*

Cæterùm alteræ illæ ruinæ, ad dextram Platani ripam ſitæ, an reliquiæ ſint opidi, quod hoc terrarum tractu locat Ptolemæus, nomine Κότυργα, COTYRGA, haud facilè dixerim. quamquàm duo opida tam vicina inter ſe fuiſſe, minimè veri eſt ſimile.

CAP. XII.

Triocala & Scirthæa, opida. Adrano vicus. Opida, Macella, Elcethium, Legum. Entella & Halicyæ, urbes. Ietæ, Schera, & Longaricum, opida. Ad Olivam & Pirina, loca incertæ condicionis. Opida, Morgyna, Paropus, Ameſtratus ſive Mutiſtratum, Nomæ, Apollonia, Noæ, Abacænum. Myconius mons.

TRIOCALA *opidum.*

ISburus eſt fluvius Ptolemæo; quem vulgari nunc adpellatione *Fiume di Calta bellotta* dici adcolis, ſuprà lib. I, cap. XVIII, oſtendimus. Ab huius oſtio in ſeptemtriones versùs *opidum* eidem auctori ponitur in mediterraneo, cuius vocabulum in vulgatis exemplaribus vitiatum legitur τρίοκλα, *Triocla*, pro τριόκαλα, TRIOCALA; ut eſt apud Diodorum & Silium. Huius verba lib. XIIII, hæc ſunt:

Et mox ſervili vaſtata Triocala bello.

Vnde *opidani* ſunt Plinio, lib. III, cap. VIII, TRIOCALINI. Nomen id traxit opidum ἀπὸ τριῶν τῶν καλῶν, id eſt, *à tribus pulcris*; teſte Diodoro; cuius verba mox producemus. Apud Stephani epitomatorem, ſine ο dicitur τρίκαλα, TRICALA: & etiam ſingulari numero τρίκαλον, TRICALVM. unde Ciceroni & eidem epitomatori *opidani* dicuntur τρικαλῖνοι, TRICALINI. Dictus epitomator: τρίκαλον καὶ τρίκαλα, οὐδετέρως, πόλις Σικελίας· Φίλιστος. τὸ ἐθνικὸν, Τρικαλῖνος, καὶ Τρικαλίνη θηλυκῶς. Hoc eſt: *Tricalum & Tricala, neutro genere, urbs Siciliæ; auctore Philiſto. Gentilitium inde Tricalinus; & Tricalina feminino genere.* Cicero, in Verrem actione V: *In Tricalino (quem locum fugitivi jam antè tenuerunt) Leonidæ cuiusdam Siculi familia in ſuſpicionem vocata eſt conjurationis. Res delata ad iſtum. ſtatim, ut par fuit, juſſu eius homines, qui nominati erant, comprehenſi ſunt, adductique Lilybæum.* Bellum id ſervile, quo Tricala vaſtata fuêre, deſcripſit Diodorus lib. XXXVI; referentibus Legationum excerptis. unde loci deſcriptionem adduxiſſe, ſufficiet. Verba ibi leguntur iſta: τριόκαλα δὲ τὸ φρούριον φασὶν ὠνομάσθαι, διὰ τὸ τρία καλὰ ἔχειν. πρῶτον μὲν ναματιαίων ὑδάτων πλῆθος, διαφόρων τῇ γλυκύτητι· δεύτερον, παρακειμένην χώραν ἀμπελόφυτόν τε καὶ ἐλαιόφυτον, καὶ γεωργεῖσθαι δυναμένην θαυμαστῶς· τρίτον, ὑπερβάλλουσαν ὀχυρότητα, ὡς ἂν οὔσης μεγάλης πέτρας ἀναλώτου· ἣν καὶ περιβόλῳ πόλεως σταδίων ὀκτὼ περιβαλὼν, καὶ ταφρεύσας βαθείᾳ τάφρῳ, βασιλείοις ἐχρῆτο ὁ Τρύφων, πάσῃ ἀφθονίᾳ τῶν κατὰ τὸν βίον ἅπαντα πεπληρωμένην. κατεσκεύασε δὲ καὶ βασιλικὴν οἰκίαν, καὶ ἀγορὰν δυναμένην δέχεσθαι πλῆθος ἀνθρώπων. Id eſt: *Caſtellum autem inde nomen Tricala habere aiunt, quòd in ſe* τρία καλὰ, id eſt, *tria pulcra, contineat. primùm enim aquis fontanis eximiæ dulcedinis abundat. dein agros habet adjacenteis vinetorum olivetorumque plantationi ac frugum culturæ mirum in modum idoneos. tertiò locus tam firmus eſt, uti nihil ſuprà: utpote magnâ rupe atque inexpugnabili à naturâ instructus. quam cum ambitu urbis,* VIII *ſtadia complexo, cinxiſſet, & foſſam profundæ altitudinis circumduxiſſet; pro regiâ illam habuit, ubertate omnium commodorum, quæ ad vitæ uſum pertinent, refertam. regale etiam palatium ibi conſtruxit, cum foro, quod numeroſæ hominum turbæ capax foret.* Non ipſum tandem Salvium, ſive Tryphonem, fugitivorum ducem, opidum *Triocala* condidiſſe; ſed jam antè conditum amplificaſſe; patet ex eo, quòd jam inde Philiſtus, Dionyſii ſenioris æqualis, eius meminit; teſte Stephano. Cæterùm Fazellus, decad. I, lib. X ita ſcribit: *Villa franca opidulum, ab Antonio Agliatâ anno Salutis* CIↃCCCCXVIIII *conditum, vino nobile eſt. cui ad occidentem montes excelſi ac ardui ad* III *paſſuum millia inſurgunt: ad quorum verticem Caltabellotta ſupereminet opidum: & paullo inferiùs ad paſſus mille, ad angulum eiusdem montis meridionalem, in loco, ubi hodiè ædis eſt divæ Mariæ à Monte virgineo, Triocala vetuſta*

olim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

olim urbs ſita erat, initio belli ſervilis clara. Exſtincto bello ſervili, à Romanis funditus eſt deleta: ſed rurſus poſteà habitata. Inſignis eſt reddita victoriâ, quam Rogerius Normannus, Siciliæ comes, contra Saracenos in eo loco adeptus eſt. In cuius memoriam ibidem divo Georgio, ſuo tutelari, duplici columnarum ordine ædem ſacram, à Triocalâ cognominatam, quæ adhuc exſtat, magnificè ſtruxit. Vrbs verò ipſa prorſus jacet; veſtigiis tantùm ingentibus obrutis, & nomine, cognita.

Porrò circa Triocala Diodoro in eâdem belli ſervilis hiſtoriâ *opidum* memoratur nomine Σκιρθαία, SCIRTHAEA. Verba in dictis Legationum excerptis hæc ſunt: Ὁ δὲ Τρύφων ἀπολύσας Ἀθηνίωνα τῆς αἰτίας, ἐβουλεύετο περὶ τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου. καὶ τῷ μὲν ἤρεσκεν ἐν τοῖς Τριοκάλοις ἀγωνίζεσθαι· Ἀθηνίων δὲ συνεβούλευε μὴ συγκλείειν ἑαυτοὺς εἰς πολιορκίας, ἀλλ' ἐν ὑπαίθρῳ διαγωνίζεσθαι. Κρατησάσης δὲ ταύτης τῆς βουλῆς, κατεστρατοπέδευσαν πλησίον Σκιρθαίας, ὄντες οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισμυρίων. ἀπεῖχε δ' αὐτῶν ἡ Ῥωμαίων παρεμβολὴ στάδια ιβ'. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐγίνοντο συνεχεῖς ἀκροβολισμοί· εἶτα παραταξαμένων ἑκατέρων, καὶ τῆς μάχης ὧδε κἀκεῖσε ῥεπούσης, καὶ πολλῶν ἑκατέρωθεν πιπτόντων, ὁ μὲν Ἀθηνίων, ἔχων συναγωνιζομένους διακοσίους ἱππεῖς ἐπιλέκτους, πάντα τὸν περὶ αὐτὸν τόπον νεκρῶν ἐπλήρωσεν. τρωθεὶς δ' εἰς ἀμφότερα τὰ γόνατα, ἄχρηστος ἐγένετο πρὸς τὴν μάχην. ἐξ οὗ οἱ δραπέται, ταῖς ψυχαῖς πεσόντες, πρὸς φυγὴν ἐτράπησαν. ὁ γὰρ Ἀθηνίων ὡς νεκρὸς ὢν ἔλαθε· καὶ προσποιηθεὶς τετελευτηκέναι, τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης διεσώθη. ἐπεκράτησαν γὰρ λαμπρῶς οἱ Ῥωμαῖοι, φυγόντων καὶ τῶν μετὰ Τρύφωνος καὶ αὐτοῦ ἐκείνου. καὶ πολλῶν κατὰ τὴν φυγὴν κοπέντων, τέλος οὐκ ἐλάττους τῶν δισμυρίων ἀνῃρέθησαν. οἱ δὲ λοιποί, τῆς νυκτὸς συνεργούσης, διέφυγον εἰς τὰ Τριόκαλα. Hoc eſt: *Tryphon Athenionem, à culpâ exemtum, in conſilium de bello adversùs Romanos gerendo adhibebat. Et ipſi quidem in Triocalis ſubſiſtendum atque inde hoſtem repugnandum eſſe placebat. ſed Athenionis conſilium erat, ne ſe per obſidionem includi paterentur: ſed in libero campo armis cum hoſte diſceptarent. Quæ ſententia, ut potior, quum vinceret; prope Scirthæam caſtra metantur,* XL *millibus haud pauciores. Romanorum inde caſtra* XII *ſtadia*, id eſt, paſſus CIↃIↃ, *aberant. Primùm igitur velitaribus inter ſe pugnis adſiduè confligebant. deinde inſtructâ acie congreſſi, quum pugnæ momenta huc illuc nutarent, ac multi utrimque caderent; Athenio* CC *equitum, qui lectiſſimi erant, turmâ ſtipatus, omnem circùm ſe locum ſtrage hoſtium opplevit. ſed quum, utrumque genu ſaucius, pugnæ utilis eſſe ampliùs nequiret; fugitivi, animis fracti, in fugam ſe conjecêre: Athenio verò, haud ſecus ac ſi exſtinctus eſſet, latitavit. &, morte ad tempus ſimulatâ, ubi nox ingruerat, ſaluti fugâ conſuluit. Victoriam itaque inſignem adepti Romani; Tryphone etiam ipſo cum ſuis ad fugiendum compulſo, ac multis in fugâ cæſis. tandem non pauciores* XX *millibus interemtos eſſe, compertum eſt. Reliqui, adjuvante nocte, Triocala refugêre.* Eſt hodiè, haud ita procul à ſuprà dictis Triocalorum ruinis versùs ſeptemtriones, opidum deſertum, vulgari vocabulo *Acriſtía*: quod & vicinitate & nominis quadam ſimilitudine videtur eſſe antiqua illa *Scirthæa*. SCIRTHAEA *opidum.*

Eodem terrarum tractu opidulum eſt; vulgari nunc vocabulo *Adragno* dictum. is locus idem haud dubiè eſt, qui olim dicebatur ὁ Ἀδράνων κώμη, ADRANO *vicus*: de quo ita Legationum excerpta è Diodori lib. XXIII: Ἀδράνωνα κώμην καὶ Μάκελλαν πολλὰς ἡμέρας πολιορκήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι ἀπῆλθον ἄπρακτοι. Αἰγεσταῖοι, πρῶτον κρατούμενοι ὑπὸ Καρχηδονίων, εἰς Ῥωμαίους ἀπέκλιναν· παραπλήσιον δὲ καὶ Ἁλικυαῖοι ἐποίησαν. Id eſt: *Adronem vicum & Macellam per multos dies quum oppugnaſſent Romani, re infectâ abivêre. Aegeſtani, primùm Carthaginienſium imperio ſubjecti, ad Romanos inclinarunt. idemque & Halicyenſes fecêre.* ADRANO *vicus.*

Μάκελλα πόλις, MACELLA *opidum*, etiam Polybio memoratur, lib. I. Προσχόντες μὲν οὖν, inquit, οἱ Ῥωμαῖοι τῇ Σικελίᾳ, τήν τε Αἰγεστέων ἔλυσαν πολιορκίαν, ἐσχάτως αὐτῶν ἤδη διακειμένων, κατά τε τὴν ἐκ τῆς Αἰγέστης ἀναχώρησιν Μάκελλαν πόλιν κατὰ κράτος εἷλον. Id eſt: *Romani, exſcenſione in Siciliam factâ, Aegeſtenſeis, ad ultima jam redactos, obſidione liberant. & ab Aegeſtâ regredientes, Macellam opidum vi expugnant.* Ad Himerenſeis Thermas versùs profectos ibique caſtra metatos eſſe, exiguò pòſt oſtendit. In eo igitur itinere inter Aegeſtam & Thermas fuit opidum *Macella*. Vulgare quidem iter inter eas urbeis agebatur per Panormum. at quia tum illic hibernabant, ut ibidem narrat Polybius, Carthaginienſes; per remotiora inde versùs meridiem loca iter Romanos egiſſe, certum eſt. Fazellus, decad. 1 lib. x, poſt Corilionis opidi deſcriptionem, ita tradit: *Deinde ad aquilonem paſſuum millia* VI *mons eſt totâ hac regione notiſſimus & ingens, Buſamar Saracenicè adpellatus: ad cuius verticem Saracenorum olim erat opidum Calata Buſamar nominatum; hodiè jacens: cuius etiam nunc cernuntur veſtigia.* MACELLA *opidum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Hæc ſanè prædicti remotioris itineris ſunt tractu. unde ſuſpicio, licèt levis, fuiſſe heic quondam antiquum illud opidum *Macellam*; quod Saraceni poſteà occupantes mutato nomine dixerint *Calta Buſamar*. Munitiſſimum fuiſſe locum Macellam, cùm ex dictâ Polybii hiſtoriâ, tùm ex inſcriptione patet columnæ roſtratæ, quæ, C. Duillio olim poſita, etiamnunc Romæ in Capitolio viſitur. in qua eiusdem hiſtoriæ, marmori inciſæ, ingens adhuc fragmentum exſtat. unde pauca quædam, quæ huc ſpectant, uti coram reperi, huc adponam:

. . . . A N O . . . .
. . . . D. E X E M E T. L E C I O N E S . . . .
. . . . X I M O S Q V E. M A C I S T R A T O S . . . .
. . Ↄ V E M. C A S T R E I S. E X F O C I O N T. M A C E L . . . .
. . V C N A N D O D. C E P E T. E N Q V E. E O D E M. M A C . . . . . .
. . E M. N A V E B O S. M A R I D. C O N S O L. P R I M O S . . . . . .

Quæ magnus Lipſius ad hiſtoriam è Polybio, Cicerone, Zonarâ, & aliis ita concinnare doctiſſimè conatus eſt:

SEGESTANOS. SOCIOS. ET. COGNATOS. POPLI. R
OBSIDIONED. EXEMET. LECIONES. CARTACINENSEIS
MAXIMOSQVE. MACESTRATOS. LVCEIS. BOVEBOS. AMISSEIS
NOVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELLAM. OPIDVM
PVGNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MACESTRATOD. BENE
REM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. CESET.

Ex hac, inquam, Polybii juxtà & marmoris antiqui hiſtoriâ ſatis manifeſtò patet, locum fuiſſe ob munitionem magni momenti; eóque in tantâ expeditione memoratu dignum.

ELCETHIVM *opidum.* Sed ad meridionalia inſulæ revertamur. Ptolemæo extremum versùs Lilybæum promontorium in meridionalibus mediterraneis ponitur *opidum* Ἐλκέθιον, ELCETHIVM. à quo opidani videntur eſſe apud Plinium, lib. III, cap. VIII, in vetuſtis quibusdam exemplaribus ELCETIENSES. quorum loco vulgata exemplaria habent *Eceſtienſes*; & corruptiore etiam voce *Aceſtienſes*; quum heic litera *A* extra ordinem alphabeti Pliniani ſit poſita. Eſt hodiè inter Mazaram opidum & Belicem amnem opidum vulgari vocabulo *Caſtro Veteráno*. id neſcio an non ſit vetus illud *Elcethium*. nam ipſo nomine antiquitatem ſuam profitetur.

LEGVM *opidum.* Proximè Elcethium eidem Ptolemæo versùs ortum locatur *opidum* Λῆγον, LEGVM. id fortè fuerit opidum, quod eodem tractu vulgò nunc vocatur *Mocharta*. de hoc enim ita Fazellus, fine lib. X decad. I: *Interius* [à Selinûnte urbe] *ad paſſuum millia* V, *Caſtrum Veteranum imminet opidum: à quo non longè diſcedit Perribaydæ arx. Moyharta poſteà ſiniſtrorſum, ad paſſuum millia* VIII *Saracenici nominis exſtat arx; ubi ingentes conſpiciuntur ruinæ.*

ENTELLA *urbs.* Interiùs versùs ſeptemtriones antiquiſſimum fuit opidum Ἔντελλα, ENTELLA; Diodoro, Silio, Ptolemæo, Stephano, Servio, Iſacio Tzetzæ memoratum. unde opidani ſunt Ciceroni in Verrinâ III, & Plinio lib. III cap. VIII, ENTELLINI: & eâdem formatione Græcis auctoribus, Diodoro lib. XVI, ac Stephano, Ἐντελλῖνοι. quamquàm apud hunc & opidi & opidanorum vocabulum unico ſcriptum legatur λ, vitioſè, ut innumera alia. quidpe ipſe in voce Ἁλικύαι Ἐντέλλης integrum habet vocabulum; ut reliqui auctores omnes. Apud Diodorum quoque quum dicto lib. XVI & in Excerptis legationum ex lib. XXIII ſint Ἐντελλῖνοι, ut apud Ciceronem, Plinium, ac Stephanum; dubium eſſe haud poteſt, quin id vocabulum lib. XIIII corruptum ſit Ἐντελλανοί. cuius rei fidem firmat hoc documentum, quòd ibidem Σόλος quoque ſcriptum eſt & Σολεντίνων, pro Σολοῦς ac Σολουντίνων· quem locum ſuprà ad Ancyrarum explicationem citavimus. Cæterùm Iſacio Tzetzæ in Lycophronem dicitur eadem urbs Ἔνταλλα, ENTALLA; & Ἄταλλα, ATALLA. unde & Vibii locum in Catalogo fluminum, qui talis eſt; *Cruniſos, Siciliæ, civitati Atilac*; ita corrigendum ſuprà lib. II cap. II judicavi: *Crimiſos, Siciliæ, civitatis Atilla.* nam idem Tzetzes ab *Athyllâ*, Aegeſti uxore, dictam fuiſſe urbem innuit; ut mox videbimus. De ſitu eius ita ſcribit Fazellus, decad. I lib. X: *Iato Calatraſis ad meridiem arx hodiè, ſed Saracenicum olim opidum ex veſtigiis adhuc cognitum, in rupe in acutum ſurgente, undique præciſâ,*

præciſâ, ad paſſuum millia x *ſuccedit. Duorum hinc paſſuum millium ſpatio diſtat Entella, urbs vetuſtiſſima, in monte eiusdem nominis; quem præciſæ undique & inacceſſæ rupes & unicus tantùm aditus, parvi præſidii indigus, naturâ munitiſſimum reddunt: qui in ſummitate planitiem habet, ambitus paſſuum millium ferè* IIII, *perviam & culturæ aptiſſimam. In eâ hæc urbs ab Entello Troiano, Aeneæ ſocio, condita eſt. Probatiſſimi vini nomine à Strabone commendatur. de quo etiam lib.* XIV *Silius;* —— *Largoque virens Entella Lyæo.*
Hodiè verò, agris eius in frumenti ſegetem converſis, vini commendationem prorſus amiſit. Vrbs quoque ipſa, à Friderico Secundo Cæſare, Saracenis, qui eam unà cum Iato novarum rerum ſtudio quaſi pro ſeditionis munimine occupaverant, in Nuceriam unà cum Ietenſibus relegatis, funditus deleta, penitus jacet. cuius, arcisque etiam, quæ ſpeculæ ſpeciem referebat, ſemidirutæ veſtigia tantùm, ſparſim projecta, conſpiciuntur; reliquâ incolatus parte equis bobusque relictâ. Mons tamen ipſe, ac proſtrata urbs, Entellæ adhuc nomine veteri gaudent. Qui Caſtrum Veteranum Entellam olim fuiſſe ſcribunt, in ſole hi procul dubio caligant. Entella quidpe erat apud Crimiſum amnem, è Panormitanorum agro propter Ietum & Calatraſin ad Hypſæ dextram ripam defluentem; à quo Caſtrum Veteranum longiùs abeſt: Entellæ autem mons ac rudera propè ſita ſunt. Conditorem huius urbis alii fecerunt Aegeſtum; qui Aegeſtam quoque & Erycem condidiſſe fertur; ut ſuprà huius libri cap. I & II oſtenſum: alii, huius ſocium Elymum. Lycophronis, antiqui in primis poëtæ verba hæc ſunt:

Ἄλλοι δ' ἐνοικήσουσι Σικανῶν χθόνα,
Πλαγκτοὶ μολόντες, ἔνθα Λαομέδων τριπλᾶς
Ναύταις ἔδωκε Φοινοδάμαντος κόρας,
Ταῖς κητοδόρποις συμφοραῖς δεδηγμένος,
Τηλοῦ προθεῖναι θηρσὶν ὠμησταῖς βοράν,
Μολόντας εἰς γῆν ἕσπερον Λαιστρυγόνων,
Ὅπου ξυνοικεῖ δαψιλὴς ἐρημία.
Αἱ δ' αὖ παλαιστοῦ μητέρος Ζηρυνθίας
Σηκὸν μέγαν δείμαντο δοτίνην θεᾷ,
Μόρον φυγοῦσαι καὶ μονοικήτους ἕδρας.
Ὧν δὴ μίαν Κριμισσὸς, ἰνδαλθεὶς κυνὶ,
Ἔζευξε λέκτροις ποταμός· ἡ δὲ δαίμονι
Τῷ θηρομίκτῳ σκύλακα γενναῖον τεκνοῖ,
Τρισσῶν ξυνοικιστῆρα καὶ κτίστην τόπων.

Hoc eſt:

Alii Sicanorum inhabitabunt terram;
Errones eò delati; ubi treis Laomedon
Nautis dedit Phœnodamantis filias,
Balænam paſcentibus ſtimulatus cladibus,
Vt procul exponerent feris crudelibus,
Progreſſi in occidentalem Læſtrygonum terram;
Vbi larga viſitur ſolitudo.
Illæ porrò matri luctatoris Zerynthiæ
Templum exſtruxêre magnum, donum deæ,
Mortem quum effugiſſent & ſedeis ſolitarias.
Harum unam Crimiſſus, adſimilatus cani,
Lecto junxit amnis. cui illa genio
Semifero generoſum parit catulum;
Trium fundatorem conditoremque locorum.

Ad hæc ita commentatur Tzetzes: Φοινοδάμας τις Τρὼς, περὶ οὗ κατ' ἀρχὰς ἔφημεν, συνεβούλευε τοῖς Τρωσὶν ἐκθεῖναι τὴν Ἡσιόνην τῷ κήτει, εὐλαβούμενος περὶ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τῶν τριῶν, μὴ αὐτὰς ἐκθῶσι· καὶ ἔπεισε τοῦτο πεποιηκέναι. ὁ δὲ Λαομέδων, μηνιῶν τῷ Φοινοδάμαντι, ἔδωκε τὰς θυγατέρας ἐκείνου ναύταις ἐν Σικελίᾳ θηρίοις βοράν. οὗ γενομένου, κατὰ γνώμην Ἀφροδίτης ἐσώθησαν. ὧν τῇ μιᾷ κυνὶ ὁμοιωθεὶς ὁ Κριμισσὸς ποταμὸς ἐμίγη· καὶ ἐγέννησε τὸν Αἰγέστην· ὃς ἔκτισε τρεῖς πόλεις ἐν Σικελίᾳ, τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Αἴγεσταν, καὶ Ἔνταλλαν, ἢ Ἄταλλαν, ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἣν ἔγημε· Στύλλα γὰρ ὠνομάζετο ἡ τούτου γυνή. Ὁ δὲ Αἰγέστης, ἐλθὼν εἰς Δαρδανίαν, νόθον Ἀγχίσου παῖδα, Ἔλυμον καλούμενον, ἤγαγεν εἰς Σικελίαν. Hoc eſt: *Phœnodamas quidam Troianus ſuaſit Troianis, Heſionen ceto uti exponerent; metuens tribus filiabus ſuis,*

ne eas exponerent: perſvaſitque, ut id facerent. At Laomedon, iratus Phœnodamanti, nautis dedit filias illius, feris in Siciliâ pabulum objiciendas. Hæ in Siciliam delatæ, Veneris ope ſervantur. Quarum unam Crimiſſus amnis, cani ſimilis factus, compreſſit: progenuitque ex eâ Aegeſten: qui treis in Siciliâ condidit urbeis; unam, quam ab nomine ſuo dixit Aegeſtam; alteram Erycem; tertiam Entellam, ſive Atallam, ex uxoris nomine dictam. quidpe Stylla vocabatur uxor eius, quam duxerat. Cæterùm in Dardaniam profectus Aegeſtes, ſpurium Anchiſæ filium, nomine Elymum, deduxit in Siciliam. Pro vitiato vocabulo Στύλλα legendum Αἴθυλλα, ipſe ſatis teſtatur Tzetzes, anteà ita ſcribens: Ναύαιθος ποταμός ἐστιν Ἰταλίας. ἐκλήθη δὲ οὕτω, ὅτι μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν αἱ Λαομέδοντος θυγατέρες, Πριάμου δὲ ἀδελφαί, Αἴθυλλα, Ἀστυόχη, Μηδεσικάστη, μετὰ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐκεῖσε γεγονυῖαι τῆς Ἰταλίας, εὐλαβούμεναι τὴν Ἑλλάδος δουλείαν, τὰ σκάφη ἐνέπρησαν. Hoc eſt: *Nauæthus Italiæ eſt fluvius; ſic dictus, quòd, Ilio capto, Laomedontis filiæ, Priami ſorores, Aethylla, Aſtyoche, & Medicaſte, cum cæteris captivis hoc Italiæ tractu exſiſtentes, quum ſervitudinem Græciæ formidarent, eamque effugere cuperent, naveis incenderunt.* Superiori loco, unam Heſionen Laomedontis fecit filiam; ut alii auctores. heic verò treis ei adſcribit, quæ erant Phœnodamantis. Sic ſcilicet immanem in modum auctores, ex quibus commentationes ſuas deſumſit Tzetzes, ſuper antiquiſſimis Troiæ ſive rebus geſtis ſive fabulis inter ſe ubique discreparunt. Idem Tzetzes anteà, ad alium Lycophronis locum commentans, ita tradit: Φοινοδάμας, τρεῖς ἔχων θυγατέρας, ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τοῦ Λαομέδοντος ἐκθεῖναι αὐτῶν μίαν τῷ κήτει, ἐκκλησίαν συναγαγὼν ἐδημηγόρησεν, δέον τὸν Λαομέδοντα τὸν αἴτιον τοῦ κακοῦ, ἐκθεῖναι τὴν θυγατέρα Ἡσιόνην. καὶ ἔπεισε τοὺς Τρῶας. διὸ καὶ ἐξετέθη πρὸς βορὰν τῷ κήτει. τούτου δὲ ἕνεκα μηνιῶν ὁ Λαομέδων τῷ Φοινοδάμαντι, τὰς ἐκείνου τρεῖς θυγατέρας τισὶν ἔδοτο, ἐλθόντας εἰς τὴν ἔρημον τῆς Λιβύης ἐᾶσαι αὐτὰς θηροβρότους γενέσθαι. ὧν μιᾷ μιγεὶς ὁ Κριμισὸς ποταμός, ἐν εἴδει κυνός, γεννᾷ τὸν Αἰγέταν· ὃς ἐκεῖσε τρεῖς ἔκτισε πόλεις, Αἰγέταν, Ἄταλαν, Ἔρυκα. Id eſt: *Phœnodamas, treis habens filias, quum cogeretur à Laomedonte unam earum ceto exponere, concionem convocans orationem apud populum habuit, qua oſtendit, oportere Laomedontem, cuius culpâ malum ingruiſſet, exponere filiam Heſionen. perſvaſitque id Troianis. quapropter etiam expoſita fuit, uti à ceto devoraretur. Hanc ob cauſam infenſus Phœnodamanti Laomedon, treis eius filias quibusdam viris dedit, uti, in ſolitudinem Libyæ delatas, feris devorandas objicerent. quarum uni ſeſe miſcens Crimiſſus, ſub canis ſpecie, progenuit Aegetam. qui illic treis condidit urbeis, Aegetam, Atalam, Erycem.* Menda heic eſſe tria ſatis aperta, pro quibus priore loco ſcribendum τὸν Αἰγέστην, ſecundo Αἴγεσταν, tertio Ἄταλλαν, vel ex ſuprà citatis patet. At quid ille Libyam heic nominat, quum & ipſe poſteà, ut ſuprà citatum, & alii complures auctores, in Siciliâ hæc facta narrent; in qua urbeis fuiſſe *Aegeſtam*, *Atallam* ſive *Entellam*, & *Erycem*, quis jam neget? Certè ſive ipſi Tzetzæ, ſive eius poſteà exſcriptori, omnis hiſtoriæ geographiæque antiquæ imperito, in mentem heic venit τῆς ἐρήμου Λιβύης, id eſt, *Libyæ deſertæ*. Cæterò eumdem Aegeſtem, ſive Aceſtem, (variè quidpe eius nomen ab antiquis ſcriptoribus formatum fuiſſe, ſuprà cap. II oſtenſum eſt.) Silius quoque videtur conditorem intellexiſſe Entellæ. Verba eius lib. XIIII hæc ſunt:

Miſcuerunt Phrygiam prolem Troianus Aceſtes
Troianusque Elymus: ſtructis qui pube ſequutâ
In longum ex ſeſe donarunt nomina muris.

Et poſteà: —— *Largoque virens Entella Lyæo:*
Entella Hectoreo dilectum nomen Aceſtæ.

Sed Elymus quia nullam de ſuo nomine reliquit urbem Elymam; ut ſuprà cap. I & II oſtenſum; Entellæ conditorem eum intellexiſſe potuit Silius. ſic etiam Servius, in Virgilii Aeneid. lib. V: *Elymus, princeps Troianorum; qui dicitur in Siciliâ condidiſſe civitates, Aſcam, Entellam, Egeſtam. Alii dicunt, eum, poſt incenſum Ilium, cum Aceſte in Siciliam veniſſe; eique participem fuiſſe. alii Anchiſæ nothum tradunt fuiſſe Elymum regem, in Siciliâ genitum, & Erycis fratrem.* Hinc illud Virgilii dicto Aeneid. lib. V:

Tum duo Trinacrii juvenes, Elymus Panopesq;
Adſveti ſilvis, comites ſenioris Aceſtæ.

Participem autem, intelligit Servius, fuiſſe Elymum Aceſtæ condendarum trium urbium. Verùm Silii ſi diligentiùs paullo excuſſeris verba, ſatis diſertè eum deprehendas auctorem Entellæ facere Aceſtem. *Entella* quidpe *dilectum* ei erat *nomen*, quia ex uxoris dilectæ nomine urbi inditum; ut diſertiſſimis verbis tradit ex antiquiſſimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

quiſſimis haud dubiè hiſtoriis Tzetzes. Cæterò Virgilius eodem lib. V *Aceſtis amicum* introducit *Entellum*: poëtico haud dubiè figmento; quum & ipſe uxorem Aceſtis accepiſſet nomine *Entellam*. Verùm quidquid de conditore huius urbis credere libeat, antiquitas ſanè eius ſumma inde adparet, quòd origo eius ad Troiana referatur tempora. Porrò apud Stephani epitomatorem ita ſcriptum eſt: Ἔντελλα, πόλις Σικελίας· Ἔφορος ις΄. ἦσαν δ᾽ οἱ οἰκοῦντες Καμπανοὶ τὸ γένος, σύμμαχοι Καρχηδονίων. Id eſt: *Entella, urbs Siciliæ; auctore Ephoro, lib.* XVI. *Erant autem eius incolæ natione Campani, Carthaginienſium ſocii.* Horum Campanorum frequens eſt mentio apud Diodorum lib. XIII, XIIII, & XVI. Vnum atque alterum locum, qui huc faciant, inde transſcripſiſſe, haud pigeat. Libro igitur XIII ita ſcribit: Μετὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον τῶν πρεσβευτῶν Καρχηδόνιοι μὲν τοῖς Αἰγεσταίοις ἀπέστειλαν Λίβυάς τε πεντακισχιλίους καὶ τῶν Καμπανῶν ὀκτακοσίους. οὗτοι δ᾽ ἦσαν ὑπὸ τῶν Χαλκιδέων τοῖς Ἀθηναίοις εἰς τὸν πρὸς Συρακουσίους πόλεμον μεμισθωμένοι· καὶ μετὰ τὴν ἧτταν καταπεπλευκότες, οὐκ εἶχον τοὺς μισθοδοτήσαντας. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι πᾶσιν ἵππους ἀγοράσαντες, καὶ μισθοὺς ἀξιολόγους δόντες, εἰς τὴν Αἴγεσταν κατέστησαν. Id eſt: *Poſt legatorum reditum, Aegeſtanis quinque millia Afrorum mittunt Carthaginienſes, & Campanorum* IϽCCC. *Hos Chalcidenſes ad belli contra Syracuſanos operam ſtipendiis ſuis conduxerant Athenienſibus. at poſt cladem illis inflictam navibus avecti, ſub quo ſtipendia facerent, non habebant. quibus omnibus equos Carthaginienſes emerunt: tum ſtipendiis non vulgaribus in capita numeratis, præſidium hoc Aegeſtæ collocarunt.* Factum hoc anno tertio Olympiadis XCII; ſummum Athenis magiſtratum gerente Glaucippo: ante natum Ieſum anno CCCCX. Militaverunt poſteà variis expeditionibus in Siciliâ: ac tandem etiam Dionyſio, Syracuſanorum tyranno, contra ipſos Syracuſanos; ut auctor eſt idem Diodorus lib. XIIII. Eo bello finito, τοὺς Καμπανοὺς, ut inquit Diodorus, ταῖς καθηκούσαις δωρεαῖς τιμήσας ὁ Διονύσιος, ἐξαπέστειλεν ἐκ τῆς πόλεως, ὑφορώμενος αὐτῶν τὴν ἀβεβαιότητα. οἱ προελθόντες εἰς Ἔντελλαν, καὶ πείσαντες τοὺς ἐν τῇ πόλει λαβεῖν ἑαυτοὺς συνοίκους, νυκτὸς ἐπιθέμενοι, τοὺς μὲν ἡβῶντας ἀπέσφαξαν, τὰς δὲ γυναῖκας τῶν παρασπονδηθέντων γήμαντες, κατέσχον τὴν πόλιν. Hoc eſt: *Campanos Dionyſius, honeſtis ornatos muneribus, à ſe dimiſit: quòd mutabili eorum ingenio fidendum non exiſtimaret. Hi tum Entellam profecti, perſvaſis civibus, ut inquilinorum jus ſibi concederent; noctu per inſidias oppreſſos, quotquot pueritiæ annos exceſſerant, contrucidarunt: uxoribusque illorum in matrimonium adſcitis, urbis poſſeſſionem ſibi uſurparunt.* Factum hoc anno ſecundo Olympiadis XCIIII; ſummum gerente Athenis magiſtratum Euclide; ante natum Ieſum anno CCCCIII. Atque fraus iſta Campanis fuit uſitatiſſima. ſic quidpe anno IIII Olympiadis LXXXVIIII, quum pars adhuc eſſent in Italiâ Samnitum, Vulturnum urbem occuparunt; quam à campo, in quo ſita, adpellarunt *Campuam*, & ſe ipſos Campanos, regionemque Campaniam. ſic poſtmodò Rhegium, ex adverſo Siciliæ, ac mox in ipſâ Siciliâ Meſſanam ſuæ fecerunt poſſeſſionis. Cæterùm manſiſſe tum etiam in Carthaginienſium fide ac ſocietate Campanos Entellinos, eodem lib. XIIII docet Diodorus. Αὐτὸς δὲ, inquit, ὁ Διονύσιος μετὰ τῆς πεζῆς στρατιᾶς ὥρμησεν ἐπὶ τὰς τοῖς Καρχηδονίοις συμμαχούσας πόλεις. Σικανοὶ μὲν πάντες, εὐλαβούμενοι τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως, προσεχώρησαν τοῖς Συρακουσίοις· τῶν δὲ ἄλλων πόλεων πέντε μόνον διέμειναν τῇ πρὸς Καρχηδονίους φιλίᾳ· αὗται δὲ ἦσαν, Ἄγκυραι, Σολοῦς, Αἴγεστα, Πάνορμος, Ἔντελλα. Id eſt: *Ipſe verò Dionyſius cum pedeſtri exercitu ſocias Carthaginienſium urbeis invadit. Ac Sicani quidem ſtatim omnes, magnitudine copiarum territati, Syracuſanis ſeſe adplicarunt. ex reliquis autem urbibus* V *tantùm in fide & amicitiâ Carthaginienſium perſtiterunt: Ancyræ ſcilicet, Solûs, Aegeſta, Panormus, & Entella.* Factum hoc V anno pòſt, quàm Campani Entellam occupaſſent. Triceſimo tandem anno pòſt, Nauſigene Athenis ſummum obtinente magiſtratum, eam ſubegit: quo anno ipſe ſupremum diem abiit; teſte Diodoro lib. XV. In quorum poſthinc fuerint poteſtate, aut an liberi fuerint, incertum eſt; quando nullam eorum facit mentionem Diodorus, donec lib. XVI, ſub ſummo Athenienſium prætore Eubulo, iterum eorum urbem expugnaſſe Carthaginienſeis, ac mox III pòſt anno Timoleontem in libertatem vindicaſſe, tradat. Sed poſterioribus quoque temporibus, modò Carthaginienſes, modò Romani eam habuêre: donec hi totâ inſulâ potiti ſunt.

Porrò inter Entellam & Lilybæum fuit *opidum*, cui vocabulum pluralis numeri Ἁλικύαι, HALICYAE Stephano dicitur: & inde *opidani* eidem & Diodoro Ἁλικυαῖοι, *Halicyæi*: at Latinâ formatione Ciceroni in Verrinis, ac Plinio lib. III, cap. VIII, HALICYENSES; quamquàm apud Ciceronem in pleriſque exemplaribus id voca- HALICYAE *urbs.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

bulum legitur *Halicienſes*. Stephani epitomator: Ἁλικύαι, πόλις Σικελίας· Θεόπομπος· μεταξὺ κειμένη Ἐντέλλης καὶ Λιλυβαίου. τὸ ἐθνικὸν Ἁλικυαῖος, καὶ Ἁλικυαία. Id eſt: *Halicyæ, urbs Siciliæ; auctore Theopompo, inter Entellam & Lilybæum ſita.* Sic & Diodorus quoque eodem cum Entellâ, Aegeſtâ, ac Selinûnte tractu eam refert. ut lib. XIIII: Ὁ δὲ Διονύσιος τὴν Αἴγεσταν καὶ τὴν Ἔντελλαν πολιορκεῖν ἔταξεν· αὐτὸς δὲ, τοῦ θέρους ἤδη λήγοντος, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Συρακούσας. Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἔλαβε τὴν ἀρχὴν Φορμίων, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἐννενηκοστὴ καὶ ἕκτη· ὁ δὲ Διονύσιος μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ Συρακουσῶν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν. πορθοῦντος δ' αὐτοῦ τὴν χώραν, Ἁλικυαῖοι μὲν, καταπλαγέντες, διεπρεσβεύσαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ συμμαχίαν ἐποιήσαντο. Αἰγεσταῖοι δὲ τοῖς πολιορκοῦσι νυκτὸς ἀπροσδοκήτως ἐπιθέμενοι, καὶ πῦρ ἐνέντες ταῖς κατὰ τὴν παρεμβολὴν σκηναῖς, εἰς πολλὴν ταραχὴν ἤγαγον τοὺς ἐν τῇ στρατοπεδείᾳ. Hoc eſt: *Dionyſius Aegeſtam atque Entellam obſidere juſſit. ipſe verò exeunte jam æſtate cum exercitu Syracuſas regreſſus eſt. Anno ad finem delapſo, Athenis ſummum magiſtratum adit Phormio. & Olympias tum agebatur* XCVI. *Tum Dionyſius, educto Syracuſis exercitu, Carthaginienſium ditionem invadit. dumq; agros populatur, Halicyenſes, metu perculſi, miſſis in caſtra legatis, ſocietatem cum eo junxerunt. At Aegeſtani, obſidentium munitiones ex improviſo adorti, igni tabernaculis injecto, magnum per caſtra pavorem & tumultum excitarunt.* Et eodem libro haud multò pòſt: Ὄντος δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τοῦ Διονυσίου περὶ τὴν Αἴγεσταν μετὰ τῆς δυνάμεως, Ἰμίλκων τὴν Μοτύην ἐξεπολιόρκησε. * . * . Ἀπέστησαν δὲ παραπλησίως καὶ Ἁλικυαῖοι, καὶ πέμψαντες πρέσβεις εἰς τὸ τῶν Καρχηδονίων στρατόπεδον, συμμαχίαν ἐποιήσαντο. Hoc eſt: *Quum per hoc tempus apud Aegeſtam Dionyſius cum exercitu hæreret; Himilco vi Motyam expugnat.* Et mox: *Tunc etiam Halicyenſes deficiunt; miſſiſque in Carthaginienſium caſtra legatis, ſocietatem inierunt.* Et ex lib. XXII ita referunt Excerpta legationum: Εἶτα Σελινούντιοι τῷ βασιλεῖ [Πύῤῥῳ] προσεχώρησαν, εἶτα Ἁλικυαῖοι, καὶ Αἰγεσταῖοι. Id eſt: *Hinc Selinuntii regi Pyrrho ſe adjungunt: mox & Halicyenſes atque Aegeſtani.* Et ex lib. XXIII: Οἱ Αἰγεσταῖοι, πρῶτον κρατούμενοι ὑπὸ Καρχηδονίων, εἰς Ῥωμαίους ἀπέκλιναν· παραπλήσιον δὲ καὶ Ἁλικυαῖοι ἐποίησαν. Hoc eſt: *Aegeſtani primùm Carthaginienſium imperio ſubjecti, ad Romanos inclinarunt. idemque & Halicyenſes fecêre.* Verùm utroque loco corruptum, ut pleraque alia in dictis Legationum excerptis, legitur vocabulum Ἁλιλυαῖοι· qui facilis erat exſcriptoris lapſus, κ in η & υ in ν convertentis. Ex hactenus igitur allatis diſertè patet, quàm vehementer erraverit Fazellus, dum Alicyam urbem facit geminam; alteram apud Tuſam in Tuſco litore; ubi ego Alæſam fuiſſe, ſuprà cap. IIII oſtendi: alteram, ex Thucydidis ſententiâ, circa Aetnam & Centuripas; quum corrupta legatur apud Thucydidem vox Ἁλικυκαίους, pro Ἀγυρναίους· ut cap. VI docui. Apud Stephani epitomatorem ita legitur: Ἀκράγας, πόλις Σικελίας, ἀπὸ ποταμοῦ παραῤῥέοντος. φησὶ γὰρ Δοῦρις, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελικῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται. Συρακούσας, Γέλαν, Ἱμέραν, Σελινοῦντα, καὶ Φοινικοῦντα, καὶ Ἔρυκα, καὶ Κάμικον, Ἁλυκόν τε καὶ Θέρμον, καὶ Καμάριναν. Id eſt: *Acragas, urbs Siciliæ, à præfluente amne dicta. ait quidpe Duris, pleraſque Siculorum urbium à fluminibus nomina habere; Syracuſas ſcilicet, Gelam, Himeram, Selinûntem, Phœnicûntem, Erycen, Camicum, Halycum, Thermum, & Camarinam.* Certè Ἁλυκὸς *Halycus* urbs nulla memoratur auctoribus apud celeberrimum illum amnem Halycum; quem nunc vulgò *Plátani* dici, ſuprà lib. I, cap. XVII, docui. Inter Entellæ verò ruinas & Lilybæum, quo tractu Stephanus Halicyas collocat, etiamnunc celebre opidum vulgari vocabulo dicitur *Salemi:* quod antiquum illud nomen Ἁλικύαι in vulgarem lingvam converſum gerit. *Sal* quidpe Græcis dicitur ἅλς· unde derivativum eſt vocabulum ἁλυκὸς, quod *ſalſum* Latinis exponitur. & quia eadem vox ἅλς *mare* etiam à ſalſedine ſignificet; quod & Latinis eâdem ratione dicitur *ſalum:* derivativum inde eſt vocabulum Græcis ἁλικὸς, quod *marinum* ſive *maritimum* Latini exponunt. quod & ipſum fortè olim idem ſignificavit, quod ἁλυκὸς, id eſt, *ſalſus.* unde opidum iſtud dictum Ἁλικύαι· quod rectè etiam dictum fuerit Ἁλυκίαι. Accedit huic documento etiam ipſius rei argumentum. quidpe ad prædictum opidum *Salemi* fontes ſunt amnis ſalſi, qui ſuperiore ſui parte eodem eſt cum opido nomine, circa oſtium verò *Fiume di Rene* vocatur; ut ſuprà lib. I, cap. XVIII oſtenſum eſt. à quo amne opido nomen quæſitum. De cætero haud poſtremi fuiſſe momenti Halicyenſium civitatem, ex ſuprà citatis Diodori hiſtoriis haud obſcurè perſpicitur. Eamdem dignitatem etiam poſterioribus temporibus ſub Romanorum imperio ſervavit. ſic quidpe Cicero, in Verrinâ III: *Fœderatæ civitates duæ ſunt,*

quarum

quarum decumæ venire non ſoleant, Mamertina & Taurominitana. quinque præterea ſine fœdere immunes civitatesac liberæ; Centuripina, Haleſina, Segeſtana, Halicyenſis, Panormitana. prætereas omnis ager Siciliæ civitatum decumanus eſt.

Porrò ſupra Entellam verſus aquilonem apud eamdem Crimiſi amnis dextram ripam opidum vulgari nunc vocabulo *Iato*, olim dicebatur αἱ Ἰεταὶ, IETAE, plurali numero; & ſingulari item numero ὁ Ἰέτας, IETAS. Stephani epitomator: Ἰεταὶ, φρούριον Σικελίας, θηλικῶς· Φίλιστος ἕκτῃ. τὸ ἐθνικὸν Ἰεταῖος καὶ Ἰεταία. Id eſt: *Ietæ, caſtellum Siciliæ, auctore Philiſto, lib.* VI. *Gentilitium inde Ietæus, & Ietæa.* At Latino ore IETENSES erant; teſte Plinio, lib. III, cap. VIII. At in Legationum excerptis ex Diodori lib. XXIII ſunt Ἰετῖνοι, IETINI. Atque idem vocabulum uſurpaſſe cenſeo Ciceronem in Verrinâ III; ubi nunc mendoſi leguntur *Letini*; ut mox videbimus. Verba in dictis Legationum excerptis hæc ſunt: Ἰετῖνοι, ἐκβαλόντες τὴν τῶν Φοινίκων φρουρὰν, τὴν πόλιν Ῥωμαίοις ἔδωκαν. παραπλησίως δὲ τούτοις ἐποίησαν Σολουντῖνοι καὶ Πετρῖνοι. Id eſt: *Ietini, ejecto Pœnorum præſidio, urbem Romanis tradiderunt. Idem fecerunt & Soluntini, Petrinique.* Silius neſcio an metri cauſâ opidi vocabulum formaverit maſculino genere, lib. XIIII, in his verbis: —— *Arbela ferox & celſus Ietas.* IETAE opidum.

De hoc opidi celſo ſitu ita narrat Fazellus, decad. I lib. X: *Ietum Plinio, (cuius populos Ietenſeis vocat) Ietas celſus Silius, Iatum hodiè dictum opidum in editiſſimo & undique prærupto monte ſitum eſt, in magnâ quidem aquarum indigentiâ munitiſſimum & ingens; cuiusque vix unus & is arduus ac peracclivis eſt aditus.*

Supra Ietas inter Crimiſum Hypſamque amneis, ſed propiùs hunc, opidum eſt hodiè dives atque celebre vulgò *Coriglione* vocatum. id an antiqua ſit Σχῆρα SCHERA, Ptolemæo circa Cratam, quem inter Himeræ Crimiſique fonteis extendi ſuperiori capite dixi, poſita; unde SCHERINI ſunt inter mediterraneos Plinio lib. III, cap. VIII; haud temerè dixerim. Apud Ciceronem, in Verrinâ III, ita legitur: *Tyndaritanam, nobiliſſimam civitatem, Cephaleditanam, Halentinam, Apollonienſem, Eggynam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum, intelligetis: Murgentinis, Aſſorinis, Elorinis, Ennenſibus, Letinis, nihil omnino relictum: Citharinos, Acherinos, parvarum civitatum homines, omnino abjectos eſſe ac perditos.* Ex his vocabulis quum corrupta ſint iſta: *Cephaleditanam, Halentinam, Eggynam, Citharinos:* quæ ſuprà ſuis quodque locis ita correximus; *Cephalœditanam, Haluntinam, Enguynam, Cetarinos:* poſterius etiam illud *Acherinos*, quod planè aliàs incognitum, vitiatum eſſe, ſuſpicari licet. Ac facili quidem lapſu librarii fieri id potuit, è genuinis vocibus *Cetarinos ac Scherinos.* SCHERA opidum.

Iter apud Antoninum ab Agrigento per Panormum Lilybæum usque deſcribitur tale:

Ab Agrigento Lilybæo M. P. CLXXV, *ſic:*

Picinianis	IX.
Comitianis	XXIIII.
Petrinæ	IIII.
Pirina	XXIIII.
Panormo	XXIIII.
Yccaris	XVIII.
Locarico	XXIIII.
Ad Olivam	XXIIII.
Lilybæum	XXIIII.

Corruptos heic eſſe nonnullorum intervallorum numeros, jam anteà ſuperiori capite dixi: ubi etiam de *Picinianis, Comitianis*, ac *Petrinis* actum. Hyccara, maritimum opidum, nunc vocari vulgò *Muro di Carini*, cap. II huius libri II oſtenſum eſt. Ab hoc quum alia duo itinera referat idem Antoninus verſùs Lilybæum; quorum alterum per maritima loca agebatur, alterum per Segeſtam, paullo interiùs; tertium iſtud per *Olivam* magis in interiora divertiſſe certum eſt. Id verò ex eo maximè patet, quòd in tertio iſto itinere millia paſſuum inter Hyccara & Lilybæum numerantur LXXII; quum millia ſint altero illo itinere per Segeſtam vel Segeſtanas aquas omni numero LXVI. nempe ab Hyccaris ad Parthenicum XII: hinc Aquas Segeſtanas totidem: inde Drepana XXIIII: atque hinc Lilybæum XVIII: ut dicto

capite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

LOCARICVM ſive LONGARICVM *opidum.* capite II demonſtratum eſt. *Opidum* igitur LOCARICVM, ſive, ut regium habere teſtatur Surita bibliothecæ Laurentinæ exemplar, LONGARICVM, è regione fuit Aquarum Segeſtanarum, interiùs in mediterranea progredientibus. nam ad utrumque locum XXIIII numerabantur millia paſſuum. Eſt hodiè opidum, III haud ampliùs ab dictis Aquis millia diſſitum, vulgari vocabulo *Calta Fimi*; à quo haud procul ingentis templi antiqui columnæ etiamnunc erectæ conſpiciuntur, CIↃIↃ circiter paſſus ab ſiniſtrâ parte viæ, qua Alcamo itur Drepana. His verò templi veteris reliquiis mons imminet, vulgò S. Bonifacii cognominatus. in cuius vertice urbis dirutæ nuper viſebantur veſtigia: teſte Aretio, in Siciliæ deſcriptione. Has igitur ruinas eſſe antiqui illius opidi Longarici, ſitus indicat.

AD OLIVAM, *locus.* Alterum illum in eodem itinere locum AD OLIVAM longè interiùs fuiſſe, patet primùm ex binis XXIIII millium intervallis; tùm, quòd nulla in eo itinere nominantur Drepana. Prædicta intervalla planè ducunt versùs ſuprà expoſiti opidi Salemi tractum. quò adverſo flumine Simoënte, quem nunc vulgò S. Bartholemæi dici, ſuprà cap. II oſtendi, adſcenditur: juxta quem ſitum eſt prædictum opidum *Calta Fimi*. Ac feraciſſimus ſanè eſt frugiferarum arborum, maximè verò olearum, ager Salemitanus.

PIRINA, *locus.* Cæterùm PIRINA illa, medio itinere inter Petram & Panormum, XXIIII millium utrimque interjectis intervallis, nullis hodiéque cognoſcuntur veſtigiis. Fuiſſe autem ex intervallis deprehenduntur circa opidum, cui vulgare vocabulum *Cattamo*.

MORGYNA, *opidum.* Ab opido Cattamo versùs meridiem arx eſt ad Himeram fluvium, vulgari vocabulo *Margana* dicta. quæ an ruinis antiqui opidi, quod apud Stephanum eſt μόργυνα, MORGYNA, ſuperſtructa fuerit, nihil certi reperio, quod adfirmem. Apud Polybium equidem, ſub initium lib. I, in hiſtoriâ Hieronis, Syracuſanorum regis, legimus τὴν μεργάνην, *Merganam* opidum. at in Syracuſanorum id fuiſſe ditione, quæ ſatis arctis tum temporis, ut cap. X docui, concludebatur finibus, cuilibet legenti apertè patet. quapropter nihil certius, quàm ſcripſiſſe ipſum Polybium τὰ μέγαρα. nam Megara opidum ſemper in Syracuſanorum fuit poteſtate, VIII circiter millia paſſuum ab antiquarum Syracuſarum mœnibus diſſitum. quò facilè tunc in ſeceſſione illâ, quam narrat Polybius, ſecedere potuerunt pars civium Syracuſanorum.

PAROPVS *opidum.* Porrò circa Thermas Himerenſeis *opidum* memoratur Polybio Πάρωπος, PAROPVS. unde *opidani* Plinio lib. III, cap. VIII, inter mediterraneos nominantur bis PAROPINI. *Petrini*, inquit, *Paropini*, *Phintienſes*. Polybii verba lib. I hæc ſunt: μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν Ἀμίλκας, ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς, ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῶν πεζικῶν δυνάμεων, διατρίβων περὶ Πάνορμον, γνοὺς ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις στασιάζοντας τοὺς συμμάχους πρὸς τοὺς Ῥωμαίους περὶ τῶν ἐν ταῖς μάχαις πρωτείων, καὶ πυνθανόμενος στρατοπεδεύειν αὐτοὺς καθ᾽ ἑαυτοὺς τοὺς συμμάχους, μεταξὺ τοῦ Παρώπου καὶ τῶν Θερμῶν τῶν Ἱμεραίων, ἐπιπεσὼν αὐτοῖς αἰφνιδίως ἀναστρατοπεδεύουσι μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, σχεδὸν εἰς τετρακισχιλίους ἀπέκτεινε. Hoc eſt: *Poſt navalem pugnam Amilcar, dux Carthaginienſium, qui copiis præerat pedeſtribus, Panormi certior factus, ſeditionem in caſtris Romanis verſari, ortâ inter auxilia & legiones contentione de loco principe in prœliis; audito, ſolos per ſe ſocios inter Paropum & Thermas Himerenſeis caſtra metari, repentè in eos, dum adhuc caſtra movent, irruit; & ad* IIII *fermè millia hominum cæcîdit*. De eâdem re ita habent Excerpta legationum ex Diodori lib. XXIII: Ἀμίλκας δὲ τοῖς Ῥωμαίοις συναντήσας εἰς Θέρμας, καὶ πολεμήσας ἐνίκησε, καὶ ἀπέκτεινεν ϛ. Id eſt: *Amilcar ad Thermas Romanis occurrit. initoque conflictu, vicit eos; &* VI *millia hominum occidit*. Eſt hodiè opidum vulgari vocabulo *Coliſano*, XII circiter à Thermis, V à litore millia paſſuum diſtans: de quo ita Fazellus, decad. I lib. X: *Colliſano opido ad occidentem collis incubat; ubi diruti opiduli cadaver neſcio quod diſperſum viſitur; è cuius reliquiis Coliſanum conditum, opidani prædicant*. Has ego Parôpi veteris fuiſſe reliquias ex ſitu colligo. ſic enim Plinius prædicto cap. VIII, libri III: *Inſulæ ſunt, in Africam verſæ, Gaulos, Melita, à Camarinâ* LXXXIIII *millia paſſuum, à Lilybæo* CXIII *Coſſyra, Hieroneſos, Cæne, Galata, Lopaduſa, Aethuſa, quam alii Aeguſam ſcripſerunt; Bucinna: & à Solûnte* LXXV *millia Oſteodes: contraque Paropinos Vſtica. citra verò Siciliam, ex adverſo Metauri amnis*, VII, *Aeoliæ adpellatæ*. Vel ex hoc loco ſatis patet, quàm falſi ſint illi, qui *Parôpum* interpretantur hodiè *Ceſalam*, caſtellum inter Panormum ac

Solûntem

Solûntem ſitum: quum Plinius diſertè *Paropinos* ultra Solûntem referat, à Melitâ inſulâ versùs Liparenſeis ſive Aeolias inſulas progrediundo. Quin tam longè ultra Solûntem poſitum fuiſſe oſtendit Parôpum, uti Oſteoden inſulam, LXXV millia à Solûnte diſtantem, huic objici minùs ritè poſſe putârit. Cæterò apud Ptolemæum opidum inter Himeræ oſtium & Ennam, longè propiùs tamen hanc, eſt Πατίωρος, *Patiôrus*. id ego vocabulum corruptum eſſe, ut multa alia in eâdem hac Siciliâ, omnino ſuſpicer ex germano Πάρωπος, facili transpoſitione literæ ρ è ſecundâ ſyllabâ in tertiam, & π distracto in τι. nam præter literas pingere nihil ſciviſſe poſterioris ævi exſcriptores librorum, paſſim ex innumeris veterum auctorum manu ſcriptis exemplaribus patet: ubi una ſæpè vox in treis distracta, atque tres viciſſim in unam contractæ, & id genus aliæ ſcripturæ ineptiſſimæ reperiuntur. Et licèt longè interiùs id opidum in tabulâ Ptolemæi collocatum ſit; tamen id ſatis rectè Parôpo convenit, quòd ab dextrâ Himeræ amnis ripâ poſitum. Aretius immenſum erravit, *Paciorum* Ptolemæi interpretans opidum nunc *Palazzôlum*, XXIIII millia à Syracuſis diſſitum.

Porrò ultra Parôpum, circa Alæſum amnem, qui nunc vulgò *Pettinio* dicitur, opidum eſt vulgari vocabulo *Miſtretta*: de quo ita Fazellus, decad. I lib. X: *Miſiſtratum Polybio lib. I eſt pervetuſtum opidum, Ameſtrata Ciceroni & Plinio dictum; cuius nomen adhuc ædis ibi divæ Catharinæ retinet: hodiè verò Miſtretta adpellatur. Vetuſti opidi circa montem plura ſpectantur monumenta, & arx vetuſtiſſima.* Antiquum eius vocabulum eſt apud Polybium, Diodorum, & Stephani epitomatorem μυτίστρατον MYTISTRATVM, & apud Zonaram μυτίστρατον, MVTISTRATVM: unde apud Plinium, lib. III, cap. VIII, *opidani* ſunt in variis exemplaribus, MYTISTRATINI, MVTISTRATINI, & MVTVSTRATINI. qui Stephano formati ſunt μυτιστράτιοι, MYTISTRATII. Philiſto verò, antiquiſſimo rerum auctori, ut qui Dionyſii ſenioris fuit æqualis, ipſa urbs feminino genere dicta fuit μυτίστρατα, MYTISTRATA; & inde opidani μυτιστρατῖνοι, MYTISTRATINI. Ciceroni in Verrinis ſunt AMESTRATINI; ab opidi vocabulo, quod Apollodoro apud Stephanum eſt Ἀμήστρατος, AMESTRATVS. unde ipſi etiam dicti Græcè opidani Ἀμηστρατῖνοι. Silio poëtæ metri, credo, causâ opidum decurtato vocabulo dicitur AMASTRA, lib. XIIII, in his verbis:

AMESTRATVS *opidum; quod eſt* MVTISTRATVM.

——— *Comitata Nomæis*

Venit Amaſtra viris, & parvo nomine Tiſſe.

Apud Stephani epitomatorem ita legitur: Ἀμήστρατος, πόλις Σικελίας· Ἀπολλόδωρος τετάρτῃ Χρονικῶν. τὸ ἐθνικὸν Ἀμηστρατῖνος. Id eſt: *Ameſtratus, opidum Siciliæ; auctore Apollodoro, in Chronicorum lib.* IIII. *Gentilitium inde, Ameſtratinus.* Et poſteà: Μυτισέρατα, φρούριον Σικελίας· Φίλιστος δεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν Μυτισερατῖνος, ὡς αὐτός. Hoc eſt: *Mytiſerata, caſtellum Siciliæ; auctore Philiſto lib.* X: *Gentilitium Mytiſeratinus.* Scripſiſſe ipſum Philiſtum Μυτίστρατα, & Μυτιστρατῖνος, *Mytiſtrata* & *Mytiſtratinus*; quæ poſtmodùm imperiti exſcriptores corruperunt; minimè ego dubito. Idem Stephani epitomator continuò pòſt: Μυτίστρατον, πολίχνιον περὶ Καρχηδόνα· Πολύβιος πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν Μυτιστράτιος, ὡς Στρατὸς Στράτιος, ἡ Ἀκαρνανικὴ πόλις. Hoc eſt: *Mytiſtratum, opidulum circa Carthaginem; ut auctor Polybius lib.* I. *Gentilitium Mytiſtratius; ut Stratus Stratius, Acarnaniæ opidum.* Sic infrà: Στρατός, πόλις Ἀκαρνανίας. ὁ πολίτης Στράτιος. Id eſt: *Stratus, opidum Acarnaniæ. opidanus inde Stratius.* Vel ex iſto loco ſatis manifeſtè adparet, quàm imperiti ſæpè fuerint poſterioris ſæculi grammatici. quidpe non modò Polybius, ſed & Diodorus, atque Zonaras, diſertiſſimis verbis Siciliæ referunt opidum Mytiſtratum; quod, à Carthaginienſibus bello Punico primo poſſeſſum, Aulus Atilius & C. Sulpicius, Romani duces, ceperunt. Et ne mendum poſteriorum exſcriptorum eſſe ſuſpiceris; ſic Tuneta, Africæ haud procul Carthagine opidum, Siciliæ adſcripſit; ſic Bucinnam inſulam, Lilybæo ac Drepanis objectam, Siciliæ fecit opidum. Polybii verba, lib. I hæc ſunt: εἷλον δὲ καὶ τὸ Μυτίστρατον, πολλοὺς χρόνους ὑπομεμενηκὸς τὴν πολιορκίαν, διὰ τὴν ὀχυρότητα τοῦ τόπου. Hoc eſt: *Captum & Mytiſtratum; locus naturâ munitus; & qui ideò obſidionem diu toleravit.* De eâdem re ita referunt Legationum excerpta è Diodori lib. XXIII: Μυτίστρατον δὲ πολιορκήσαντες Ῥωμαῖοι, καὶ πολλὰς μηχανὰς ποιήσαντες, μετὰ μῆνας ζ' ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι, πολλοὺς στρατιώτας ἀποβαλόντες. * · * · Τρίτον δὲ πολιορκήσαντες τὸ Μυτίστρατον Ῥωμαῖοι, εἷλον καὶ κατέσκαψαν τὴν πόλιν, καὶ τὰ ὑπολειφθέντα σώματα

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

σώματα λαφυροπώλησαν. Id eſt: *Mytiſtratum tunc obſederant Romani; multasque ad hoc machinas fabricaverant. ſed poſt menſeis VII re infectâ inde abierunt, multis ſuorum amiſſis.* Et exiguo pòſt: *Mytiſtratum, tertio obſeſſum, tandem Romani ceperunt; opidumque ſolo æquarunt; ſuperſtitibus ſub coronâ venditis.* In vulgatis equidem exemplaribus vocabulum eſt Μύστρατον. verùm id eſſe, ut innumera in iisdem Excerptis alia, corruptum, Polybii, Stephani epitomatoris, & Plinii teſtantur exemplaria. ſed & Zonaræ: apud quem tomo II leguntur iſta: Μετὰ τοῦτ' Ἀτίλιος Λατῖνος [ſcribe Καλατῖνος] ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθὼν, καὶ Μυτίστρατον πόλιν ὑπὸ τοῦ Φλώρου πολιορκουμένην εὑρὼν, τῇ παρασκευῇ ἐκείνου ἐχρήσατο. καὶ προσβολὰς περὶ τὸ τεῖχος αὐτοῦ ποιουμένου, πρῶτον μὲν οἱ ἐπιχώριοι μετὰ τῶν Καρχηδονίων ἠμύνοντο κρατερῶς· τῶν δὲ γυναικῶν καὶ τῶν παίδων ἐς δάκρυα καὶ ἐς οἰμωγὰς προαχθέντων, οὐκ ἀντέσχον. ὑπεξελθόντων δὲ νυκτὸς τῶν Καρχηδονίων, ἅμα τῇ ἕῳ τὰς πύλας ἐθελονταὶ οἱ ἐπιχώριοι ἀνεπέτασαν. εἰσελθόντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι πάντας ἐφόνευον, ἕως ἐκήρυξεν ὁ Ἀτίλιος, τὴν λοιπὴν τε λείαν καὶ τὰ σὺν ἀνθρώπους τοῦ λαβόντος εἶναι. ἐκ τότε γὰρ τοὺς λοιποὺς τε ἐζώγρησαν, καὶ τὴν πόλιν προδιαρπάσαντες κατέπρησαν. Hoc eſt: *Poſt hæc quum Atilius Calatinus in Siciliam veniſſet; atque Mutiſtratum opidum à Floro obſeſſum inveniſſet; copiis illius uſus, quum mœnia oppugnaret, opidani principiò quidem cum Carthaginienſibus ei fortiter reſtiterunt: ſed uxoribus ac liberis lamentantibus, omiſſâ defenſione, Carthaginienſibus noctu digreſſis, primo diluculo portas ultro aperuerunt. Verùm Romani ingreſſi, nemini pepercerunt; donec Atilius pronunciari juſſit, reliquam prædam & corpora eius fore, qui cepiſſet. tum demum reliquis captis, urbem incenderunt.* Stephanus itaque grammaticus unius eiusdemque loci nomen, trifariam formatum, ex tribus diverſis ſumſit auctoribus, quos nominat. Cæterùm ex Apollodoro πόλιν, id eſt, *urbem* ſeu *opidum* vocat unà cum Diodoro atque Zonarâ. at poſteà πολίχνιον tantùm adpellat, id eſt, *opidulum*: & ex Philiſto φρούριον, id eſt, *caſtellum*. ſcilicet quia tenue erat opidum. quod poſteriori etiam tempore Cicero adfirmavit. Verrinâ III, *Ameſtratinos*, inquit, *homines tenueis, quum eorum decumas medimnis* IↃCCC *vendidiſſes, cogis eos plus lucri dare, quàm quanti venierant, quum magno veniſſent.* In eâdem actione pòſt paullo ita ſcriptum eſt: *Calactinis quamobrem imperaſti anno tertio, ut decumas agri ſui, quas Calactæ dare conſueverant, Ameſtrati M. Ceſio decumano darent?* Calactam fuiſſe apud *Caroniam* in litore, quæ x millia paſſuum ab *Miſtrettâ* abeſt, ſuprà cap. IIII huius lib. II docui.

NOMAE *opidum.* Porrò propè Ameſtratum aliud fuit opidum, Νομαὶ NOMAE dictum; ut ex ſuprà perſcriptis colligere licet Silii verbis iſtis:

——— *Comitata Nomais*
Venit Amaſtra viris.

In vulgatis equidem exemplaribus legitur *Nemais*. ſed hoc vocabulum minùs notum. apud Diodorum verò eſt opidum Νομαὶ, *Nomæ*, lib. XI. Βόλκων δὲ, inquit, παρελθὼν μετὰ τῆς δυνάμεως, κατέλαβε τὸν Δουκέτιον στρατοπεδεύοντα περὶ τὰς Νομάς. Id eſt: *Volco, expeditione ſusceptâ, Ducetium circa Nomas caſtra metantem offendit.* Quo ſitu opidum id fuerit, planè non liquet.

APOLLONIA *opidum.* Eodem terrarum tractu, ſupra Calactam & Aluntium in mediterraneo fuit *opidum* Ἀπολλωνία APOLLONIA, Diodoro ac Stephano memoratum: unde *opidani* ſunt Ciceroni, in Verrinis III & V, APOLLONIENSES: qui Græcis erant Ἀπολλωνιεῖς, & Ἀπολλωνιᾶται; teſte Stephani epitomatore in dictione Ἀπολλωνία· ubi complureis per Orbem terrarum eius nominis urbeis recenſet. Ἑβδόμη, inquit, πλησίον Ἀλουντίνων καὶ Καλῆς ἀκτῆς. id eſt: *Septima, prope Aluntinos eſt & Calacten.* Vulgatis in exemplaribus vitiatum legi vocabulum Λεοντίνων, ſuprà, cap. IIII huius lib. II, oſtenſum eſt. De cætero, vocem πλησίον quum paullo laxiùs à grammaticis iſtius ſæculi plerumque ſumi animadvertam; Apolloniam hanc paullo remotiorem fuiſſe à Calactâ & Aluntio ſtatuo, circa Furianum amnem. Cicero quoque Apollonienſem civitatem cum Aluntinâ & Capitinâ, aliisque huius tractus civitatibus conjungit in Verrinâ III. *Tyndaritanam, nobiliſſimam civitatem*, inquit, *Cephalæditanam, Haluntinam, Apollonienſem, Enguinam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum, intelligetis.* Memoria Apollonienſium vetuſtiſſima eſt apud Diodorum lib. XVI; ubi ita ſcribit: Ὁ δὲ Τιμολέων παρελθὼν εἰς πόλιν Ἔγγυον, τυραννουμένην ὑπὸ Λεπτίνου, προσβολὰς συνεχεῖς ἐποιεῖτο, βουλόμενος μὲν Λεπτίνην ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς πόλεως, τοῖς δ' Ἐγγυΐνοις τὴν ἐλευθερίαν ἀποδοῦναι. καταπληξάμενος οὖν τὸν Λεπτίνην, τοῦτον μὲν ὑπόσπονδον ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Πελοπόννησον. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλεως ὑπὸ τοῦ Λεπτίνου, παραλαβὼν τὴν Ἀπολλωνίαν,

Ἀπολλωνίαν, ταύτῃ τε καὶ τῇ τῶν Ἐγγυίνων ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν. Id eſt: *Timoleon, Engyum urbem, Leptinæ tyrannide preſſam, adgreſſus, continuis eam oppugnationibus fatigabat; omneis in id nervos intendens, uti, expulſo tyranno, Engyinis libertatem reſtitueret. Itaq; Leptinen, terrore ad deditionem perculſum, datâ incolumitatis fide, in Peloponneſum miſit. & quia Leptinæ dominatum Apollonienſes etiam tulerant; Apolloniam ſimul in fidem recepit: & tàm his quàm Engyinis jus ſuum ac leges reddidit.* Factum hoc anno tertio Olympiadis CVIIII; ſummum Athenis magiſtratum gerente Soſigene; anno ante natum Ieſum CCCXLII. Libro autem XX ita tradit idem Diodorus: Ἀγαθοκλῆς, καταπλεύσας τῆς Σικελίας εἰς Σελινοῦντα, Ἡρακλεώτας μὲν, ἠλευθερωκότας τὴν πόλιν, ἠνάγκασε πάλιν ὑποτάττεσθαι. παρελθὼν δ' ἐπὶ θάτερον μέρος τῆς νήσου, Θερμίτας μὲν προσαγαγόμενος ὑποσπόνδους ἀφῆκε, τῶν Καρχηδονίων φρουρούντων ταύτην τὴν πόλιν· Κεφαλοίδιον δὲ ἐκπολιορκήσας, Λεπτίνην μὲν ταύτης ἐπιμελητὴν ἀπέλιπεν· αὐτὸς δὲ διὰ τῆς μεσογείου ποιούμενος τὴν πορείαν, ἐπεβάλετο μὲν νυκτὸς εἰς τὰ Κεντόριπα παρεισπεσεῖν, εἰσδεχομένων αὐτὸν τινῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν. καταφανοῦς δὲ τῆς ἐπιβουλῆς γενομένης, καὶ τῶν φρουρῶν παραβοηθησάντων, ἐξέπεσεν ἐκ τῆς πόλεως. μετὰ δὲ ταῦτα τινῶν ἐκ τῆς Ἀπολλωνίας μεταπεμπομένων αὐτὸν, καὶ τὴν πατρίδα προδώσειν ἐπαγγελλομένων, ἧκε πρὸς τὴν πόλιν. τῶν δὲ προδοτῶν καταφανῶν γενομένων καὶ κολασθέντων, κατὰ μὲν πρώτην ἡμέραν πολιορκήσας, ἄπρακτος ἐγένετο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πολλὰ κακοπαθήσας, καὶ συχνοὺς ἀποβαλὼν, μόλις εἷλε τὴν πόλιν· καὶ τῶν Ἀπολλωνιατῶν τοὺς πλείστους ἀποσφάξας, διήρπασε τὰς κτήσεις. Hoc eſt: *Agathocles, in Siciliam adpulſus, ſtatim Heracleenſeis, qui urbem ſuam in libertatem vindicaverant, jugum rurſus ſubire coëgit. & ad alteram inſulæ partem inde progreſſus, Thermitanos, quorum urbem Carthaginienſium tenebat præſidium, ſubegit: dataq; fide miſſos fecit. Tum expugnato Cephalædio, Leptinen ei præfecit. ipſe verò per mediterranea profectus, Centuripa noctu, receptantibus eum civium nonnullis, clam intrare conatur. at patefactis inſidiis, quum præſidium ſubveniret, ex urbe pellitur. Hinc à quibusdam Apolloniæ urbis civibus, qui patriam ſe illi tradituros receperant, accitus, eò contendit. ſed proditoribus deprehenſis, ſupplicioq; adfectis; illius quidem diei oppugnatione nihil effecit: poſtero verò die, multis incommodis adfectus, poſt magnam ſuorum jacturam, vix tandem urbe potitur: & pleriſq; Apollonienſium mactatis, bona eorum direptioni tradit.* Fazellus quum falsò, ut ſuperiori capite oſtenſum, circa Leontini amnis oſtium ſtatuiſſet Engyum opidum, Apolloniam ex iſto Diodori loco conterminam ei fecit, circa Centuripa & Aetnam montem; nequaquàm illorum Stephani verborum memor.

GALATA opidum.

Porrò ultra Apolloniam & Roſmarinum flumen ad Fitaliæ amnis fontem opidum vulgò hodiè dicitur *Galati.* id antiquitus adpellabatur Γαλατὴ, GALATA. unde *opidani* apud Plinium, lib. III, cap. VIII, leguntur mediterranei in noviſſimis editionibus GALATANI; at in vetuſtioribus nonnullis, in quibus una eſt Parmæ anno à nato Ieſu CIↃCCCCLXXVI vulgata, ſunt *Galatheni*; haud dubiè mendoſo vocabulo, pro GALATINI. nam quum à Γαλατὴ poſterioribus Græcis promiſcuè dicerentur opidani Γαλατηνοὶ & Γαλατῖνοι· Latini id etiam uſurparunt *Galateni:* quod poſteà ab imperito aliquo exſcriptore adſpiratum eſt *Galatheni.* Apud Priſcianum lib. II ita legitur: *Præneſte, Præneſtinus; Calate, Calatinus; Calacte, Calactinus.* An idem vocabulum *Galate* dictum etiam fuerit *Calate*, an verò hoc ita à Priſciano aut eius exſcriptoribus detortum, equidem neſcio. apud Ciceronem certè in Verrinis & in Familiar. lib. XIII, epiſtolâ XXXVII, ut ſuprà, huius lib. II cap. IIII docui, per hunc errorem facti ſunt librariis *Calatini*, qui erant re verâ *Calactini.*

NOAE opidum.

Vltra Galaten, inter Cántaram & Oliverium amneis, qua Neptunio ſeu Peloro monti junguntur Heræa ſive Iunonia juga, opidum vulgari nunc eſt vocabulo *Noara.* id nomine ſuo memoriam ſervare videtur antiqui opidi, quod Stephani epitomatori & Svidæ Favorinoque dicitur Νόαι, NOAE: atque inde *opidani* iisdem Νοαῖοι, *Noæi*; qui Plinio, lib. III, cap. VIII, in mediterraneis ſunt NOAENI. Stephani epitomator: Νόαι· τὸ ἐθνικὸν Νοαῖος· ἔστι δὲ πόλις Σικελίας. Id eſt: *Noæ; gentilitium Noæi. eſt autem Siciliæ opidum.* Svidas ac Favorinus: Νόαι, πόλις Σικελίας, ἧς ὁ πολίτης Νοαῖος. Hoc eſt: *Noæ, opidum Siciliæ; cujus opidanus dicitur Noæus.* At Latino ore rectè dicerentur NOENSES.

ABACAENVM opidum.

Infra Noaram, versùs litus & oſtium Oliverii amnis contendenti occurrit opidum vulgari vocabulo *Tripi.* de hoc ita tradit Fazellus, decad. I, lib. VIIII, cap. VII: *Furnaris opidulum, ad paſſuum millia duo ab Oliverio fluvio & paullisper à litore recedens exſtat. cui interiùs ad paſſuum millia* III *incubat in edito & undiquaque prærupto monte Tripis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

opidum. infra huius autem mœnia magnæ urbis &, ut adparet, vetuſtiſſimæ, magniq; ambitus, ſed usque ad fundamenta dirutæ, veſtigia, lapides quadrati, columnæ jacentes, & arces proſtratæ, cernuntur. quænam tamen apud maiores fuerit, hactenus non comperi. At Ioſephus Bonfilius in Sicular. rer. partis I lib. I, antiquum eſſe credi ABACAENVM tradit: quod Græcis auctoribus, Diodoro, Stephano, Svidæ ac Favorino ſcribitur Ἀβακαῖνον, & uni Ptolemæo Ἀβάκαινα, ABACAENA. Svidas & Favorinus: Ἀβακαῖνον, πόλις Σικελίας. Id eſt: *Abacænum, opidum Siciliæ.* Stephani epitomator: Ἀβακαῖνον, πόλις Σικελίας, οὐδετέρως καὶ παροξυτόνως, καὶ ἡ παραληγοῦσα διὰ διφθόγγου. τὸ ἐθνικὸν Ἀβακαινῖνος, ὡς Ἀκραγαντῖνος. Id eſt: *Abacænum, opidum Siciliæ, neutrius generis, accentu in penultimâ, quæ per diphthongum ſcribitur. Gentilitium inde* ABACAENINVS; *ut Acragantinus.* Eorum ſententiæ, qui opidi huius monumenta apud Tripium opidum hodiè exſtare opinantur, meritò ego accedo; Diodori maximè atque Ptolemæi auctoritate inductus. quidpe hic opidum id collocat in mediterraneo, ſupra oſtium Heliconis amnis; quem nunc Oliverium eſſe, ſuprà huius lib. II cap. V docui: Diodorus verò lib. XIIII ita tradit: Ἀθήνησι μὲν παρέλαβε τὴν ἀρχὴν Δημήστρατος· ἐν δὲ τῇ Σικελίᾳ Μάγων, ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς δυνάμεις ἀθροίσας, ἐστράτευσεν εἰς τὴν Μεσσήνην. λεηλατήσας δὲ τὴν χώραν, καὶ πολλῆς ὠφελείας ἐγκρατὴς γενόμενος, ἀνέζευξε, καὶ πρὸς Ἀβακαίνῳ πόλει συμμαχίδι κατεστρατοπέδευσε. Id eſt: *Athenis ſummum gerente magiſtratum Demeſtrato, in Siciliâ Mago, Carthaginienſium dux, coactis copiis, Meſſanæ bellum intulit. agrisq; pervaſtatis quum prædam magnam obtinuiſſet, exercitu reducto, apud Abacænum opidum, fœdere ſibi junctum, caſtra poſuit.* Factum hoc Olympiadis XCVI anno IIII, ante natum Ieſum anno CCCXCIII. Sed agri Abacænini memoria eodem libro biennio antiquior adnotata eſt, Phormione Athenis ſummum gerente magiſtratum. Θεωρῶν δὲ, inquit, ὁ Διονύσιος, τοὺς Λακεδαιμονίους προσκόπτοντας ἐπὶ τῷ τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐκβεβλημένους Μεσσηνίους ἐν ἐπισήμῳ πόλει κατοικίζεσθαι, μετήγαγεν ἐκ Μεσσήνης αὐτοὺς, καὶ χωρίον τι παραθαλάττιον δοὺς τῆς Ἀβακαινίνης χώρας ἀπετέμετο· οἱ δὲ Μεσσήνιοι τὴν πόλιν ὠνόμασαν Τυνδαρίδα. Id eſt: *Sed quum Lacedæmonios hoc ipſo, quòd exterminati ab illis Meſſenii urbem inſignem accepiſſent incolendam, offenſos videret Dionyſius; è Meſſanâ translatis alium quemdam Abacæninæ regionis locum juxta mare illis attribuit. urbemque eam Meſſenii Tyndaridem adpellarunt.* Hanc mille paſſus ab oſtio Oliverii fluminis fuiſſe ſitam, ubi etiamnunc templum vulgò vocatur *Santa Maria di Tindáro*, ſuprà huius lib. II cap. V docui. Cæterùm in vulgatis equidem exemplaribus ſcriptum eſt τῆς Ἀβακλωνῆς χώρας. ſed Ἀβακαινίνης eſſe legendum, cùm Stephanus dicto loco tùm ipſe teſtatur poſteà Diodorus lib. XVIIII; ubi inter celebriores orientalis inſulæ partis civitates computantur *Abacænini.* Καὶ Καμαριναῖοι μὲν, inquit, καὶ Λεοντῖνοι, πρὸς δὲ τούτοις Καταναῖοι καὶ Ταυρομενῖται, παραχρῆμα πρέσβεις ἐκπέμψαντες προσέθεντο Καρχηδονίοις· μετ' ὀλίγας δ' ἡμέρας οἵ τε Μεσσήνιοι καὶ Ἀβακαινῖνοι καὶ συχναὶ τῶν πόλεων πρὸς Ἀμίλκαν ἀφίσταντο. Id eſt: *Camarinenſes itaque ac Leontini, Catanenſes item & Tauromenitani, miſſis extemplò legatis, ad Carthaginienſeis ſeſe adplicarunt. paucisque pòſt diebus Meſſanenſes atque Abacænini, & aliæ complures civitates ad Amilcarem defecerunt.* Sic & ex lib. XXII referunt Excerpta legationum: Μετὰ δὲ ταῦτα Ἱέρων, ἔχων δύναμιν ἀξιόλογον, ἐστράτευσεν ἐπὶ Μαμερτίνους καὶ τὴν Ἄλαισαν παραδόσει προσηγάγετο· ὑπὸ δὲ Ἀβακαινίνων καὶ Τυνδαριτῶν προθύμως προσδεχθεὶς, ἐκυρίευσε τῶν πόλεων τούτων. Hoc eſt: *Poſt hæc Hiero, validum habens exercitum, adversùs Mamertinos expeditionem fecit. Alæſam deditione ſibi adjunxit. & ab Abacæninis Tyndaritanisque propensè acceptus, his etiam civitatibus potitus eſt.* Sed & lib. XVIIII anteà Abacænum opidum ſimiliter conterminum facit Mylis, Meſſanenſium caſtello. Ἀγαθοκλῆς, inquit, ὁ τῶν Συρακουσίων δυνάστης, κατέχων [Μύλας,] φρούριον τῶν Μεσσηνίων, ἐπηγγείλατο λαβὼν παρ' αὐτῶν τριάκοντα τάλαντα παραδώσειν τὸν τόπον. δόντων δὲ τῶν Μεσσηνίων ἀργύριον, οὐ μόνον διεψεύσατο τοὺς πιστεύσαντας ταῖς ἐπαγγελίαις, ἀλλὰ καὶ τὴν Μεσσήνην αὐτὴν ἐπεχείρησε καταλαβέσθαι. * . * . καθ' ὃν δὴ χρόνον ἧκον ἐκ Καρχηδόνος πρέσβεις, οἱ τῷ μὲν Ἀγαθοκλεῖ περὶ τῶν πραχθέντων ἐπετίμησαν, ὡς παραβαίνοντι τὰς συνθήκας· τοῖς δὲ Μεσσηνίοις εἰρήνην παρεσκεύασαν, καὶ τὸ φρούριον ἀναγκάσαντες ἀποκαταστῆσαι τὸν τύραννον, ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Λιβύην. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς παρελθὼν εἰς Ἀβακαῖνον, πόλιν σύμμαχον, τοὺς δοκοῦντας ἀλλοτρίως ἔχειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἀπέσφαξεν. Hoc eſt: *Agathocles, Syracuſanorum princeps, quum Mylas, Meſſanenſium caſtellum, teneret; reſtituturum ſe id eis promiſit, ſi* XXX *talenta accepiſſet. quod argenti pondus ubi Meſſanenſes exhibuerant, non modò fidem promiſſorum fefellit; ſed ipſam inſuper Meſſanam occupare conatus eſt.* Et exiguo pòſt: *Circa hoc tempus Carthaginienſium legati venêre; qui de perpetratis, quòd pactorum fidem transgrederetur, cum illo expoſtularunt. &*

conciliatâ

conciliatâ Meſſanenſibus pace, caſtellum etiam reſtituere tyrannum coëgêre: atque tum in Africam redierunt. Agathocles verò ad Abacænum opidum, ſocietatis fœdere ſibi conjunctum, profectus, quoſdam illic, qui adverſari ſibi videbantur, jugulavit. Ex his igitur tot ac tam diſertis locis commodum jam atque facile erit mendoſum locum apud Appianum emendare. Verba eius, Civil. bellor. lib. v, ſunt iſta: μύλας δ' ἔτι καὶ τὰ ἐκ Μυλῶν ἐπί τε Ναυλόχους καὶ Πελωριάδα τὰ παράλια ἅπαντα φρουραὶ Πομπηΐου κατεῖχον. ἐκράτει δὲ καὶ τῶν στενῶν ἑκατέρων ὁ Πομπήϊος, ἀμφί τε τὸ Ταυρομένιον καὶ περὶ μύλας, καὶ παρόδους τῶν ὀρῶν ἀπετείχιζε, καὶ τὸν Καίσαρα, ἐκ Τυνδαρίδος ἐς τὸ πρόσθεν ἰόντα, ἠνώχλει, μὴ συμπλεκόμενον. Ἀγρίππου δὲ νομισθέντος ἐπιπλεῖν, ἐς Πελωριάδα μετεπήδησεν, ἐκλιπὼν τὰ στενὰ περὶ μύλας· καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτά τε κατέσχε καὶ μυλῶν, καὶ Ἀρτεμισίου, πολίχνης βραχυτάτης. ψευδοῦς δὲ τῆς Ἀγρίππου δόξης φανείσης, ὁ Πομπήϊος ἡσσηθεὶς τῶν στενῶν ἀφῃρημένος, τὸν Τισιηνὸν ἐκάλει μετὰ τοῦ στρατοῦ. Τισιηνῷ δ' ὁ Καῖσαρ ὑπήντα, καὶ διημάρτανε τῆς ὁδοῦ περὶ ὄρος τὸ μυκώνιον, ἔνθα ἄσκηνος ἐνυκτέρευσεν. * . μετὰ δὲ τοῦτο τὴν Παλαιστηνῶν γῆν ἔκειρε, καὶ Λέπιδος αὐτῷ συνήντετο σιτολογῶν· καὶ Μεσσήνῃ παρεστρατοπέδευον ἀμφότεροι. Hoc eſt: *Mylas adhuc, & omnem hinc ad Naulochos Peloriademque oram maritimam Pompeii tenebant præſidia. fauceis quoque utrasq., tùm Taurominitanas tùm Mylenſeis, Pompeius occupaverat; & montanos calleis muris interſepiit. & Cæſarem à Tyndaride procedentem infeſtabat, abſtinentem prælio. Quum verò Agrippam adpulſurum crederet, ad Peloriadem transcurrit; deſertis faucibus Mylenſibus. quas mox Cæſar occupavit, unà cum ipſis Mylis & Fano Dianæ, exiguo opido. Sed ubi opinio de Agrippæ adventu evanuit; Pompeius, cognito, amiſſas eſſe fauceis, Tiſienum accivit cum exercitu. Ei Cæſar obviam progreſſus, aberravit à viâ circa montem Myconium: ubi ſine tentorio pernoctavit. Poſt hæc Palæſtenorum agrum vaſtavit: & Lepidus factus ei eſt obviam, frumenta colligens. moxque ambo Meſſanam obſederunt.* Pompeii exercitum, quem Tiſienus ad Pelorum verſùs & Naulochum ducere debebat, Meſſanæ, Lepidum verò ad Tauromenium fuiſſe, ex præcedenti ibidem narratione liquidò patet. MYCONIVS igitur iſte MONS vertex quidam fuit in jugis Pelori ſeu Neptunii montis, inter Meſſanam, Pelorum, & Naulochum, à ſiniſtrâ parte faucium Mylenſium ſeu viæ qua Mylis itur Meſſanam. namque exercitu à Meſſanâ adducto, caſtra Pompeius ad Naulochum oppoſuit caſtris Cæſaris; qui apud Dianæ Facelinæ templum erat; ut ſuprà, huius lib. II, cap. V docui. Cæterùm mendoſos iſtos Παλαιστηνοὺς, qui nulli umquàm fuêre in Siciliâ, corrigendos eſſe in Ἀβακαινίνους, ipſum hiſtoriæ ſimul & chorographiæ filum diſertè indicat.

MYCONIVS *mons.*

CAP. XIII.

Tiracia, Tyracinæ, Ancylium, opida. Cabala, Cronium, loca. Opida, Arbela, Tabas, Indara, Craſtus, Hippana. Opida incerti ſitus. Numerus univerſarum inſulæ urbium.

HActenus igitur totius inſulæ Siciliæ antiquitates, quæ ex veterum monumentis in lucem erui potuerunt, ſummâ, quantum in nobis fuit, curâ ac diligentiâ expoſuimus. Reliquum eſt, uti ad finem huius commentationis eorum quoque locorum, quibus nulli certi ſitus diſpici poſſunt, memoria producatur.

Marciano Heracleenſi atque Straboni memorantur *urbes* Καλλίπολις, CALLIPOLIS, & Εὔβοια, EVBOEA: quarum huius Herodotus, illius Silius ac Stephanus, quoque meminerunt. Marciani hæc ſunt:

Μετὰ ταύτας δὲ ἀπὸ Νάξου Λεοντῖνοί τε καὶ
Ἡ τὴν θέσιν τ' ἔχουσα Ῥηγίου πέραν
Ἐπὶ τοῦ δὲ πορθμοῦ κειμένη Σικελικοῦ,
Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις, ἔσχον ἀποικίας.
Πάλιν δ' ἀπὸ τούτων δύο πόλεις, Εὔβοια
Καὶ μύλαι κατῳκίσθησαν ἐπικαλούμεναι.

Id eſt: *Poſt hæc à Naxo Leontini, &,*
Quæ ex adverſo Rhegii
Ad fretum Siculum ſita eſt,
Zancle, item Catana, & Callipolis, accepêre colonias.
Rurſus verò ab his duæ urbes, Eubœa
Et Mylæ dictæ, conditæ fuerunt.

Hinc Strabo, lib. VI, enarratis præcipuis, quæ tum exſtabant, Siciliæ urbibus; Ἡ δ' ἄλλη, inquit, κατοικία, καὶ τῆς μεσογαίας ποιμένων ἡ πλείστη γεγένηται. οὐ γὰρ Ἱμέραν ἔτι συνοικου-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

[illegible] ἴσμεν, οὔτε Γέλαν, οὔτε Καλλίπολιν, οὔτε Σελινοῦντα, οὔτ' Εὔβοιαν, οὔτ' ἄλλας πλείους. ὧν τὴν Ἱμέραν μὲν οἱ ἐν Μυλαῖς ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι, Καλλίπολιν δὲ Νάξιοι, Σελινοῦντα δὲ οἱ αὐτόθι Μεγαρεῖς, Εὔβοιαν δὲ οἱ Λεοντῖνοι. Id eſt: *Reliqua opida & quæ in mediterraneo olim fuêre, paſtorum nunc domicilia pleraque facta ſunt. non enim hodiè comperimus à civibus incoli Himeram, non Gelam, non Callipolin, non Selinûntem, non Eubœam, non alias plureis. de quibus Himeram condiderant Zanclæi, Mylas habitantes: Callipolin Naxii; Selinûntem Megarenſes Sicilienſes; Eubœam Leontini.* Stephani epitomatori: Καλλίπολις, πόλις Σικελίας. οἱ πολῖται Καλλιπολῖται. Id eſt: *Callipolis, urbs Siciliæ. Opidani inde Callipolitæ.* Sed Latinè CALLIPOLITANI; ut *Neapolitani*; & id genus alii. Fuiſſe in orientali inſulæ latere, patet ex Herodoti lib. VII; ubi ita ſcriptum eſt: Πολιορκέοντος Ἱπποκράτεος Καλλιπολίτας τε καὶ Ναξίους, καὶ Ζαγκλαίους τε καὶ Λεοντίνους, καὶ πρὸς Συρηκουσίους τε καὶ τῶν βαρβάρων συχνούς, ἀνὴρ ἐφαίνετο ἐν τούτοισι τοῖσι πολεμίοισι ἐὼν ὁ Γέλων λαμπρότατος. Id eſt: *In quibus bellis Hippocrates obſedit Callipolitanos, & Naxios, Zanclæosq; & Leontinos, pugnavitq; cum Syracuſanis & permultis Barbarorum, in iis bellis Gelo exſtitit vir præſtantiſſimus.* Gelæ tyrannus erat Hippocrates. cui per fraudem poſteà ſucceſſit iſte Gelo. qui mox Syracuſarum etiam urbe in poteſtatem redactâ, Camarinenſeis & Megarenſeis in eam transtulit: teſte ibidem Herodoto; qui poſt hæc ita pergit: τὠυτὸ δὲ τοῦτο καὶ Εὐβοέας τοὺς ἐν Σικελίῃ ἐποίησε. Id eſt: *Idem hoc & Eubœenſibus, qui ſunt in Siciliâ, fecit.* Medio ferè itinere inter Gelæ & Anapi amnium fonteis, apud exortum fluminis, qui vulgò nunc vocatur *Drillo*, opidum eſt vulgari vocabulo *Licodia.* de quo ita Fazellus, decad. I, lib. X: *In rupe editâ ac præruptâ Lycodia Saracenici nominis opidum eſt. ubi miræ vetuſtatis, licèt proſtratæ ac ſepultæ magnâ ex parte, ſunt ruinæ, veſtigia procul dubio jacentis priſcæ urbis; quam & ego incognitam pertranseo.* Hæc urbs fortè fuit antiqua illa *Eubœa*, colonia Leontinorum. neque enim ſitus, haud procul Teriæ, Leontinorum amnis, fonte, abhorret. Idem Fazellus, decad. I, lib. III, cap. I, ita ſcribit de antiquâ urbe Aetnâ: *Ea hodiè neque veſtigiis agnoſcitur, neque quo loco ſteterit: niſi, quòd ad Maſcalim, ubi urbis veteris jacentis plura circùm arcem cernuntur hodiè monumenta, plerique, ſolâ opinione ac conjecturâ ducti, fuiſſe eam referunt.* Aetnam fuiſſe inter Catanam & Centuripas, quo loco nunc eſt cœnobium S. Nicolai de Arenis, ſuprà lib. I, cap. VIII, oſtenſum eſt. libro verò II, cap. VI, *Bidium*, Taurominitani agri caſtellum, fortè eſſe *Maſcalim*, conjeci. at quia nulla eius rei certa diſpici poſſunt documenta; *Callipolim* heic olim fuiſſe, non negaverim. & bello Punico ſecundo ea adhuc exſtitit; ſi Silio poëtæ credimus. ſic quidpe ille lib. XIIII canit:

Romanos Petræa duces, Romana petivit
Fœdera Callipolis, lapidoſique Engyon artus;
Hadranum Hergentumq; ſimul.

TIRACIA *urbs.*

Cæterùm apud Diodorum lib. XII Siculorum *urbs* memoratur nomine Τρινακία, *Trinacia*; ut vulgata habent exemplaria. Nomen id quum quondam fuerit univerſæ inſulæ; ut lib. I cap. II oſtenſum; meritò quis ſuſpicetur, corruptum in id fuiſſe poſtmodùm urbis vocabulum, quod fortè fuerit Τιρακία, TIRACIA: unde *opidani* apud Plinium lib. III, cap. VIII leguntur TIRACIENSES; qui Diodoro ſunt Τρινάκιοι, *Trinacii*; pro, Τιράκιοι, *Tiracii*. Verba Diodori hæc ſunt: Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Μυριχίδου, Συρακούσιοι, πάσας τὰς τῶν Σικελῶν πόλεις ὑπηκόους ποιησάμενοι, πλὴν τῆς ὀνομαζομένης Τρινακίης, ἔγνωσαν ἐπὶ ταύτην στρατεύειν. σφόδρα γὰρ ὑπώπτευον τοὺς Τρινακίους ἀντιλήψεσθαι τῆς τῶν ὁμοεθνῶν Σικελῶν ἡγεμονίας. Ἡ δὲ πόλις αὕτη πολλοὺς καὶ μεγάλους ἄνδρας εἶχεν, ἀεὶ τὸ πρωτεῖον ἐσχηκυῖα τῶν Σικελικῶν πόλεων. ἦν γὰρ ἡγεμόνων ἡ πόλις αὕτη πλήρης, μέγα φρονούντων ἐπ' ἀνδρείᾳ. διὸ καὶ πάσας τὰς δυνάμεις ἀθροίσαντες ἔκ τε Συρακουσῶν καὶ τῶν συμμάχων πόλεων, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτήν. οἱ δὲ Τρινάκιοι συμμάχων μὲν ἦσαν ἔρημοι, διὰ δὲ τὰς ἄλλας πόλεις, αἳ ὑπήκουον Συρακουσίοις, μέγαν ἀγῶνα συνεστήσαντο. ἐκθύμως γὰρ ἐγκαρτεροῦντες τοῖς δεινοῖς, καὶ πολλοὺς ἀνελόντες, ἡρωϊκῶς μαχόμενοι πάντες κατέστρεψαν τὸν βίον. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων οἱ πλείους ἐκ τοῦ ζῆν μετέστησαν, οὐχ ὑπομείναντες τὰς ἐκ τῆς ἁλώσεως ὕβρεις. οἱ δὲ Συρακούσιοι τοὺς πρότερον ἀηττήτους γεγονότας νικήσαντες ἐπιφανῶς, τὴν μὲν πόλιν ἐξανδραποδισάμενοι κατέσκαψαν, τῶν δὲ λαφύρων τὰ κράτιστα ἀπέστειλαν εἰς Δελφούς, χαριστήρια τῷ θεῷ. Hoc eſt: *Summum Athenis magiſtratum gerente Myrichide, Syracuſani, poſtquàm cunctas per Siciliam urbeis ſuo imperio ſubdidiſſent, exceptâ unâ Trinaciâ; hanc quoque bello adoriri ſtatuerunt. valde enim opes Trinaciorum ſuſpectas habebant: veriti, ne quando Siculorum, gentis cognatæ, imperium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ad ſe transferrent. Hæc quidpe urbs multos & magnæ virtutis viros ſemper habuit. eoque principatum inter urbeis Siculas obtinuit. viris enim ad gerenda imperia idoneis, & celſos ob fortitudinem ſpiritus habentibus, plena erat. Itaque cunctas è Syracuſis ac ſociis urbibus copias contrahunt; eosque adversùs Trinacios educunt. At hi externo ſociorum præſidio deſtituti, propter cæteras urbeis, quæ Syracuſanis parebant, ingens certamen commiſerunt; & animosè fortiterque ſeſe periculis objectantes, heroicè dimicando univerſi oppetierunt. maior etiam pars ſeniorum, quòd captivitatis ignominiam ſubire nollent, ultro ſe vitâ abdicarunt. Syracuſani ergo tam illuſtrem de his, qui invicti hactenus fuerant, victoriam adepti, incolis in ſervitutem redactis, urbem ſolo æquarunt. ex manubiis verò pretioſiſſima quæque ad grates deo perſolvendas Delphos transmiſère. Apud Stephani epitomatorem eſt Siciliæ *opidum* Τυρακῖναι, TYRACINAE. id an idem ſit cum iſto Diodori *Trinaciâ*, ac Plinii *Tiraciâ*, haud temerè dixerim. Verba epitomatoris hæc ſunt: Τυρακῖναι, πόλις Σικελίας· μικρὰ μὲν, εὐδαίμων δ' ὅμως. τὸ ἐθνικὸν Τυρακιναῖος, καὶ Τυρακιναία θηλυκόν· Τυρακηνὸν δὲ αὐτὴν Ἀλέξανδρος ἐν Εὐρώπῃ καλεῖ. Hoc eſt: *Tyracinæ, opidum Siciliæ: parvum equidem; at opulentum. Gentilitia inde Tyracinæus, & femininum Tyracinæa. Tyracenum autem id vocat Alexander in Europâ.* At Latinâ formatione, TYRACINENSIS; ut Ἀγυριναῖος, *Agyrinenſis*. Plinius inter ſtipendiarios populi Romani connumerat ſuos *Tiracienſeis*. hi igitur ſi iidem fuère, quos Diodorus in præſcriptâ hiſtoriâ innuit; certè opidum eorum poſt dictam everſionem inſtauratum fuit.

TYRACINAE *opidum*.

Porrò in Legationum excerptis è Diodori lib. XXXVI iſta leguntur de initio belli ſervilis in Siciliâ: Οἱ δὲ δοῦλοι συστραφέντες, καὶ τῶν Συρακουσῶν ἀπαλλαγέντες, καὶ καταφυγόντες εἰς τὸ τῶν Παλίκων τέμενος, διελάλουν πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ἀποστάσεως. ἐκεῖθεν ἐν πολλοῖς τόποις τῆς τῶν οἰκετῶν τόλμης ἐκδήλου γινομένης, πρῶτοι τῆς ἐλευθερίας ἀντεποιήσαντο κατὰ τὴν Ἀγκυλίων χώραν ἀδελφῶν δυεῖν μεγαλοπλούτων οἰκέται τριάκοντα. Id eſt: *Servi igitur, conſpiratione inter ſe factâ, quum poſt emigrationem è Syracuſis ad Palicorum fanum confugiſſent, de rebellione inter ſe conloquebantur. quumque multis in locis hæc ſervorum audacia percrebuiſſet; triginta duorum prædivitum in Ancyliorum agro fratrum ſervi primi libertatem arripuerunt.* Quo inſulæ tractu iſta τῶν Ἀγκυλίων χώρα, *Ancyliorum regio* ſeu *ager* fuerit, non additur in ſequentibus; nec facile conjectu eſt. Apud Stephani epitomatorem hæc leguntur: Ἀγκύριον, πόλις Ἰταλίας. δύναται ὁ πολίτης Ἀγκύριος, ὡς Βυζάντιος· ἢ Ἀγκυριεύς, ὡς Κιτιεύς, Δουλιχιεύς, Σουνιεύς. Id eſt: *Ancyrium, opidum Italiæ. Opidanus inde dici poteſt Ancyrius; ut Byzantius:* [ſcilicet ab urbis nomine, quod erat Βυζάντιον, *Byzantium*:] *vel Ancyrienſis; ut Citienſis, Dulichienſis, Sunienſis.* Ad eumdem fortè modum & iſtius in Siciliâ opidi nomen fuit Ἀγκύλιον, ANCYLIVM: & inde *opidani* Ἀγκύλιοι, ANCYLII. Idque eò magis credo, quòd apud Ciceronem in Verrinâ III opidani leguntur in vulgatis exemplaribus *Incilienſes*; fortè & ipſi, ut complures alii eodem loco, corrupto vocabulo; quum re verâ eſſent ANCYLIENSES; ut *Ancyrienſes* apud Stephani epitomatorem. qui tamen & ipſi quum aliàs in Italiâ planè incogniti ſint, nec ulli alii veterum auctorum memorati; facilè ego ſuſpicer, eſſe eosdem hos in Siciliâ Ἀγκυλίους. quidpe in longè alienas opida regiones transponere, haud rarum nec novum eſt iſti Stephani epitomatori.

ANCYLIVM *opidum*.

Eidem Diodoro, lib. XV, duo memorantur incertæ condicionis loca, in hiſtoriâ belli inter Dionyſium & Carthaginienſeis, quorum nomina erant, ut vulgata habent exemplaria, τὰ Κάβαλα, CABALA, & τὸ Κρόνιον, CRONIVM. quibus nullus certus adſignari poteſt ſitus. *Cronii* Polyænus quoque meminit, Strategem. lib. V.

CABALA, CRONIVM, *loca*.

Ex libro Diodori XXII, de rebus geſtis Pyrrhi regis hæc citantur in Excerptis legationum: Καὶ πρώτην πόλιν Ἡράκλειαν ὑπηγάγετο. μετὰ δὲ ταῦτα Ἀζώνας παρέλαβεν. εἶτα Σελινούντιοι τῷ βασιλεῖ προσεχώρησαν. εἶτα Ἀλικυαῖοι καὶ Αἰγεταῖοι, καὶ ἄλλαι πλεῖσται πόλεις. Ἐρυκίνης δὲ ἐχούσης φρουρὰν ἀξιόλογον Καρχηδονίων, καὶ φύσιν ὀχυρὰν καὶ δυσπολιόρκητον, ἔκρινεν ὁ Πύρρος βίᾳ ταύτην ἐξελεῖν διὰ πολιορκίας. *. καὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. φρουρὰν δὲ καταστήσας ἐν αὐτῇ, ἐπῆρε πρὸς τὴν Αἰγίνων πόλιν, ὀχυρότητι διαφέρουσαν, καὶ κατὰ τοῦ Πανόρμου καλῶς κειμένην. τῶν δὲ Ἰετίνων ἑκουσίως προσχωρησάντων, εὐθὺς ἧκεν ἐπὶ τῶν Πανορμιτῶν πόλιν. Id eſt: *Primamque urbium Heracleam ſubegit. dein Azones occupat. hinc Selinuntii regi ſeſe adjungunt. mox Alienæi & Aegetani, aliaque opida plurima. Erycina verò quum non contemnendum haberet præſidium Carthagin*i*enſium; naturâque eſſet firma & expugnatu difficilis; hanc vi per expugnationem capere decrevit.* *. *Summâq. vi urbem*

capit. præſidioque in eâ conſtituto ad Aeginorum urbem contendit, firmitate inſignem, & ſitu ad Panormum opportuno. Quumque Ietini ſe ultro accommodarent, ſtatim Panormitanorum urbem adgreditur. Corrupta iſta vocabula, Ἀλιλωαῖοι & Αἰγιταῖοι, jam anteà, ſuperiori capite, emendavi in Ἀλικυαῖοι & Αἰγεσταῖοι, *Halicyæi* ac *Aegeſtani*. pro Αἰγίνων ſcribendum eſſe Ἰετίνων, cùm ipſa ſequens oratio docet, tum ſitus *Ietinorum* opidi in excelsâ præruptâque, ut ſuperiori capite oſtenſum, rupe, inter Panormum & Erycem, in mediterranea versùs. Tot igitur iſta vocabula quum ſint vitiata, ut innumera paſſim alia in iiſdem Excerptis; equidem haud dubitaverim vocabulum quoque Ἀζῶνας in Μάζαρον, *Mazarum*, corrigere. quod Selinuntiorum fuiſſe caſtellum, ſuprà, lib. I cap. XVIII docui.

E libro Diodori XXIII hæc referunt Legationum excerpta: Ἀδράνωνα κώμην καὶ Μάκελλαν πολλὰς ἡμέρας πολιορκήσαντες Ῥωμαῖοι ἀπῆλθον ἄπρακτοι. Αἰγεσταῖοι, πρῶτον κρατούμενοι ὑπὸ Καρχηδονίων, εἰς Ῥωμαίους ἀπέκλιναν. παραπλήσιον δὲ καὶ Ἀλιλωαῖοι ἐποίησαν. ἱλαρὸν δὲ καὶ τυρίττιον καὶ τὸν ἄσκελον ἐξεπολιόρκησαν. τυνδάριοι δὲ ἰδόντες αὐτοὺς ἀπολελειμμένους, φόβῳ συσχεθέντες, ἠβουλήθησαν καὶ αὐτοὶ δοῦναι· ὑποπτεύσαντες δὲ Φοίνικες τὴν προαίρεσιν αὐτῶν, τοὺς ἐπιφανεστάτους ἔλαβον ὁμήρους εἰς τὸ Λιλυβαῖον, καὶ σῖτον οἶνόν τε καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἀπεκόμισαν. Hoc eſt: *Adronem vicum & Macellam per multos dies quum oppugnaſſent Romani, re infectâ abivêre. Aegeſtani, qui primùm Carthaginienſium imperio erant ſubjecti, ad Romanos inclinarunt. idemque & Alienæi fecerunt. Hilarum verò & Tyrittum Aſcelumque expugnarunt. Tyndarii autem, ubi derelictos ſe vident, metu adacti, etiam ipſi dedere ſe volebant. ſed Pœni, quid propoſitum haberent, ſuſpicati, nobiliſſimos eorum obſides receperunt in Lilybæum: frumentumque ac vinum & reliquum commeatum inde absportarunt.* Mendoſam vocem Ἀλιλωαῖοι, jam anteà in Ἀλικυαῖοι reſtituimus. *Tyndaritanos* heîc ſubſiſtere nullo modo poſſe, cuilibet diſpectu facile eſt; quum loca iſta cuncta in extremâ inſulæ versùs occidentem parte poſita fuerint. Vocabulum autem τὸν Ἄσκελον quin corrigendum ſit in τὸν Ἄκελλον, nemo dubitaverit, qui in iiſdem Legationum excerptis è Diodori lib. XXIII legerit iſta: Ὁ δὲ Ἰούνιος εἰς τὸ στρατόπεδον ἦλθε τὸ Λιλυβαῖον. νυκτὸς δὲ οὗτος ἐπιπεσὼν, τὸν Ἔρυκα παρέλαβε· καὶ τὸν Αἰγίθαλλον ἐτείχισεν, ὅνπερ νῦν Ἄκελλον καλοῦσιν. Id eſt: *Iunius in caſtra ad Lilybæum abiit. Is noctu Erycem adortus occupavit: & Aegithallum communivit; quem nunc Acellum vocant.* Ex hoc ſanè loco omnino judico ſcriptum fuiſſe & ex præcedente libro, Αἰγίθαλλον δὲ ὅν περ νῦν καλοῦσι τὸν Ἄκελλον. ex quo poſteà facta ſunt illa vitiata, ἱλαρὸν δὲ καὶ τυρίττιον καὶ τὸν Ἄσκελον. Pro voce autem Τυνδάριοι reſtituendum cenſeo Δρεπάνιοι, ſive Δρεπανῖται, *Drepanii*, ſeu *Drepanitani*. ſic quidpe poſteà ex dicto lib. XXIIII: Ὁ δὲ Κλαύδιος εἰς τὰ Δρέπανα πρὸς Καρχηδονίους ἀπῆλθε, πολεμήσων αὐτούς. * . * . Καὶ τὴν ἀγορὰν τῶν Ῥωμαίων τοῦ σίτου ἔφερον [οἱ Καρχηδόνιοι] εἰς Δρέπανα. καὶ τῆς λοιπῆς ἀγορᾶς τὴν χρείαν ἐκ τῆς Δρεπάνης λαβόντες, εἰς τὸ Λιλυβαῖον ἦλθον. Id eſt: *Claudius Drepana adversùs Carthaginienſeis profectus eſt, uti cum iis dimicaret. * . * . Commeatum Romanorum frumenti interceptum Drepana comportarunt* [Carthaginienſes] *ac de reliquo commeatu, quantum uſui ſibi futurum erat, è Drepanitano agro accepto Lilybæum abiverunt.*

Cæterùm apud Silium, lib. XIIII, hi leguntur verſus:

Sidonios Arabeia ferox & celſus Ietas,
Et bellare Tabas docilis Coſſyraque parva,
Nec maior Megarâ Mutye concordibus auſis
Iuvêre, & ſtrato Caulum ſpectabile ponto,
Quum ſonat Halcyones cantu, nidoſque natanteis
Immota geſtat, ſopitis fluctibus, unda.

ARBELA *opidulum.*

Ex his *Arabeia*, nullum dubium eſt, quin ſit vitiato nomine à vero ARBELA. fuit quidpe perantiqua *urbs* Siciliæ hoc vocabulo ἡ Ἀρβέλη· ſeu plurali etiam numero αἱ Ἀρβέλαι, Stephani epitomatori, Svidæ, atque Apoſtolio in Proverbiis memorata. Stephani epitomator: Ἀρβέλη, πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀρβελαῖος. Φίλιστος, Σικελικῶν ὀγδόῃ. Id eſt: *Arbela, opidum Siciliæ. gentilitium Arbelæus: auctore Philiſto, Sicular. rer. lib.* VIII. Svidas: Ἀρβέλαι, πόλισμα Σικελικὸν· ἡ Ἀρβέλη. οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ἐκεῖσε ἐδόκουν εὐεξαπάτητοι εἶναι· καὶ παροιμία· Τί οὐ γενήσῃ ἰὼν ἐς Ἀρβέλας. Hoc eſt: *Arbelæ, opidulum Siciliæ; ſive Arbela. Incolæ autem eius faciles ad decipiendum eſſe putabantur. unde proverbium; Quid non fies, Arbelas ſi te conferas?* Eadem ferè verba referunt Apoſtolius & Proverbiorum adpendix Vaticana: niſi quòd in hac nomen opiduli corruptum eſt Ἀρβέλα.

Ἄρβελα, pro Ἀρβέλαι. nam ibidem eſt ἰὼν εἰς Ἀρβέλας. De cætero quo ſitu opidulum hoc fuerit, planè nihil liquet. Id verò ne te moveat, quòd Silius in eo vocabulo literam brevem ε produxerit. ſic ſcilicet idem in voce *Ietas* fecit; quæ & ipſa Græcis erat Ἰεταί· ut ſuperiori capite patuit.

Alterum illud opidum ὁ Τάβας, TABAS, nulli alii memoratum eſt: niſi fuerit forte idem, de quo ita Stephani epitomator: Ταύακα, πόλις Σικελίας· Φίλιστος ὀγδόῳ. τὸ ἐθνικὸν Ταυακῖνος. Id eſt: *Tauaca, opidum Siciliæ; auctore Philiſto, lib.* VIII. *Gentilitium inde Tauacinus.* Eſt hodiè Ennæ, Aſsôro, atque Agyrio conterminum caſtellum, vulgari vocabulo *Tavi*. id eſſe antiquum illum *Tabam*, nullâ aliâ certâ conjecturâ, niſi ſolâ nominis quadam ſimilitudine, adſequi licet. Et ut *Ietas* eiusdem Silii Græcis formabatur plurali numero Ἰεταί, ſic & *Tabas* fortè fuit Τάβαι, TABAE.

TABAE *opidum.*

In occidentali item inſulæ parte *opida* memorantur Stephani epitomatori Ἴνδαρα, INDARA, & Κραστὸς, CRASTUS. quorum huius Herodotus quoque & Svidas meminêre. Sed Herodoto formatur ὁ Κράσις, GRASTIS; ut mox videbimus. Stephani epitomator: Ἴνδαρα, Σικανῶν πόλις· Θεόπομπος. τὸ ἐθνικὸν Ἰνδαραῖος, ὡς Ἱμεραῖος. Id eſt: *Indara, Sicanorum opidum; auctore Theopompo. Gentilitium, Indaræus; ut Himeræus.* Et poſteà: Κραστὸς, πόλις Σικελίας τῶν Σικανῶν· Φίλιστος, Σικελικῶν τρισκαιδεκάτῳ. Ἐκ ταύτης ἦν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς, καὶ Λαῒς ἡ ἑταίρα, ὡς Νεάνθης ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. ἔχει δὲ ἡ πόλις εὐπρεπεστάτας γυναῖκας, ὡς Φιλήμων. Ἀπίων δὲ, ὅτι μόνος Πολέμων ἔφη τὴν Λαΐδα Κορινθίαν. ὁ πολίτης Κραστῖνος. Id eſt: *Craſtus, opidum Siciliæ Sicanorum; auctore Philiſto, Sicular. rer. lib.* XIII. *Ex hoc fuit Epicharmus comicus; & item Lais meretrix; ut auctor eſt Neanthes, in libro de viris illuſtribus. Habet autem hoc opidum formoſiſſimas mulieres; teſte Philemone. At Apion tradit, ſolum Polemonem adpellaſſe Laidem Corinthiam. Opidanus inde eſt Craſtinus.* Svidas: Ἐπίχαρμος, Τιτύρου ἢ Χειμάρου καὶ Σικίδος, Συρακούσιος, ἢ ἐκ πόλεως Κραστοῦ τῶν Σικανῶν. Id eſt: *Epicharmus, Tityri ſive Chimari & Sicidis filius, Syracuſanus, ſive ex opido Sicanorum Craſto.* Sicanorum fines quum jam inde à transgreſſu Siculorum ex Italiâ in Siciliam extra duos Himeras amneis, ut lib. I cap. XVII docui, conſtiterint, falſiſſima eſt ſententia Fazelli, qui decad. I lib. X. *Craſtum* tradit fuiſſe prope Alcaram opidum; ubi veteris urbis ruinas reperit circa Roſmarinum amnem. Ortelii quoque haud levior eſt error; qui in Theſauro geographico, Siciliam heic apud Stephani epitomatorem intelligit partem Italiæ inferiorem, inſulæ Siciliæ proximam; quæ & ipſa poſteriori ſæculo Siciliæ nomine adpellabatur; ut ſuo loco in Italiæ opere oſtenſum: hancque opinionem ſuam Herodoti auctoritate adſerere ſe poſſe putavit. Apud Herodotum, lib. V, hæc leguntur de Dorieo Lacedæmonio: Ἐνθαῦτα δέ οἱ Ἀντιχάρης, ἀνὴρ Ἐλεώνιος, συνεβούλευσε ἐκ τῶν Λαΐου χρησμῶν, Ἡρακλείην τὴν ἐν Σικελίῃ κτίζειν, φὰς τὴν Ἔρυκος χώρην πᾶσαν εἶναι Ἡρακλειδέων, αὐτοῦ Ἡρακλέος κτησαμένου. ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, ἐς Δελφοὺς οἴχετο, χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ, εἰ αἱρέει ἐπ' ἣν στέλλεται χώρην. ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ αἱρήσειν. Παραλαβὼν δὲ ὁ Δωριεὺς τὸν στόλον, ἐκομίζετο παρὰ τὴν Ἰταλίην. Τὸν χρόνον δὲ τοῦτον, ὡς λέγουσι Συβαρῖται, σφέας τε αὐτοὺς καὶ Τῆλυν τὸν ἑωυτῶν βασιλῆα ἐπὶ Κρότωνα μέλλειν στρατεύεσθαι· τοὺς δὲ Κροτωνιήτας, περιδεέας γενομένους, δεηθῆναι Δωριέος σφίσι τιμωρῆσαι, καὶ τυχεῖν δεηθέντας. συστρατεύεσθαί τε δὴ ἐπὶ Σύβαριν Δωριέα, καὶ συνελεῖν τὴν Σύβαριν. Ταῦτα μέν νυν Συβαρῖται λέγουσι ποιῆσαι Δωριέα τε καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ. Κροτωνιῆται δὲ οὐδένα σφίσι φασὶ ξεῖνον προσεπιλαβέσθαι τοῦ πρὸς Συβαρίτας πολέμου, εἰ μὴ Καλλίαν τῶν Ἰαμιδέων μάντιν Ἠλεῖον μοῦνον. Ταῦτα δὲ ὦν οὗτοι λέγουσι· μαρτύρια δὲ τούτων ἑκάτεροι ἀποδεικνύουσι τάδε· Συβαρῖται μὲν τέμενός τε καὶ νηὸν ἐόντα παρὰ τὸν ξηρὸν Κράσιν· τὸν ἱδρύσασθαι συνελόντα τὴν πόλιν Δωριέα λέγουσι Ἀθηναίῃ ἐπωνύμῳ Κρασίῃ. τοῦτο δὲ, αὐτοῦ Δωριέος τὸν θάνατον μαρτύριον μέγιστον ποιεῦνται, ὅτι παρὰ τὰ μεμαντευμένα ποιέων διεφθάρη. εἰ γὰρ δὴ μὴ παρέπρηξε μηδὲν, ἐπ' ᾧ δὲ ἐστάλη ἐποίεε, εἷλε ἂν τὴν Ἐρυκίνην χώρην, καὶ ἑλὼν κατέσχε· οὐδ' ἂν αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὴ διεφθάρη. Οἱ δ' αὖ Κροτωνιῆται ἀποδεικνῦσι Καλλίῃ μὲν τῷ Ἠλείῳ ἐξαίρετα ἐν γῇ τῇ Κροτωνιήτιδι πολλὰ δοθέντα· τὰ καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ἐνέμοντο οἱ Καλλίεω ἀπόγονοι, Δωριέϊ δὲ καὶ τοῖσι Δωριέος ἀπογόνοισι οὐδέν. καίτοι εἰ συνεπελάβετο τοῦ Συβαριτικοῦ πολέμου Δωριεὺς, δοθῆναι ἄν οἱ πολλαπλάσια ἢ Καλλίῃ. Ταῦτα μέν νυν ἑκάτεροι αὐτέων μαρτύρια ἀποφαίνονται. Συνέπλεον δὲ Δωριέϊ καὶ ἄλλοι συγκτίσται Σπαρτιητέων, Θεσσαλὸς καὶ Παραιβάτης καὶ Κελέης καὶ Εὐρυλέων· οἳ ἐπεί τε ἀπίκοντο παντὶ στόλῳ ἐς τὴν Σικελίην, ἀπέθανον μάχῃ ἑσσωθέντες ὑπό τε Φοινίκων καὶ Αἰγεσταίων. μοῦνος δέ γε Εὐρυλέων τῶν συγκτιστέων περιεγένετο τούτου τοῦ πάθεος. Συλλαβὼν δὲ οὗτος τῆς στρατιῆς τοὺς περιγενομένους, ἔσχε Μινώην τὴν Σελινουσίων ἀποικίην. Hoc eſt: *Heic Antichares, vir Eleonius, conſilium ei dedit ex Laii oraculis, ut Heracleam in Siciliâ conderet; adfirmans, omnem Erycis regionem eſſe Heraclidarum, ab ipſo*

INDARA, CRASTUS, *opida.*

Hercule adquiſitam. Hoc illo audito, Delphos ſe contulit, ad oraculum conſulendum, numquid regione, ad quam mittebatur, potiturus eſſet. Pythia, eum potiturum, reſpondit. Sumtâ igitur Dorieus claſſe, Italiam prætervehebatur. Fortè tum Sybaritani, ut ipſi aiunt, cum rege ſuo Tely bellum Crotonienſibus erant illaturi. id metuentes Crotonienſes, Dorieum, uti ſibi opem ferret, oravêre. Is precibus inductus, unà cum illis adversùs Sybarin exercitum duxit: eamque cepit. Hæc quidem Sybaritani aiunt Dorieum, & qui cum illo erant, feciſſe. at Crotonienſes negant ſe quemquam exterum in bello adversùs Sybaritanos adſciviſſe, præter unum Calliam Eléum, ex Iamideis vaticinibus. Hæc iſti ita aiunt. earumque rerum utrique teſtimonia hæc adferunt: Sybaritani quidem, partim lucum ac fanum apud Craſtin; quod Dorieum captâ urbe aiunt excitaſſe Minervæ cognomento Craſtiæ: partim ipſius Dorici necem; quam volunt eſſe maximum documentum, quòd, contra oraculi reſponſa dum ageret, interemtus fuit. quidpe ſi nihil, niſi id, ad quod mittebatur, facere occepiſſet; Erycinam terram obtenturum fuiſſe, obtentamque poſſeſſurum: nec ipſe unà cum exercitu abſumtus fuiſſet. At Crotonienſes multa monſtrant peculiariter donata Calliæ Eléo in agro Crotonienſi: quæ etiam ad meam usque ætatem poſteri Calliæ incolebant. Dorieo autem & eius poſteris nihil omnino fuiſſe donatum. cui tamen, ſi in bello Sybaritano fuiſſet Crotonienſibus auxilio, multo plura, quàm Calliæ, fuiſſent donata. Atque hæc pro ſe utrique eorum documenta adferunt. Cæterùm navigarunt cum Dorieo & alii Spartanorum, deducendæ coloniæ ſocii; Theſſalus, Paræbates, Celees, & Euryleon, qui quum Siciliam omni claſſe tenuerunt, ſuperati à Phœnicibus atque Aegeſtanis, in prælio occubuerunt omnes; uno tantùm huic adverſæ pugnæ ſuperſtite Euryleonte. Hic, collectis exercitus reliquiis, Minoam Selinuntiorum occupavit coloniam. Hanc Doriei in Siciliam ad Heracleam Minoam expeditionem etiam ſuprà lib. I cap. XVII ex Diodori lib. IIII citavimus. Quum igitur ex Herodoti ſimul atque Diodori hiſtoriis conſtet, Dorieum perveniſſe in Siciliam; Svidas verò & Stephanus ex vetuſtiſſimis Philiſti monumentis *Craſtum* teſtantur Sicanorum fuiſſe in Siciliâ opidum; nulla ratio eſt reliqua, cur dubitare velis, Dorieum iſtud *Minervæ Craſtiæ fanum* in Siciliâ demum condidiſſe, dum bellum illic contra Elymos ſive Aegeſtanos atque Phœnices gereret. Fuit igitur *Craſtus* in Sicanorum finibus circa Heracleam Minoam. Eſt hodiè hoc tractu in mediterraneis opidum vulgari vocabulo *Acriſtia:* quod ſuperiori capite, fortè *Scirthæam* Diodori eſſe, ex vocabulorum ſimilitudine conjeci. verùm id ſi quis antiquum eſſe *Craſtum* adſerere velit, haud equidem multum obluctabor. Cæterùm Laidem fuiſſe Hyccarenſem, plerique tradiderunt auctores; ut ſuprà huius lib. II cap. II patuit.

HIPPANA *opidum.*

Porrò opidum memoratur Polybio & ex huius monimentis Stephano Ἵππανα, HIPPANA: quod in Legationum excerptis è Diodori lib. XXIII corrupto vocabulo legitur Σίτλανα, *Sittana*; ut mox videbimus. Stephani epitomator: Ἵππανα, πόλις περὶ Καρχηδόνα, ὡς Πολύβιος πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππανεὺς, ὡς Τύανα Τυανεύς. Id eſt: *Hippana, opidum circa Carthaginem; auctore Polybio in lib.* I. *Gentilitium* HIPPANENSIS; *ut Tyana Tyanenſis.* Vocabula tantùm ſectatos fuiſſe huiusmodi grammaticos geographiæ collectores, non ipſas hiſtorias, vel ex hoc loco ſatis adparere puto. ſic ſcilicet ex eâdem Polybii hiſtoriâ Mytiſtratum etiam fecit opidum circa Carthaginem; ſic Tunetem, Africæ prope Carthaginem urbem, in Siciliam tranſtulit; ut ſuperiori capite dictum eſt. Cæterò apud hunc epitomatorem unico equidem π ſcriptum eſt Ἵπανα. at quia apud Polybium eſt geminum ππ, & in dictis Legationum excerptis etiam geminum ττ, mutilatum id vocabulum eſſe altero π. apud Stephani epitomatorem, credibile eſt. In Legationum eclogis ita ſcriptum eſt: Ἀδράνωνα κώμην καὶ Μάκελλαν πολλὰς ἡμέρας πολιορκήσαντες Ῥωμαῖοι, ἀπῆλθον ἄπρακτοι. Αἰγεσταῖοι, πρῶτον κρατούμενοι ὑπὸ Καρχηδονίων, εἰς Ῥωμαίους ἀπέκλιναν. παραπλήσιον δὲ καὶ [Ἁλικυαῖοι] ἐποίησαν. [Αἴγιθαλλον δὲ, ὅνπερ νῦν καλοῦσι τὸν Ἄκελον] ἐξεπολιόρκησαν. [Δρεπάνιοι] δὲ, ἰδόντες αὐτοὺς ἀπολελειμμένους, φόβῳ συσχεθέντες, ἠβουλήθησαν καὶ αὐτοὶ δοῦναι. * · * · Πολλὰ δὲ οἱ Φοίνικες ἀντιμαχήσαντες, τὴν πόλιν Ἀκράγαντα τοῖς Ῥωμαίοις παρέδωκαν. * · * · * · Ἄννωνα δὲ οἱ Καρχηδόνιοι ἐζημίωσαν χρυσοῖς ͵ϛ, ἀτιμάσαντες. ἀντὶ δὲ τούτου στρατηγὸν ἀπέστειλαν εἰς Σικελίαν Ἀμίλκαν. Μυτίστρατον δὲ πολιορκήσαντες Ῥωμαῖοι, καὶ πολλὰς μηχανὰς ποιήσαντες, μετὰ μῆνας ζʹ ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι. Ἀμίλκας δὲ τοῖς Ῥωμαίοις συντήσας εἰς Θερμὰς, καὶ πολεμήσας, ἐνίκησε, καὶ ἀπέκτεινεν ͵ϛ. Ἦν δὲ καὶ τὸ Μάζαρον φρούριον ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξηνδραποδισμένον. Ἀμίλκας δὲ ὁ Καρχηδόνιος Καμάριναν ὑπὸ προδοτῶν παρέλαβε δεύτερον. μετ᾽ ὀλίγας δὲ ἡμέρας καὶ τὴν Ἔννης ἐκυρίευσεν ὃν τρόπον καὶ Καμαρίνης. Τὸ δὲ Δρέπανον τειχίσας, καὶ πόλιν καταστήσας, μετῴκισε τοὺς

Ἐρυκίνους,

Ἐρυκίνους, καὶ τὸν Ἔρυκα κατέσκαψε. Τρίτον δὲ πολιορκήσαντες τὸ Μυτίστρατον Ῥωμαῖοι, εἷλον καὶ κατέσκαψαν τὴν πόλιν. Μετὰ ταῦτα δὲ εἰς Καμαρίναν ἦλθεν ὁ [ὕπατος,] * καὶ τὴν πόλιν εἷλε. Εὐθὺς δὲ ὑπὸ προδοτῶν καὶ τὴν Ἔνναν εἷλε. Εἶτα ἐπὶ Σιττάναν ἐλθὼν, κατὰ κράτος ταύτην εἷλε. εἶτα ἐπὶ Κάμικον ἦλθε, φρούριον Ἀκραγαντίνων. Hoc eſt: *Adronem vicum & Macellam per multos dies quum oppugnaſſent Romani, re infectâ abivêre. Aegeſtani, qui anteà Carthaginienſium imperio erant ſubjecti, ad Romanos inclinarunt. idemq; & Halicyenſes fecêre. Aegithallum verò, quem nunc vocant Acelum, vi expugnarunt. Drepanitani, ubi derelictos ſe vident, metu adacti, etiam ipſi dedere ſe volebant. Pœni quum ſtrenuè pro Agrigento propugnaſſent, ad extremum urbem Romanis dediderunt. Cæterùm Hannonem Carthaginienſes, honore motum, VI millibus aureorum mulctarunt: & in eius locum ducem exercitus in Siciliâ miſerunt Amilcarem. Romani quum Mytiſtratum obſediſſent, multasque ad hoc machinas fabricaſſent, poſt menſeis tandem VII re infectâ inde abiverunt. Amilcar verò Carthaginienſis Camarinam per proditionem recepit. paucisq; pòſt diebus Ennâ quoque potitur, eodem, quo Camarinam ſubegerat, modo. Drepanum communiens, opidum ex eo fecit: translatisque eò Erycinis, Erycem diruit. Mytiſtratum verò, tertiò obſeſſum, Romani ceperunt, ſoloque æquarunt. Poſt hæc ad Camarinam proceſſit conſul, * : urbemque cepit. Hinc continuò proditorum operâ & Ennam capit. Inde ad Sittanam progreſſus, ſummâ vi urbem expugnat. Hinc ad Camicum ſe convertit, Agrigentinorum caſtellum.* Alio ordine hæc narrat Polybius, dicto lib. I. Τότε μὲν οὖν, inquit, προσχόντες τῇ Σικελίᾳ οἱ Ῥωμαῖοι, τήν τε Αἰγεστέων ἔλυσαν πολιορκίαν, ἐσχάτως αὐτῶν ἤδη διακειμένων. κατά τε τὴν ἐκ τῆς Αἰγέστης ἀναχώρησιν Μάκελλαν πόλιν κατὰ κράτος εἷλον. Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν Ἀμίλκας, ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς, διατρίβων περὶ Πάνορμον, γνοὺς ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις στασιάζοντας τοὺς συμμάχους πρὸς τοὺς Ῥωμαίους περὶ τῶν ἐν ταῖς μάχαις πρωτείων, καὶ πυνθανόμενος στρατοπεδεύειν αὐτοὺς καθ᾽ ἑαυτοὺς τοὺς συμμάχους μεταξὺ τοῦ Παρώπου καὶ τῶν Θερμῶν τῶν Ἱμεραίων, ἐπιπεσὼν αὐτοῖς αἰφνιδίως ἀναστρατοπεδεύουσι μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, σχεδὸν εἰς τετρακισχιλίους ἀπέκτεινε. * . * . Τὰ δ᾽ ἐν τῇ Σικελίᾳ στρατόπεδα τῶν Ῥωμαίων κατὰ μὲν τὸν ἑξῆς ἐνιαυτὸν οὐδὲν ἄξιον ἔπραξαν λόγου. τότε δὲ προσδεξάμενοι τοὺς ἐπικαθεσταμένους ἄρχοντας, Αὖλον Ἀτίλιον καὶ Γάϊον Σουλπίκιον, ὥρμησαν ἐπὶ τὸν Πάνορμον, διὰ τὸ τὰς Καρχηδονίων δυνάμεις ἐκεῖ παραχειμάζειν. οἱ δὲ στρατηγοὶ συνεγγίσαντες τῇ πόλει μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως παρετάξαντο. τῶν δὲ πολεμίων οὐκ ἀντεξιόντων, πάλιν ἐντεῦθεν ἐποιήσαντο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ πόλιν Ἱππάναν. καὶ ταύτην μὲν ἐξ ἐφόδου κατὰ κράτος ἔλαβον. εἷλον δὲ καὶ τὸ Μυτίστρατον, πολλοὺς χρόνους ὑπομεμενηκὸς τὴν πολιορκίαν, διὰ τὴν ὀχυρότητα τοῦ τόπου. Τὴν δὲ Καμαριναίων πόλιν, μικρῷ πρότερον ἀπ᾽ αὐτῶν ἀποστᾶσαν, τότε προσενέγκαντες ἔργα καὶ καταβαλόντες τὰ τείχη, κατέσχον. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν Ἔνναν, καὶ ἕτερα πλείω πολισμάτια Καρχηδονίων. Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενοι Λιπαραίους ἐπεχείρησαν πολιορκεῖν. Id eſt: *Tunc igitur Romani, excenſione in Siciliam factâ, Aegeſtanos, ad ultima jam redactos, obſidione liberarunt. Mox inde profecti, Macellam opidum vi expugnarunt. Poſt navalem pugnam Amilcar, dux Carthaginienſium, Panormi certior factus, ſeditionem in caſtris Romanis verſari, ortâ inter auxilia & legiones contentione de loco principe in prœliis; audito, ſolos per ſe ſocios inter Parôpum & Thermas Himerenſeis caſtra metari, repentè in eos, dum adhuc caſtra movent, irruit, & ad IV ferè millia hominum cecîdit.* Paullo pòſt: *Proximo anno legiones, quæ in Siciliâ erant, memoriâ nihil dignum geſſerunt. Vbi verò, qui deinceps creati ſunt conſules, Aulus Atilius & C. Sulpicius advenerunt, quia Panormi Carthaginienſium copiæ hibernabant, eò ducitur. Vt ventum eſt prope urbem, conſules univerſum exercitum in aciem inſtruunt. at nemine hoſtium adversùs prodeunte, inde profecti Hippanam petunt; eamque per vim coronâ capiunt. captum & opidum Mytiſtratum, locus naturâ munitus, & qui ideò obſidionem diu toleravit. Camarinenſium etiam urbem, quæ paullo antè ab iis defecerat, admotis tum operibus & muris dejectis, occuparunt.. item Ennam; & plura alia Carthaginienſium parva opida. quibus expeditis, Liparenſeis obſidere inſtituerunt.* Ex hac igitur Polybii narratione, *Hippana* inter Panormum & Mytiſtratum fuiſſe, colligere datur.

In prædictis Legationum excerptis ex eodem Diodori lib. XXIII citantur *opidani* Ἠνναττάρινοι, *Ennattarini*: ſed corrupto & ipſi haud dubiè, ut complures ibidem alii, vocabulo. Verba illic hæc leguntur: Ἰετῖνοι δὲ, ἐκβαλόντες τὴν τῶν Φοινίκων φρουρὰν, τὴν πόλιν Ῥωμαίοις ἔδωκαν. παραπλησίως δὲ τούτοις ἐποίησαν Σολουντῖνοι καὶ Πετρῖνοι καὶ Ἠνναττάρινοι καὶ Τυνδαρῖται. οἱ δὲ ὕπατοι φρουρὰν ἐν Πανόρμῳ λιπόντες, ἀπῆλθον εἰς Μεσσήνην. Hoc eſt: *Ietini, ejecto Pœnorum præſidio, urbem Romanis tradiderunt. idem fecêre Soluntini quoque, & Petrini, & Ennattarini, & Tyndaritani. Tum conſules, relicto Panormi præſidio, Meſſanam abivêre.*

Idem Diodorus lib. XX memorat τὸ καλούμενον Γόργιον, id eſt, *Gorgium quod vocant*;

& Ἀμβικα

& Ἀμβικας χωρίον, *Ambicas opidulum*; incerto prorſus ſitu. pro illo tamen alia exemplaria habent Γοργόνιον, *Gorgonium*: utrum rectius, haud facilè quis dixerit. Apud Heſychium tamen ita legitur: Τόργιον, ὄρος ἐν Σικελίᾳ, ὅπου νεοττεύουσιν οἱ γῦπες· ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ τόργοι. Τόργος, εἶδος γυπὸς αἱματορρόφου. ἔστι δὲ καὶ ὁ γὺψ παρὰ Σικελιώταις. Id eſt: *Torgium, mons in Siciliâ, in quo nidulantur vultures. unde etiam hi dicuntur torgi. Torgus, genus vulturis, ſangvinem exſorbentis. Eſt etiam vultur Siculis.* Apud Diodorum igitur etiam ſcriptum fuiſſe τὸ καλούμενον Τόργιον ὄρος, id eſt, *mons, quem Torgium vocant*, ſuſpicari quis poſſit.

Cæterùm apud Plinium, lib. III, cap. VIII, opidani inter mediterraneos leguntur *Edini*, ſive *Etini*, *Herbulenſes*, & *Semellitani*. quorum opida quo ſitu fuerint, incertum eſt.

Apud Stephani autem epitomatorem opida incertæ poſitionis leguntur iſta: Ἄβολλα, Ἀμάθη, Ἄργος, Ἀτάβυρον, Ἀτέρον, Ἀφάνναι, Εἴζηλος, Ἐλαυία, Ἐξαγύιος, Ἰαιτία, Κρασέριον, Κυδωνία, Κύπη, Λίχινδος, Λογγώνη, Μέγαρσος, Μίσκερα, Νακώνη, Πίακος, Ῥύβδος, Ταρχία, Τερβητία, Τορώνη. Id eſt: *Abolla, Amatha, Argos, Atabyrum, Aterium, Aphannæ, Eizelus, Elavia, Hexagyius, Iætia, Craſerium, Cydonia, Cupe, Lichindus, Longona, Megarſus, Miſcera, Nacone, Piacus, Rhybdus, Tarchia, Terbetia, Terone.* & item χώρα Πελαγονία, *regio Pelagonia*. At quia multa paſſim adeóque innumera apud Stephani epitomatorem corrupta ſunt vocabula; alia etiam è locis ſuis genuinis atque veris in longè alieniſſimas regiones tranſlata: de horum quoque nonnullis dubitare quis meritò poſſit. huc accedit, quòd Italiæ etiam magna pars, ut ſuprà dictum, iſto ſæculo Siciliæ nomine indigetabatur. Ac Μέγαρσον quidem, quod epitomatori memoratur in voce Ἀγάθυρσοι, Ciliciæ fuiſſe opidum, teſtis eſt Iſacius Tzetzes in Lycophronem; & cum hoc Plinius, lib. V, cap. XXVII; cui dicitur *Magarſos*. Apud epitomatorem igitur Stephani legendum eſt eo loco Κιλικίας pro Σικελίας. quod mendum haud rarò apud alios etiam ſcriptores occurrit: & apud hunc noſtrum epitomatorem in vocibus Σόλοι & Σολοῦς, ut ſuprà cap. III huius libri II docui.

Atque hactenus Siciliæ, inſulæ omnium totius terrarum Orbis celebratiſſimæ, antiquitatem ex veterum idoneorumque auctorum monumentis cum bono propitioque Deo eruiſſe ſufficiat. Memini equidem, ſub finem capitis II libri I me promiſiſſe, ſummatim ad finem huius operis me enarraturum, quæ Carthaginienſes in eâ cum Græcis reliquiſque inſulæ incolis, quæ item Romani cum utriſque bella geſſerint. verùm quia hoc peritiſſimum patriæ ſuæ virum, Thomam Fazellum, abundè in Sicular. rer. decade II præſtitiſſe video; actum agere, vel diligentiæ tanti viri laborique manus injicere, indignum nefaſque putavi: utique, quum ad alias Orbis parteis properem. etenim ingens univerſi eſt vaſtitas: vitæ autem noſtræ nimia brevitas; eaque incerta. Id tamen in exitu huius commentationis addidiſſe haud pigeat, quod de numero univerſarum urbium atque opidorum, quum in Romanorum veniret poteſtatem inſula, apud auctores adnotatum reperio. Livius itaque lib. XXVI, in rebus geſtis belli Punici ſecundi, ita tradit: *Fama Agrigentinorum cladis Siciliam quum pervaſiſſet, omnes repentè ad Romanos inclinaverunt. Prodita brevi ſunt* XX *opida; ſex vi capta; voluntariâ deditione in fidem venerunt ad quadraginta.* Vniverſo igitur numero fuêre LXVI. At in Excerptis legationum è Diodori lib. XXIII, in hiſtoriâ finis belli Punici primi, qui finem ſecundi annis XXXVIII præceſſit, plura memorantur. Verba illic leguntur iſta: Τῶν ὑπάτων ἀμφοτέρων εἰς Σικελίαν ἐλθόντων, καὶ τὴν Ἀδρανιτῶν πόλιν πολιορκησάντων, εἷλον κατὰ κράτος. εἶτα τὴν Κεντοριπίνων πολιορκούντων, ἧκον πρέσβεις πρῶτον παρ' Ἀλαισίνων· εἶτα δειλίας ἐμπεσούσης καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι, καὶ αὐταὶ πρέσβεις ἀπέστελλον περὶ εἰρήνης, καὶ ἐπιδοῦναι τὰς πόλεις Ῥωμαίοις· ἦσαν δὲ ξζ΄. ὧν παραλαβόντες τὰς δυνάμεις, εἰς Συρακούσας ἦλθον πολιορκήσοντες Ἱέρωνα. ὁρῶν δὲ τοὺς Συρακουσίους ἀγανακτοῦντας, πρέσβεις ἀπέστειλε πρὸς τοὺς ὑπάτους περὶ διαλύσεως. οἱ δὲ σπεύδοντες πρὸς μόνους Καρχηδονίους διαπολεμεῖν, ἀσμένως ὑπήκουσαν. καὶ συνέθεντο εἰρήνην ἔτη ιε΄, λαβόντες δραχμῶν ιε΄ μυριάδας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδόντι συνεχώρησαν κυριεύειν Συρακουσίων καὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν πόλεων, Ἄκρων, Λεοντίνων, Μεγάρων, Ἐλώρου, Νεήτου, Ταυρομενίου. Hoc eſt: *Quum ambo conſules, in Siciliam profecti, Adranitanorum urbem obſediſſent, vi illam ceperunt. Deinde quum Centuripinorum quoque urbem oppugnarent, legati primùm ab Alæſinis venerunt; mox, quum aliis etiam civitatibus metus incumberet, legatos & ipſæ miſerunt de pace petendâ; opidaque Romanis dedere parati erant. Fuerunt autem numero* LXVII. *quarum copiis adſumtis, Syracuſas*

cuſas petierunt, Hieronem oppugnaturi. Is quum graviter id ferre Syracuſanos videret, legatos de bello dirimendo ad conſules miſit. Hi ergo, cum ſolis Carthaginienſibus debellare properantes, condicionem haud inviti admittebant. pacem itaque ad XV *annos compoſuère; acceptis* CL *millibus drachmarum. & poſtquàm captivos illis reddidiſſet, permiſerunt ei, ut & Syracuſanos ſub dominio ſuo retineret, & urbeis illis ſubjectas; Acras, Leontinos, Megara, Helorum, Neetum, Tauromenium.* Has urbeis licèt & ipſas legatos ad conſules de deditione miſiſſe exiſtimes, tamen Syracuſæ LXVII illis non ſunt connumeratæ. Sed quænam tunc fuerint eo in numero civitates, haud facile divinatu eſt. Poſterioribus etiam ſub Rom. imperio temporibus non defeciſſe earum numerum, patet ex Martiani Capellæ, in lib. VI, ubi Sicilia deſcribitur, verbis iſtis: *Coloniæ in Siciliâ quinque; urbes ſexaginta tres.* At nobis coloniæ VIII apud auctores diſpectæ ſunt; *Tauromenium, Catana, Syracuſæ, Heraclea, Thermæ Selinuntiæ, Panormus, Thermæ Himerenſes, & Tyndaris.* quarum ſuis quamque locis indicavimus. Sed error is haud dubiè fuit Capellæ, è Ciceronis Verrinâ III hauſtus; ubi ita ſcriptum eſt: *Fœderatæ civitates duæ ſunt; Mamertina & Taurominitana. quinque præterea ſine fœdere immunes civitates ac liberæ; Centuripina, Alæſina, Segeſtana, Halicyenſis, Panormitana. præter eas omnis ager Siciliæ civitatum decumanus eſt.* Hæ numero fuère LXIII; ſi Martiano credimus. Plinio, lib. III, cap. VIII, *Latinæ condicionis* memorantur *Centuripini, Netini, Segeſtani. ſtipendiarii* reliqui mediterranei omnes; & in his etiam *Alæſini.* Poſtremis Romani imperii temporibus ita de eâdem inſulâ ſcripſit imperator Conſtantinus Porphyrogenitus; lib. II, themate Siciliæ: Ἔχει δὲ πόλεις ἐπισήμους τήν τε Συρακούσας, καὶ τὸ Ταυρομένιον, καὶ τὸν Ἀκράγαντα, καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις, τὰς μὲν ἠρημωμένας, τὰς δὲ κρατουμένας παρὰ τῶν Σαρακηνῶν. * . * . Εἰσὶ δὲ αἱ ὑπὸ Σικελίαν, καὶ τὸν ταύτης στρατηγὸν πόλεις κβʹ. Id eſt: *Inſigneis Sicilia urbeis habet, Syracuſas, Tauromenium, & Agrigentum, & cæteras civitates, partim deſolatas, partim à Saracenis occupatas.* Et exiguo pòſt: *Sunt autem ſub Siciliâ & eius duce urbes* XXII. Sed hæc parùm diligenter. nam, de aliis uti taceam, certè & *Meſſana*, & *Catana*, & *Panormus* in primis tunc fuère celebres; & hæc etiam Saracenorum regia; unde principatus ei & regiæ ſedis dignitas ad hæc usque tempora manſit.

Cap. XIIII.

Liparæorum inſulæ; quæ & Aeoliæ, & Vulcaniæ. item nonnullæ aliæ inſulæ, eidem ſeptemtrionali Siciliæ lateri objacentes.

Sicilia universâ hactenus deſcriptâ, reſtat, uti de minoribus etiam inſulis, illi objacentibus, & quæ antiquitus ei attributæ fuerunt, quædam dicantur. De his ita Plinius lib. III cap. VIII, in deſcriptione Siciliæ: *Inſulæ ſunt, in Africam verſæ, Gaulos, Melita, à Camarinâ* LXXXIIII *millia paſſuum; à Lilybæo* CXIII *Coſyra; Hieroneſos, Cæne, Galata, Lopaduſa, Aethuſa; quam alii Aeguſam ſcripſerunt; Bucinna: & à Solûnte* LXXV *millia Oſteodes; contraq; Paropinos Vſtica. citra verò Siciliam, ex adverſo Metauri amnis;* XII *millibus fermè paſſuum ab Italiâ,* VII, *Aeoliæ adpellatæ.* Ex his priori loco exponemus eas, quæ inter Italiam & Siciliam Freto ac Peloro promontorio ſunt proximæ.

LIPAREORVM *inſulæ; quæ & Aeoli, & Vvlcani.*

Septemtrionali igitur Siciliæ lateri INSVLAE objectæ ſunt complures numero; quarum celebràtiſſimæ ſunt SEPTEM AEOLI, ſive AEOLIAE; eædem LIPARAEORVM, ſive LIPARENSIVM, à *Liparâ*, omnium maximâ, & Ἡφαιστιάδες, HEPHAESTIADES Græcis, Latinis ab eodem nominis argumento VVLCANI ſive VVLCANIAE dictæ. Sed circa univerſarum numerum ſingularumque vocabula haud levis etiam inter veteres diſcrepantia eſt auctores, cuius rei ea ratio haud dubiè exiſtimanda eſt, quòd eodem tractu plures ſeptenario numero erant. Inter pleroſque tamen eosque graviores auctores, Ariſtotelem, Marcianum Heracleenſem, Diodorum, Strabonem, Melam, Dionyſium, Plinium, Martianum Capellam, Solinum, Stephanum, Apollonii ſcholiaſten, de ſeptenario numero convenit. Grammatici quum innumera etiam alia in geographicis abſurda paſſim prodiderint; Iſidorus quoque, Origin. lib. XIIII, cap. VI, Aeolias fecit numero VIIII; ſatis ineptè atque ridiculè; quod mox videbimus. Servius, in commentationibus ad Virgilii Aeneidem, quum lib. VIII bis eas pronunciet VII; libro tamen primo, ut Iſidorus, facit VIIII. qui locus quò minùs videri poſſit mendoſus, ipſius Iſidori

efficiunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

efficiunt paria atque ſimilia verba, quæ mox citabimus. Iam verò Appianus, Græcus ſub Traiano Adrianoque imperatoribus auctor, & ipſe haud ſemel abſurdiſſimos in geographicis committens errores, Aeolias tantùm facit v. Ptolemæus compluréis equidem hoc tractu refert inſulas, & in iis Aeolias etiam, iiſdem, quibus alii auctores, nominibus ſingulas propriis: at univerſarum unum commune vocabulum non addit. Sed ipſa inſpiciantur auctorum verba. Appiani, Bellor. civil. lib. v ſunt iſta: Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς μὲν Στρογγύλην, ἥ τῶν πέντε νήσων ἐστὶ τοῦ Αἰόλου, παντὶ τῷ στόλῳ διέπλευσεν ἐξ Ἱππωνίου. Id eſt: *Cæſar in Strongylen, unam è quinque Aeoli inſulis, ab Hipponio cum totâ claſſe trajecit.* Ab ipſo Appiano an ſcriptum fuerit ἑπτὰ, vel nota ſeptenarii numeri ζʹ· pro quo poſtmodùm πέντε ſive εʹ per librarii errorem atque oſcitantiam irrepſerit; haud equidem magnoperè diſputaverim. Apud Ptolemæum ita legitur: Τῶν δὲ περὶ Σικελίαν νήσων αἱ παρ' αὐτὴν εἰσὶν αἵδε· Διδύμη, Ἱκεσία, Ἐρικώδης, Φοινικώδης, Ἡφαίστου νῆσος, Λιπάρα, Εὐώνυμος, Στρογγύλη, Οὔστικα, Ὀστεώδης, Φορβαντία, Αἴγουσα, Ἱερά, Πακωνία, Αἰόλου νῆσος. Id eſt: *Inſulæ juxta Siciliam ſunt iſtæ: Didyme, Hiceſia, Ericodes, Phœnicodes, Vulcani inſula, Lipara, Euonymos, Strongyle, Vſtica, Oſteodes, Phorbantia, Aeguſa, Hiera, Paconia, Aeoli inſula.* Ex his *Phorbantiam, Aeguſam, Hieram, Paconiam, Vſticam*, & *Oſteoden* longiùs ab Aeoliis fuiſſe ſitas, pòſt patebit. Verum hinc Aeoliarum numerum tradunt reliqui auctores, ſuprà memorati. Marcianus Heracleenſis, in Περιηγήσει·

Ἐν τῷ πόρῳ κεῖνται δὲ τῷ Τυῤῥηνικῷ
Νησῖδες ἑπτὰ, τῆς Σικελίας οὐ πόῤῥω,
Ἃς δὴ προσαγορεύουσι νήσους Αἰόλου·
Ὧν ἐστὶν Ἱερὰ λεγομένη τις εὐλόγως.
Καιόμενα φαίνεται γὰρ ἐξ αὐτῆς πυρὰ
Ἀπὸ σταδίων εὔδηλα πᾶσι πλειόνων,
Καὶ διαπύρων εἰς ὕψος ἀναβολαὶ μύδρων,
Ἔργα τε σιδήρειός τε ῥαιστήρων κτύπος.
Μία δ' ἐστὶν αὐτῶν Δωρικὴν ἀποικίαν
Ἔχουσα, Λιπάρα δ' ὄνομα, συγγενὴς Κνίδου.

Hoc eſt:

In Tyrrhenico mari jacent
Inſulæ ſeptem, haud procul Siciliâ,
Quas vocant Aeoli inſulas.
Quorum una haud abs re dicitur Hiera, id eſt, *Sacra:*
Ardentes quidpe ex eâ adparent ignes,
A multis ſtadiis cuilibet conſpicui,
Et candentium in altum ejectationes maſſarum,
Operaque & ferreus malleorum ſonitus.
Vna verò earum Doricam coloniam
Habet, nomine Lipara; cognata Cnidi.

Stephani epitomator: Λιπάρα, νῆσος μεγίστη τῶν ἑπτὰ τοῦ Αἰόλου. Id eſt: *Lipara, inſula ex ſeptem Aeoli maxima.* Reliqui auctores cæterarum etiam nomina referunt. Diodorus lib. v: Αἱ γὰρ Αἰολίδες νῆσοι εἰσὶ τὸν μὲν ἀριθμὸν ζʹ· προσηγορίας δ' ἔχουσι ταύτας· Στρογγύλη, καὶ Εὐώνυμος, ἔτι δὲ Διδύμη, καὶ Φοινικώδης, καὶ Ἐρικώδης, πρὸς δὲ ταύταις, Ἱερὰ Ἡφαίστου, καὶ Λιπάρα. Id eſt: *Aeolides inſulæ numero ſunt ſeptem; nominaque habent iſta: Strongyle, Euonymos, Didyme, Phœnicodes, Ericodes; item quæ Sacra Vulcani, & Lipara.* Straboni quoque, cuius verba prolixiora pòſt videbimus, totidem enumerantur; Λιπάρα, Θέρμισσα, Στρογγύλη, Διδύμη, Ἐρικοῦσσα, Φοινικοῦσσα, Εὐώνυμος. id eſt; *Lipara, Thermiſſa, Strongyle, Didyme, Ericuſa, Phœnicuſa, Euonymos.* Sed *Thermiſſam* alio nomine etiam Ἱερὰν Ἡφαίστου, id eſt, *Sacram Vulcani* vocat. tum ibidem *Ericuſa* & *Phœnicuſa* etiam adpellantur iiſdem quidem, ſed alio modo formatis vocabulis, Φοινικώδης & Ἐρικώδες, *Phœnicodes* & *Ericodes*, in his verbis; ἀπὸ μὲν οὖν Ἐρικώδους εἰς Φοινικώδη δέκα μίλια φησὶν ὁ χωρογράφος. id eſt, *ab Ericode ad Phœnicoden millia ait eſſe Chorographus* x. Quamquàm nonnulla manu ſcripta exemplaria habent ἀπὸ μὲν οὖν Ἐρικούσσης εἰς Φοινικοῦσσαν, *ab Ericusâ in Phœnicuſam.* Neque ego quidem dubitaverim, quin uno eodemque modo ipſe Strabo utrobique vocabula iſta formaverit, Ἐρικοῦσσα & Φοινικοῦσσα. grammatici haud dubiè poſtmodùm exſcriptores ita variarunt. Porrò Plinius, dicto lib. III, cap. VIII,

Aethuſa,

Aethuſa, inquit, *quam alii Aeguſam ſcripſerunt; Bucinna; & à Solûnte* LXXV M *Oſteodes: contraque Paropinos Vſtica. citra verò Siciliam ex adverſo Metauri amnis*, XII *millibus fermè paſſuum ab Italiâ*, VII, *Aeoliæ adpellatæ; eædem Liparæorum, & Hephæſtiades à Græcis, à noſtris Vulcani: Aeoliæ, quòd Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat.* Et capite ſequenti: *Lipara, cum civium Romanorum opido: dicta à Liparo rege, qui ſucceſſit Aeolo; anteà Melogonis vel Meligunis vocitata. inter hanc & Siciliam altera, anteà Theraſia adpellata, nunc Hiera; quia ſacra Vulcano eſt; colle in eâ nocturnas evomente flammas. tertia Strongyle; in qua regnavit Aeolus. quarta Didyme. quinta Ericuſa. ſexta Phœnicuſa. noviſſima Euonymos.* Hæc ita compendiosè è prolixiore Plinii deſcriptione decerpſimus. quæ eadem ſic refert epitomator eius Martianus Capella, lib. VI: *Aethuſa, quam alii Aeguſam dixère; & cæteræ. Sunt aliæ citra Siciliam, ex adverſo Metauri amnis, in viginti quinque millibus ab Italiâ, ſeptem, Aeoliæ adpellatæ; à noſtris Vulcaniæ, cum diverſis nominibus. prima dicitur Lipara: ſecunda, Theraſia: tertia, Strongyle; in qua Aeolus regnaſſe fertur: quarta, Didyme: quinta Ericuſa: ſexta Phœnicuſa: ultima Euonymos.* Apollonii Scholiaſtes, in Ἀργοναυτικῶν lib. III: Εἰσὶ δ' αἱ τοῦ Αἰόλου νῆσοι ἑπτὰ αὗται· Στρογγύλη, Εὐώνυμος, Ἱερὰ, Λιπάρα, Διδύμη, Ἐρικώδης, Φοινικώδης, περὶ Σικελίαν. Id eſt: *Sunt autem Aeoli inſulæ* VII *iſtæ: Strongyle, Euonymos, Hiera, Lipara, Didyme, Ericodes, Phœnicodes, juxta Siciliam poſitæ.* Alius Plinii epitomator, Solinus, ita tradit cap. XII: *In freto Siculo* Ἡφαίστιαι *inſulæ*, XXV *millibus paſſuum ab Italiâ abſunt. Itali Vulcanias vocant. numero ſeptem ſunt. Liparæ nomen dedit rex Liparus; qui eam ante Aeolum rexit. alteram Hieram vocaverunt. ea præcipuè Vulcano ſacra eſt; & plurimùm colle eminentiſſimo nocte ardet. Strongyle tertia, Aeoli domus, vergit ad Solis exortus, minimè anguloſa: quæ flammis liquidioribus differt à cæteris. hæc cauſa efficit, quòd ex eius fumo potiſſimùm incolæ præſentiſcunt, quinam flatus in triduo portendantur. quo factum, ut Aeolus rex ventorum crederetur. Cæteras, Didymen, Ericuſam, Phœnicuſam, Euonymon, quum ſimiles ſunt, dictas habemus.* Hinc illa variè ac miſerè corrupta leguntur verba Pomponii Sabini, in primum Aeneidis librum Virgilii: *Aeoliæ ſeptem intra Siciliam & Italiam ſunt; à Græcis Epheſtiades, à noſtris Vulcaniæ.* Et mox: *Lipara antè dicebatur Longonis, Theraſia poſteà, ſacra Vulcano, colle in eâ nocturnas evomente flammas: Strongile, Didime, Gricuſa, Phœnicuſa, id eſt arbuſtis; Chironymus, quæ è Liparâ Siciliam naviganti ſiniſtra eſt.* Lege ita: *Aeoliæ ſeptem inter Siciliam & Italiam ſunt; à Græcis Hephæſtiades, à noſtris Vulcaniæ adpellatæ. Lipara antè dicebatur Longonis: Theraſia poſteà Hiera; quia ſacra Vulcano; colle in eâ nocturnas evomente flammas: Strongyle; Didyme; Ericuſa, Phœnicuſa; ſcilicet ab arbuſtis: Euonymus; quia è Liparâ in Siciliam navigantibus ſiniſtra eſt.* Pro hac Mela perperam ſubjicit *Oſteoden*. Verba eius lib. II cap. VII hæc ſunt: *Circa Siciliam illæ ſeptem, quas Aeoli adpellant: Oſteodes, Lipara, Didyme, Phœnicuſa, Ericuſa, Hiera, & Strongyle.* In Tabulâ itinerariâ VIIII depictæ ſunt inſulæ inter Siciliam & Italiam, cum hiſce inſcriptionibus: *Inſ. Oſtodis. Inſ. Egilta. Inſ. Brigades. Inſ. Funicodes. Inſ. Dime. Inſ. Herculis. Inſ. Lipara. Inſ. Vulcani. Inſ. Strongile.* De *Egilta* & *Herculis inſulâ* poſteriùs dicam. Pro *Brigades* ſcriptum fuit ab ipſo Tabulæ auctore *Ericodes*. nam proxima hinc *Funicodes* eſt eadem quæ *Phœnicodes*; Græca literâ Φ in Romanorum *F* mutata, & *oi* ſeu *æ* in *u*; ut factum à *Pœnus Punicus*, à *mœnibus munire*, à *pœna punire*. Pro *Dime* ſcribendum *Didyme*. Cæterùm ex hoc novenario dictarum inſularum numero natus haud dubiè ille eſt prædictus Servii grammatici error. Verba eius ad primum Aeneidis librum hæc ſunt: *Novem inſulæ, quæ ſunt circa fretum Siciliæ, vocantur Aeoliæ, ab Aeolo rege, Hippotæ filio; licèt propria nomina habeant. unde Virgilius ait, Aeoliam Liparen. Poëtæ quidem fingunt, hunc regem eſſe ventorum; ſed, ut Varro dicit, rex fuit inſularum: ex quarum nebulis & fumo Vulcaniæ inſulæ prædicens futura flabra ventorum, ab imperitis viſus eſt ventos ſuâ poteſtate retinere.* Ab Servio eumdem errorem mutuatus eſt alius ille grammaticus Iſidorus; quem de ſuo poſteà geminavit. Huius verba dicto Originum libro XIIII, cap. VI ſunt iſta: *Aeoliæ, inſulæ Siciliæ, adpellatæ ab Aeolo, Hippotæ filio: quem poëtæ finxerunt regem fuiſſe ventorum. ſed, ut Varro dicit, rector fuit iſtarum inſularum: &, quia ex earum nebulis & fumo futuros prædicebat flatus ventorum, ab imperitis viſus eſt ventos ſuâ poteſtate retinuiſſe. Eædem inſulæ & Vulcaniæ vocantur; quòd & ipſæ, ſicut Aetna, ardeant. Sunt autem novem; habentes propria nomina. quarum primam Liparus quidam Liparen vocavit; qui eam ante Aeolum rexit. altera Hiera*

vocatur: quòd ſit collibus eminentiſſimis. reliquæ verò, id eſt, Strongyle, Didyme, Ericuſa, Phœnicuſa, Euonymos, Ericodes, Phœnicodes, quæ quoniam nocte ardent, Aeoliæ ſive Vulcaniæ dicuntur. Ingens ſanè ac grammatico ſatis turpis error; quum *Ericodes* eadem ſit *Ericuſa*, & *Phœnicodes* eadem *Phœnicuſa*. De cætero vocem *quæ* ante *quoniam* expungendam cenſeo; quæ librarii ignorantiâ irrepſit. *Reliquæ*, inquit, *quoniam nocte ardent, Aeoliæ ſive Vulcaniæ dicuntur*. quod ex Solino mutuatus eſt. Sed & pro *Aeoliæ* hoc poſteriore loco *Hephæſtiæ* ſcripſit fortè ex eodem Solino Iſidorus. Quin & illud, *Hiera vocatur, quòd ſit collibus eminentiſſimis*, mutilatum exiſtimo ſive ab librario ſeu ab ipſo Iſidoro; qui apud prædictum Solinum ſive alium quempiam auctorum legerat, *Hieram* vocari hanc *Vulcani inſulam, quòd eminentiſſimis collibus nocte arderet.* Sed ipſe, ut ſuprà dictum, Servius poſteà VII fecit tantùm *Aeolias inſulas*, ad Aeneid. lib. VIII. *Aeoliam*, inquit, *Liparen dixit ideò, quia eſt de illis ſeptem inſulis, in quibus Aeolus imperavit.* Et poſteà: *Vulcania una eſt de ſeptem Aeolis, in quibus Aeolus regnavit.* Appianus videtur, demtis Ericusâ & Phœnicusâ, quòd hæ ab reliquarum cœtu remotiores eſſent, reliquas quinque tantùm pro Aeoliis habuiſſe. Cæterùm Homerus, ut pòſt videbimus, unam ex iis, quæ ſedes credebatur Aeoli πλωτὴν adpellavit Αἰολίαν, id eſt, *navigabilem* ſive *circumnavigabilem Aeoliam*. Hinc Dionyſius in Περιηγήσει universas cognominavit Πλωτάς. Verba eius hæc ſunt:

Τὴν δὲ μέτ' Αἰόλου εἰσὶ περίδρομοι εἰν ἁλὶ νῆσοι·
Αἰόλου Ἱπποτάδαο, φιλοξείνου βασιλῆος·
Αἰόλου, ὃς θνητοῖς μετ' ἀνδράσιν ἔλλαχε δῶρα,
Κοιρανίην ἀνέμων κλονεόντων θ' ἱσταμένων τε.
Ἑπτὰ δὲ οἱ ταί γ' εἰσὶν, ἐπώνυμοι ἀνδράσι Πλωταί,
Οὕνεκα μέσσον ἔχουσι περίπλοον ἀμφιέλικτον.

Hoc eſt:

Poſt hanc ſunt Aeoli, rotundum circuitum habentes, inſulæ;
Aeoli Hippotadæ, hoſpitalis regis;
Aeoli, qui miranda inter homines ſortitus eſt munera;
Imperium ventorum tumultuantium quieſcentiumque.
Septem autem ei illæ ſunt, cognominatæ ab hominibus Plotæ;
Eò, quòd in medio earum navigatio eſt circumflexa.

Aliter Heſychius: Πλωτὴ [νῆσος, ἡ] κινουμένη καὶ ἐπιπλέουσα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ τῆς Αἰόλου νήσου τίθησιν. Id eſt: *Plota inſula, quæ movetur & innatat. at Homerus Aeoli inſulæ hoc epitheton tribuit.* Et Svidas: Πλωτὴ νῆσος, ἡ πλεομένη. *Plota inſula, quæ natat.* Atque ita Homeri interpres Latinus πλωτὴν νῆσον vertit *natantem inſulam*. Apollonii ſunt hæc, Ἀργοναυτικῶν lib. II:

——— Στροφάδας δὲ μεταικλείουσ' ἄνθρωποι·
Νήσους τοῖο γ' ἕκητι, πάρος Πλωτὰς καλέοντες.

Id eſt: ——— *Strophadas mutato nomine vocant mortales*
Ideò inſulas; quas anteà dicebant Plotas.

Ad hæc ita Scholia, & ex Scholiis Favorinus in Lexico: Πλωτάς φησι νήσους ἤτοι πάσας ἐπιθετικῶς καλῶν, διὰ τὸ περικεχύσθαι καὶ κλείεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων· ἢ ἰδίως ταύτας φησὶ Πλωτὰς, ἐν αἷς ὑπὸ Βορεάδων κατελήφθησαν, κατὰ τὸ μυθολόγημα οὕτω κληθείσας. σχεδὸν δὲ οἱ ποιηταὶ οὕτως αὐτὰς ὀνομάζουσιν. εἰσὶ δὲ ἐν τῷ Σικελικῷ πελάγει. ταύτας δὲ ὁ ποιητὴς Καλύδνας νήσους καλεῖ. εἰ καὶ Λυκόφρων ἄλλας νήσους καλεῖ Καλύδνας. Id eſt: *Plotas vocat, vel omneis communi epitheto inſulas, eo quòd circumfunduntur includunturque à fluctibus; vel propriè has, in quibus à Boreadibus incluſi fuerunt; quæ ob hanc fabulam ita adpellabantur. ita enim ferè poëtæ eas vocant. Sunt autem in mari Siculo. Poëta autem has inſulas vocat Calydnas. quamquàm Lycophron alias inſulas adpellat Calydnas.* Sed ad noſtras Plotas revertamur. Euſtathius, ad prædictum Dionyſii locum commentans: Ὅτι αἱ τοῦ Αἰόλου περίδρομοι ἐν ἁλὶ νῆσοι ἑπτά εἰσιν, ἐπώνυμοι, φησὶν, ἀνδράσι Πλωταὶ, τουτέστι φερωνύμως καλούμεναι Πλωταί. οὐχ ὅτι μετακινοῦνται, ὡς ἡ Δῆλός ποτε μυθεύεται, ἀλλὰ ὡς, ὅτι περίδρομοι, μέσον, φησὶν, ἔχουσι περίπλοον ἀμφιέλικτον, τουτέστι περιπλέονται. καί εἰσι γνώριμοι, καὶ οὐκ ἀνώνυμοι, οὐδὲ ἄπλοοι, διὰ μοχθηρίαν τινά. τοῦτο δὲ ἀρετὴ νήσων ἐστίν. Εἶπε δὲ καὶ Ὅμηρος τὴν Αἰόλου νῆσον Πλωτήν. καὶ τούτου ζητεῖ τὴν αἰτίαν ἐκεῖ. Αἱ δ' αὐταὶ νῆσοι

αἱ τ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

αἱ τοῦ Αἰόλου λέγονται καὶ Λιπαρέων νῆσοι. μεγίστη δ' αὐτῶν ἡ Λιπάρα, ἀπὸ Λιπάρου τινὸς κληθεῖσα υἱοῦ Αὔσονος, Κνιδίων ἄποικος· ἐξ ἧς, ὡς ἀπὸ μέρους προέχοντος, αἱ πᾶσαι Λιπαρέων λέγονται νῆσοι. Id eſt: *Aeoli inſulas, mari circumfluas, VII ait eſſe, ab hominibus Plotas cognominatas: id eſt, nomine rei congruo ſic dictas: non, quòd moveantur loco; quemadmodùm de Delo fabulantur: ſed quia per medium earum navigatio circumflexa datur; id eſt, quòd undique circumnavigari poſſunt. nec ſunt ignobiles, aut ſine nomine obſcuræ, vel propter difficultatem aliquam innavigabiles atque inacceſſæ. Cæterùm Homerus quoque Aeoli inſulam vocavit Ploten. cuius rei cauſam quære illic. Ipſæ autem Aeoli inſulæ eædem & Liparæorum dicuntur inſulæ. quarum maxima Lipara vocatur; à quodam Liparo, Auſonis filio, ſic dicta: eſtque Cnidiorum colonia. à qua, ut præcipuâ, reliquæ omnes Liparæorum vocantur inſulæ.* Corruptum eſſe utroque loco vocabulum Λιπαρέων, pro quo ſcribendum Λιπαραίων, ut reliqui auctores habent omnes, patet ex eiusdem Euſtathii commentariis ad Homeri locum, qui Odyſſeæ lib. X eſt huiusmodi;

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ', ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἴολος Ἱπποτάδης, φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι
Πλωτῇ ἐν νήσῳ. Id eſt:
Aeoliam in inſulam pervênimus; ubi habitabat
Aeolus Hippotades, carus immortalibus diis,
Circumnavigabili in inſulâ.

Ad quæ ita Euſtathius: Ὅμηρος μὲν μιᾶς μέμνηται νήσου Αἰολίας· οἱ δὲ παλαιοὶ νήσους Αἰόλου ἑπτὰ ἱστοροῦσι πρὸς τῇ Σικελίᾳ. εἰσὶ δὲ αὗται· Αἰολίς, ἢ μᾶλλον Αἰολία, (ἔνθα ἴσως ἦν τὸ τοῦ Αἰόλου βασίλειον.) Στρογγύλη, Διδύμη, Ἱερά, Λιπάρα, (ἐξ ἧς καὶ σέλας λέγεται παρὰ Θεοκρίτῳ Λιπαραῖον, διὰ τὸ ἐκεῖ ἀναφυσώμενα πυρά.) Ἐρεικώδης, καὶ Φοινικώδης. καλεῖται δὲ μία τούτων κατά τινας καὶ Ἱκέσιον. λέγονται δὲ καὶ νῆσοι Λιπαραίων, ἢ πᾶσαι, ἢ τούτων τινὲς, διὰ τὸ τῆς Λιπάρας ἐπίσημον. Πλωτὴ, ἢ κατά τι κύριον ὄνομα, ἢ ἡ κειμένη ἐν πλεομένοις τόποις, καὶ διὰ τοῦτο γνωριζομένοις. κατ' ἄλλους δὲ φράσαι, ἡ προσπλεομένη ὑπ' ἀνθρώπων. ἢ ἄλλως, ἡ περιπλεομένη κύκλῳ, καὶ μὴ κατὰ τὰς ἄλλας οὖσα πλήρης ὑφάλων πετρῶν. Ἀρίσταρχος δέ φησι πλωτὴν λέγειν, τὴν φορητὴν καὶ οἷον περιφερομένην ἢ συνεχείᾳ σεισμῶν, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν· ὥς ποτε μὲν ἐν δεξιοῖς ὁρᾶσθαι μέρεσι, ποτὲ δὲ ἐν ἀριστεροῖς· ὁποῖον δή τι καὶ περὶ Δήλου ἱστόρηται. Hoc eſt: *Homerus quidem unius tantùm meminit inſulæ Aeoliæ. at antiqui inſulas Aeoli tradunt ſeptem, juxta Siciliam ſitas: quarum nomina; Aeolis, ſeu potiùs Aeolia; in qua fortè fuit regia Aeoli: Strongyle, Didyme, Hiera, Lipara, (à qua Theocrito vocatur flamma Liparæa, quòd illic ignes efflantur) Ericodes, Phœnicodes. Harum una à nonnullis Hiceſium vocatur. Adpellantur autem etiam Liparæorum inſulæ; ſive omnes, ſive quædam earum; à nobiliore Liparâ. Cæterùm Plote inſula dicitur poëtæ, aut proprio quodam nomine, aut quòd navigabili ſita eſt loco, ideóque celebri. alii verò interpretantur inſulam ad quam navi homines accedere poſſint. vel aliter; quæ undique circumnavigari poſſit; & quæ in trajectu ad alias nulla habeat ſub mari latentia ſaxa. Ariſtarchus autem ait ploten vocare poëtam ideò, quòd hinc indè feratur continuis terræ motibus, vel alio quodam modo; ita, uti modò à dextris modò à ſiniſtris conſpiciatur. quod de Delo etiam narrant.* Sed ut Homerus πλωτὴν adpellavit *Aeoliam inſulam*, quæ eſt *Lipara*; ſic Apollonius *Hieram* ſive *Vulcani ſacram* dixit πλαγκτὴν, id eſt, *vagam*, in Ἀργοναυτικῶν lib. III; ita de Vulcano loquens:

Ἀλλ' ὁ μὲν ἐς χαλκεῶνα καὶ ἄκμονας ἦρι βεβήκει,
Νήσοιο πλαγκτῆς εὐρὺν μυχόν. ᾧ ἔνι πάντα
Δαίδαλα χάλκευεν ῥιπῆ πυρός.

Id eſt:

Ille verò ad officinam ærariam & ad incudem ſummo mane iverat,
In inſulæ vagæ latum ſpecum: in quo omnia
Artificioſa fabricabat vi ignis.

Ad quæ ita Scholiaſtes: πλωτὴν δὲ τὴν Ἱερὰν νῆσον εἴρηκεν, ἀκολουθήσας τοῖς περὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν μυθολογοῦσι τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· ἢ ὅτι τὸ παλαιὸν αἱ νῆσοι πᾶσαι ἐπλανῶντο, καὶ βάσεις οὐκ εἶχον. Id eſt: *Ploten vocavit Hieram inſulam ad imitationem eorum, qui errores Vlyſſis circa Italiam & Siciliam fabulis tradiderunt: vel, quòd olim omnes inſulæ ſine aliquo fulcimento vagæ fuerunt.* Certè aliud erat πλωτὴν dicere aliud πλαγκτὴν. at quia Homerus in hiſtoriâ ſeu fabulis de Vlyſſis erroribus Aeoliam dixerat πλωτὴν, quod alios etiam interpretatos eſſe πλεομένην, id eſt, *natantem*, ſuprà vidimus; ipſe

hic Apollonii ſcholiaſtes eâ uſus eſt voce pro πλαγκτὴν, quæ *vagam* ſignificabat.
Sed Aeoliarum univerſarum numerus atque ſingularum nomina poſtquàm ſatis in-
dicata ſunt, ſitum nunc etiam atque naturam earum explicemus.

De univerſarum ſitu ita ſcribit Diodorus, dicto lib. V: Κεῖνται δ' αὗται μεταξὺ Σικε-
λίας καὶ Ἰταλίας ἐπ' εὐθείας ἀπὸ πορθμοῦ καὶ τῆς πρὸς ἕω πρὸς τὴν δύσιν· ἀπέχουσι δὲ τῆς Σικελίας ὡς
ἑκατὸν πεντήκοντα σταδίους, καὶ τὸ μέγεθός εἰσιν ἀλλήλαις παραπλήσιαι· ἡ δὲ μεγίστη αὐτῶν ἐστι
τὴν περίμετρον σταδίων ὡς ἑκατὸν πεντήκοντα. Id eſt: *Iacent iſtæ inſulæ inter Siciliam & Ita-*
liam, directo ab freto & ortu Solis ad occaſum curſu; ab Siciliâ CL *circiter ſtadia diſſitæ; ma-*
gnitudine inter ſe ferè pares. maxima verò ſtadiorum fermè CL *ambitum habet.* Nempe
univerſarum ſitus eſt inter Siciliam & Italiam; propiùs tamen Siciliam. ipſæ verò
inter ſe ab freto Siculo ſive ab ortu Solis ad occaſum versùs ſparſæ ſunt; magnitu-
dine ferè æquales, exceptis *Liparâ & Euonymo*; quarum hæc multo minima, illa
omnium maxima. De earumdem ſitu ita Strabo lib. VI: Ἀπὸ μὲν Ἐρικούσης εἰς Φοι-
νικοῦσσαν δέκα μίλια φησὶν ὁ Χωρογράφος· ἔνθεν δ' εἰς Διδύμην λ'. ἔνθεν δ' εἰς Λιπάραν πρὸς
ἄρκτον θ' καὶ κ'. ἔνθεν δ' εἰς Σικελίαν θ' καὶ ι'· ἑκκαίδεκα δ' ἐκ τῆς Στρογγύλης. Hoc eſt:
Ab Ericusâ ad Phœnicuſam Chorographus millia paſſuum numerat X. *hinc ad Didymen*
XXX: *inde ad Liparam, versùs ſeptemtrionem,* XXVIIII: *hinc in Siciliam* XVIIII. *A Stron-*
gyle verò XVI. Hæc maiori ex parte eſſe falſa, mox oſtendam. Plinius, lib. III, cap.
VIII: *Citra Siciliam, ex adverſo Metauri amnis,* XII *millibus fermè paſſuum ab Italiâ,* VII,
Aeoliæ adpellatæ. Et cap. VIII: *Lipara, anteà Meligunis vocitata, abeſt* XII M. *paſ. ab Italiâ;*
ipſa circuitu paullo minori. Sic equidem noviſſimæ habent editiones. At longè ali-
ter Diodorus; qui CL ſtadia, id eſt, millia XVIII & paſſus IↃCCL eas ab Siciliâ
abeſſe tradit; totidemque ferè ſtadia Liparam in circuitu habere adfirmat. Sed
numerum XII millium apud Plinium eſſe vitioſum, ſatis manifeſto teſtantur indi-
cio Solinus atque Martianus; qui ſua, ut ſuprà dictum, à Plinio mutuati ſunt. *Ci-*
tra Siciliam, inquit Martianus, *ex adverſo Metauri amnis, in viginti quinque millibus ab*
Italiâ, ſeptem, Aeoliæ adpellatæ. Solinus: *In freto Siculo* Ἡφαιστίαι *inſulæ* XXV *millibus paſ-*
ſuum ab Italiâ abſunt. Sic & Strabo, eodem lib. VI anteà: Μέταυρος ποταμὸς, καὶ ὕφορμος
ὁμώνυμος. πρόκεινται δὲ τῆς ἠϊόνος ταύτης αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι, διέχουσαι τοῦ ποταμοῦ σταδίους διακο-
σίους. οἱ δ' Αἰόλου φασὶν, ὧν καὶ τὸν ποιητὴν μεμνῆσθαι κατὰ τὴν Ὀδυσσείαν. εἰσὶ δὲ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν,
ἐν ἀπόψει πᾶσαι καὶ τοῖς ἐκ τῆς Σικελίας καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἠπείρου τοῖς κατὰ Μέδαμα ἀφορῶσιν. Hoc
eſt: *Metaurus amnis; & eiusdem nominis navium ſtatio. Litori huic objectæ ſunt Liparæo-*
rum inſulæ, CC *ſtadia ab amne diſſitæ. quidam eas Aeoli inſulas vocant; cuius poëtam in Odyſ-*
ſeâ mentionem feciſſe aiunt. ſunt autem numero VII, *in conſpectu ſitæ omnes vel ex Siciliâ*
vel ex continente apud Medama proſpicientibus. Hinc & illud Euſtathii ad præſcriptum
Dionyſii locum: Αἱ δ' αὐταὶ νῆσοι αἱ τοῦ Αἰόλου λέγονται καὶ Λιπαραίων νῆσοι, διέχουσαι τοῦ Σικελι-
κοῦ πορθμοῦ στάδια σ', ἐν ἀπόψει κείμεναι τοῖς ἐκ Σικελίας καὶ ἠπείρου πλέουσιν. Id eſt: *Eædem iſtæ*
Aeoli inſulæ vocantur & Liparæorum inſulæ; à Siculo freto ſtadia CC *diſſitæ; in conſpectu iis,*
qui vel ex Siciliâ vel ex continente navigant. Sed Euſtathium, qui hæc è Strabone de-
ſumſit, ſcripſiſſe heic puto βλέπουσιν, id eſt, *iis, qui proſpiciunt.* quod Straboni eſt
ἀφορῶσιν. Cæterùm ſtadia CC juſta ſunt millia paſſuum XXV, quæ Plinii epitoma-
tores, Solinus ac Martianus, referunt. Ac ſanè in vetuſtioribus editionibus, utro-
que Plinii capite, ſcripta ſunt millia XXII; leviori librarii errore, notam V in II
diſtrahentis. Cæterùm proxima Siciliæ eſt Hiera ſive Vulcania. à qua ad Lipa-
ram versùs ſeptemtriones, numerant millia V. ab Liparâ autem ad Siciliam XX.
quæ ferè ſunt illa XVIIII millia Chorographi apud Strabonem; & CL ſtadia
Diodori, id eſt, millia XVIII cum paſſibus IↃCCL. ab eâdem Liparâ ad Didy-
men, versùs ſeptemtriones, vel potiùs occaſum æſtivum, IIII numerantur millia.
rurſus ab Liparâ versùs occaſum æquinoctialem X ſunt millia ad Phœnicuſam; &
hinc V ad Ericuſam. à Strongyle in Siciliam millia ſunt circiter XXVI: eademque
proxima eſt Italiæ, XXX fermè paſſibus remota. Plinius & eius epitomatores *citra*
Siciliam ſitas eſſe univerſas dixerunt; reſpectu ſcilicet Italiæ & urbis Romæ. Atque
hæc de ſitu earum dicta.

De naturâ univerſarum ita tradit Mela, dicto lib. II, cap. VII: *Circa Siciliam illæ ſe-*
ptem, quas Aeoli adpellant, Oſteodes, Lipara, Didyme, Phœnicuſa, Ericuſa, Hiera, & Strongyle,
ut Aetna, perpetuo flagrant igne. Et Solinus cap. XII: *In freto Siculo* Ἡφαιστίαι *inſulæ* XXV *mil-*
libus paſſuum ab Italiâ abſunt. Itali Vulcanias vocant. nam & ipſæ, naturâ ſoli igneâ, per occulta

commercia

commercia aut mutuantur Aetnæ incendia, aut ſubminiſtrant. hinc dictæ ſedes deo ignium. numero ſeptem ſunt. Iſidorus, dicto Origin. lib. XIIII cap. VI: *Vulcaniæ vocantur, quòd & ipſæ, ſicut Aetna, ardeant.* Diodorus, lib. V: Αὗται δὲ πᾶσαι πυρὸς ἐσχήκασιν ἀναφυσήματα μεγάλα, ὧν κρατῆρες οἱ γεγενημένοι καὶ τὰ στόματα μέχρι τοῦ νῦν εἰσι φανερά. Id eſt: *Cunctæ magnas ignium eructationes ſuſtinuerunt. crateresque olim facti & oſtia etiamnunc manifeſtè conſpiciuntur.* Hodiè duæ tantùm ardent; *Vulcania & Strongyle*: de quibus plura poſteà ſingulatim. Vniverſæ ceu prægrandes faſtigiatique ſcopuli in Siciliâ Italiâve conſiſtentibus adparent. Hæc quoque de univerſarum naturâ. nunc de ſingularum ſitu conditionequ ac nominum ratione dicemus.

Princeps omnium atque maxima Λιπάρα, LIPARA, unà cum opido, vulgò etiamnunc antiquum nomen obtinet; niſi quod *Lipari* ſæpiùs incolis Siculiſque dicatur. Eadem olim plurali numero Λιπάραι, LIPARAE, vocata eſt. Atque hinc fortè, quum diphthongus *æ* efferretur ut ſimplex vocalis *e*, quam Siculi plerumque ut *i* pronunciant, factum eſt vulgare nunc vocabulum *Lipari*. Stephanus: Λιπάρα, νῆσος, μεγίστη τῶν ἑπτὰ τῶν Αἰόλου. λέγεται καὶ πληθυντικῶς. τὸ ἐθνικὸν Λιπαραῖος. Id eſt: *Lipara, inſula; maxima ſeptem Aeoli inſularum. Dicitur eadem & multitudinis numero. Gentilitium inde eſt Liparæus.* Hinc apud Strabonem, dicto lib. VI, bis legitur ἐν Λιπάραις, *in Liparis*; pro unius inſulæ vocabulo. quod tamen ipſum ita ſcripſiſſe Strabonem, ego dubito; quando ibidem ſæpiùs occurrunt, ἡ Λιπάρα, τὴν Λιπάραν, ἐκ Λιπάρας. *Opidani* equidem omnibus Græcis dicuntur Λιπαραῖοι, LIPARAEI. at Ciceroni in Verrinâ III, & Iul. Obſequenti in libro de Prodigiis, ſunt Latinâ formatione LIPARENSES: & item Livio. cuius verba lib. V hæc ſunt: *Crateram auream donum Apollini Delphos legati qui ferrent, L. Valerius, L. Sergius, A. Manlius, miſſi longâ unâ nave, haud procul freto Siculo à piratis Liparenſium excepti, devehuntur Liparas. Mos erat civitatis, velut publico latrocinio partam prædam dividere.* Inſulæ atque urbis vocabuli originem complures oſtenderunt auctores. Plinius, dicto lib. III, cap. VIIII: *Lipara dicta à Liparo rege, qui ſucceſſit Aeolo.* Imò præceſſit; ſi pluribus, quàm uni Plinio, malumus credere auctoribus. Epitomator eius Solinus, dicto cap. XII: *Liparæ nomen dedit rex Liparus; qui eam ante Aeolum rexit.* Iſidorus, dicto Origin. lib. XIIII, cap. VI: *Primam Liparus quidam Liparen vocavit; qui eam ante Aeolum rexit.* Stephani epitomator: Λιπάρα, νῆσος, μεγίστη τῶν ἑπτὰ τῶν Αἰόλου, ἀπὸ Λιπάρου, τοῦ Αὔσονος υἱοῦ. Id eſt: *Lipara, inſula, maxima è ſeptem Aeoli inſulis; à Liparo, Auſonis filio, dicta.* Euſtathius in Dionyſii præſcriptum locum: μεγίστη δ' αὐτῶν ἡ Λιπάρα, ἀπὸ Λιπάρου τινὸς κληθεῖσα, υἱοῦ Αὔσονος. Hoc eſt: *Maxima earum eſt Lipara, à Liparo quodam, Auſonis filio, adpellata.* Diodorus dicto lib. V: Φασὶ δὲ τὰς Αἰόλου νήσους τὸ μὲν παλαιὸν ἐρήμους γεγονέναι· μετὰ δὲ ταῦτα τὸν ὀνομαζόμενον Λίπαρον, Αὔσονος ὄντα τοῦ βασιλέως υἱὸν, ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν καταστασιασθῆναι· κυριεύσαντα δὲ νεῶν μακρῶν καὶ στρατιωτῶν, ἐκ τῆς Ἰταλίας φυγεῖν εἰς τὴν ἀπὸ τούτου Λιπάραν ὀνομασθεῖσαν· ἐν ταύτῃ δὲ τὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν κτίσαι, καὶ τὰς ἄλλας νήσους τὰς προειρημένας γεωργῆσαι. τούτου δὲ γεγηρακότος, Αἴολον, τὸν Ἱππότου, μετά τινων παραβαλόντα εἰς τὴν Λιπάραν, τὴν τοῦ Λιπάρου γῆμαι θυγατέρα Κυάνην· καὶ τοὺς ἄλλους κοινῇ μετὰ τῶν ἐγχωρίων πολιτεύεσθαι ποιήσας, ἐβασίλευσε τῆς νήσου· τῷ δὲ Λιπάρῳ τῆς Ἰταλίας ἐπιθυμοῦντι, συγκατεσκεύασεν αὐτῷ τοὺς περὶ τὸ Σύρρεντον τόπους· ὅπου βασιλεύσας καὶ μεγάλης ἀποδοχῆς τυχὼν, ἐτελεύτησε. Hoc eſt: *Aeoli inſulas cultoribus vacuas olim fuiſſe aiunt. poſteà verò Liparum, Auſonis regis filium, prævalente contra ſe fratrum ſeditione, navibus longis exercituque potitum, ex Italiâ in inſulam fugiſſe, quam de ſuo nomine Liparam indigitârit: conditaque in eâ eiuſdem adpellationis urbe, cæterarum quoque inſularum agros coluiſſe. Hoc ſenectutem adepto, Aeolum, Hippotæ filium, Liparæ adpulſum, Cyanen, Lipari filiam, duxiſſe uxorem. quumque effeciſſet, ut cæteri æquo cum indigenis jure viverent, regnum inſulæ obtinuit. Liparo autem, reditus in Italiam cupido, ut loca circa Surrentum occuparet, adjutor fuit. ubi regnum cum magnâ hominum adprobatione adminiſtravit: ibique mortuus eſt.* Potior igitur quorumdam Plinii exemplarium hæc ſcriptio; *Lipara dicta à Liparo rege, cui ſucceſſit Aeolus.* Diodori hiſtoriam in compendium ita redegit Pompon. Sabinus, ad Virgilii Aeneid. lib. I: *Lipara dicta eſt à Liparo, Auſonis filio: qui, ejectus Italiâ à fratribus, huc adpulit. Eius jam ſenis filiam Aeolus, Hippotæ filius, duxit; & in imperio ſucceſſit.* Idem tamen Diodorus anteà, lib. IIII, ita ex vetuſtiorum ſcriptorum monumentis tradit: Αἴολος μὲν οὖν τὰς ἐν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει καλουμένας ἀπ' αὐτοῦ Αἰολίδας νήσους κατέσχε, καὶ πόλιν ἔκτισε τὴν ὀνομαζομένην ἀπ' αὐτοῦ Λιπάραν. Id eſt: *Aeolus inſulas in mari Etruſco, Aeolidas de nomine ſuo dictas, occupavit:*

urbemque exſtruxit, quam Liparam de ſe nuncupavit. Interpres Latinus voces iſtas ἀπ' αὐτοῦ poſteriori loco præteriit: ſcilicet, quia abſurdum videbatur Aeolum de ſuo nomine urbem Liparam adpellaſſe. Verùm locum hunc eſſe mutilum, quis non animadvertat? Hoc certè voluit ſcripſitque Diodorus; Aeolum obtinuiſſe inſulas, quas de ſuo nomine Aeolides vocavit. has verò anteà occupaſſe ex Italiâ adpulſum Liparum; qui urbem in maximâ earum condidit, quam de ſuo nomine Liparam nuncupavit. Sed eadem inſula ante Liparum μελιγουνὶς, MELIGVNIS, dicta fuit. Stephani epitomator: Λιπάρα, νῆσος μεγίστη τῶν ἑπτὰ τῶν Αἰόλου, ἣ μελιγουνὶς ἐκαλεῖτο, πλησίον Σικελίας. Id eſt: *Lipara, inſula, maxima ex Aeoli inſulis: quæ Meligunis vocabatur, prope Siciliam*. Et alibi: Μελιγουνὶς, μία τῶν Αἰόλου νήσων· Καλλίμαχος, ἐν τῷ Ἀρτέμιδος ὕμνῳ. τὸ ἐθνικὸν Μελιγουνιδεύς. Hoc eſt: *Meligunis, una ex Aeoli inſulis; ut auctor eſt Callimachus in hymno Dianæ. Gentilitium, Meligunenſis*. Ipſius Callimachi verba hæc ſunt:

Αὖθι δὲ Κύκλωπας μετεκίαθε· τοὺς μὲν ἔτετμε
Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ, (Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν
Οὔνομά οἱ Μελιγουνὶς) ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο
Ἑστεῶτας περὶ μύδρον. ἐπείγετο γὰρ μέγα ἔργον.
Ἱππείην τετύκοντο Ποσειδάωνι ποτίστρην.

Id eſt:

Hinc deinde ad Cyclopas tranſiit: eoſque reperit
Inſulâ in Liparâ (Lipara nunc; ſed tum erat
Nomen ei Meligunis) ſuper incudibus Vulcani
Circumſtantes maſſam. Vrgebat enim eos grave opus.
Equeſtre fabricabant Neptuno aquarium.

Strabo, lib. VI: μεγίστη δ' ἡ Λιπάρα, Κνιδίων ἄποικος, ἐγγυτάτω τῆς Σικελίας κειμένη μετά γε τὴν Θέρμισσαν. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς. Id eſt: *Maxima earum eſt Lipara, Cnidiorum colonia, Siciliæ proxima, ſecundùm Thermiſſam*. Eadem penè verba & Euſtathius è Strabone citat ad ſuprà ſcriptum Dionyſii locum. Heſychius & Favorinus: Μελιγουνίς· οὕτως ἡ Λιπάρα ἐκαλεῖτο νῆσος. Id eſt: *Meligunis. ita Lipara vocabatur inſula*. Plinius, dicto lib. III cap. VIIII: *Lipara, dicta à Liparo rege, qui ſucceſſit Aeolo; anteà Melogonis vel Meligunis vocitata*. Ita quidem habent noviſſimæ editiones. at ſcribendum eſſe, *cui ſucceſſit Aeolus*, jam anteà monui. pro voce autem *Melogonis*, Pompon. Sabinus, loco ſuprà perſcripto habet *Longonis*. quam ne omnino vitioſam, vel ipſius Sabini, vel librariorum poſt ipſum errore, eſſe exiſtimem, faciunt duo vetuſtioris editionis Plinii exemplaria, quibus utor: in quorum altero legitur, *anteà Longonis vel Meligunis vocitata*; in altero, *anteà longius vel meligonis vocitata*.

LIPARA *urbs.*

VRBS LIPARA etiamnunc in eâdem inſulâ vulgari vocabulo *Lipari* exſtat; epiſcopali ſede clara. Eius igitur ſumma eſt antiquitas: ut quæ ante Troianum bellum condita fertur. ad Aeolum quidpe, qui Liparo, urbis conditori, ſucceſſit, Vlyſſes à Troiæ excidio errabundus perveniſſe traditur; ut infrà videbimus. Fuiſſe Aeoli & poſterorum eius ſedem, præter ſuprà ſcriptum Diodori teſtimonium, aliis etiam auctoritatibus ac documentis poſteà probabimus contra eos, qui Strongylen illum inhabitaſſe tradiderunt. *Cnidiorum* quomodò poſteà & quando facta ſit *colonia*, oſtendunt Diodorus atque Pauſanias. quorum hic in Phocicis ita ſcribit: οἱ δὲ Λιπαραῖοι Κνιδίων μὲν ἦσαν ἄποικοι· τῆς δὲ ἀποικίας ἡγεμόνα γενέσθαι φασὶν ἄνδρα Κνίδιον. ὄνομα δ' εἶναί οἱ Πένταθλον, Ἀντίοχος Ξενοφάνους Συρακούσιος ἐν τῇ Σικελιώτιδι συγγραφῇ φησι. λέγει δὲ καὶ ὡς ἐπὶ Παχύνῳ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σικελίᾳ κτίσαντες πόλιν, αὐτοὶ μὲν ἐκπίπτουσιν ὑπὸ Ἐλύμων καὶ Φοινίκων πολέμῳ πιεσθέντες· τὰς νήσους δὲ ἔσχον ἐρήμους ἔτι οἱ ἀναστήσαντες τοὺς ἐνοικοῦντας· ἃς καὶ κατὰ τὰ ἔπη τὰ Ὁμήρεια Αἰόλου καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ὀνομάζουσι. Τούτων Λιπάραν μὲν, κτίσαντες πόλιν ἐνταῦθα, οἰκοῦσιν· Ἱερὰν δὲ καὶ Στρογγύλην καὶ Διδύμας γεωργοῦσι, διαβαίνοντες ναυσὶν ἐς αὐτάς. Id eſt: *Liparenſes Cnidiorum colonia fuerunt. cuius ducem hominem Cnidium Pentathlum nomine fuiſſe, Antiochus Syracuſanus, Xenophanis filius, in Sicilienſi hiſtoriâ ſcriptum reliquit. Ait etiam, Cnidios ex eâ urbe, quam ad Pachynum, Siciliæ promontorium, condiderant, ab Elymis ac Phœnicibus bello pulſos, inſulas vacuas tenuiſſe, ejectis prioribus colonis; quæ ex Homericis carminibus ad hanc noſtram uſque ætatem Aeoli nuncupantur. Harum unam, nomine Liparam, conditâ inibi urbe, inhabitant: Hieram verò, Strongylen, & Didymas, navibus eò trajicientes, colunt*. Hæc è Thucydide deſumta videntur; apud quem, lib. III, hæc leguntur: Καὶ οἱ μὲν ἐν Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι καὶ Ῥηγῖνοι τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος τριάκοντα ναυσὶ στρατεύουσιν ἐπὶ

σιν ἐπὶ τὰς Αἰόλου νήσους καλουμένας. νέμονται δὲ Λιπαραῖοι αὐτάς, Κνιδίων ἄποικοι ὄντες. οἰκοῦσι δ' ἐν μιᾷ τῶν νήσων οὐ μεγάλῃ, καλεῖται δὲ Λιπάρα· τὰς δ' ἄλλας ἐκ ταύτης ὁρμώμενοι γεωργοῦσι, Διδύμην καὶ Στρογγύλην, καὶ Ἱεράν. Id eſt: *Eâdem hieme, qui in Siciliâ erant Athenienſes ac Rhegini, cum* XXX *navibus in Aeoli quas vocant inſulas expeditionem fecerunt. Tenent eas Liparæi, Cnidiorum coloni. ſed ex iis unam tantùm inhabitant, haud perinde magnam, nomine Liparam. ex hac in reliquas transmittentes, colunt eas; Didymen ſcilicet, Strongylen, & Hieram.* Cæterùm Diodorus, lib. v, ubi ſex Aeoli enumerat filios, de Aſtyocho ita tradit: Ἀστύοχος δὲ τῆς Λιπάρας ἔσχε τὴν ἡγεμονίαν. πάντες δὲ οὗτοι μιμησάμενοι τὴν τοῦ πατρὸς εὐσέβειάν τε καὶ δικαιοσύνην, μεγάλης ἐτύγχανον ἀποδοχῆς. ἐπὶ πολλὰς δὲ γενεὰς τῶν ἐγγόνων διαδεχομένων τὴν δυναστείαν, τὸ τελευταῖον οἱ ἀπ' Αἰόλου γεγονότες βασιλεῖς κατὰ τὴν Σικελίαν διελύθησαν. * . * . Μετὰ δὲ ταῦτα πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον, πάντων νήσων ἐξερημουμένων ἀεὶ καὶ μᾶλλον, Κνίδιοί τινες καὶ Ῥόδιοι δυσαρεστήσαντες τῇ βαρύτητι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν βασιλέων, ἔγνωσαν ἀποικίαν ἐκπέμπειν. διόπερ προστησάμενοι σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνα Πένταθλον τὸν Κνίδιον, ὃς ἦν ἀναφέρων τὸ γένος εἰς Ἱππότην, τὸν ἀφ' Ἡρακλέους γεγονότα, κατὰ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, πλεύσαντες τῆς Σικελίας εἰς τοὺς κατὰ τὸ Λιλύβαιον τόπους, κατέλαβον Αἰγεσταίους καὶ Σελινουντίους διαπολεμοῦντας πρὸς ἀλλήλους. πεισθέντες δὲ τοῖς Σελινουντίοις συμμαχεῖν, πολλοὺς ἀπέβαλον κατὰ τὴν μάχην· ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς ὁ Πένταθλος. διόπερ οἱ περιλειφθέντες, ἐπειδὴ κατεπολεμήθησαν οἱ Σελινούντιοι, διέγνωσαν ἀπιέναι πάλιν ἐπ' οἴκου. ἑλόμενοι δ' ἡγεμόνας τοὺς οἰκείους τοῦ Πεντάθλου, Γόργωνα καὶ Θέστορα καὶ Ἐπιθερσίδην, ἀπέπλεον διὰ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους. προσπλευσάντων δ' αὐτῶν τῇ Λιπάρᾳ, καὶ φιλοφρόνως ἀποδοχῆς τυχόντων, ἐπείσθησαν κοινῇ μετὰ τῶν ἐγχωρίων κατοικῆσαι τὴν Λιπάραν, ὄντων τῶν ἀπ' Αἰόλου περιλελειμμένων ὡς πεντακοσίων. Hoc eſt: *Aſtyochus Liparæ dominium obtinuit. Omnes autem pietatem genitoris juſtitiamq; imitati, magnam ſibi laudem comparavêre. quumque ad multas ætates per ſucceſſionem progenies Aeoli principatum geſſiſſet; tandem in Siciliâ, ad regium evecta dominatum, defecit.* Mox poſteà: *Multos poſt annos quum iterum magis magisq; à cultoribus inſulæ deſtituerentur, accidit, ut Cnidiorum Rhodiorumq; quidam, aſperitatem regum Aſiaticorum pertæſi, coloniæ deducendæ conſilia inirent. Creato igitur ad hoc duce Pentathlo, Cnidio, qui genus ad Hippoten, ab Hercule oriundum, referebat, ſub Olympiadem quinquageſimam in Siciliam transvecti, ad loca circa Lilybæum adpulerunt. Aegeſtani tum fortè ac Selinuntii bellum inter ſe gerebant. in ſocietatem igitur Selinuntiorum perlecti, multos in prælio & inter hos ipſum Pentathlum amiſerunt. Victis bello Selinuntiis, ſuperſtites domum reverti cogitabant. ducibusque è Pentathli propinquis, Gorgo ac Theſtore & Epitherſide, delectis, per Tyrrhenum mare curſum inſtituebant. Ad Liparam ergo delati, quum perbenignè exciperentur, facilè, ut habitandi cum incolis, quorum vix* IↃ *ab Aeolo ſuperſtites erant, ſocietatem inirent, perſvaſi fuerunt.* In hunc licèt modum Diodorus ab antiquiſſimo ſcriptore Antiocho circa Cnidiorum coloniam diſſentiat; tamen ex utriusque narratione colligere datur, Olympiade L, id eſt, circa annum ante natum Chriſtum IↃLXXX, Cnidios, Græcam ex Cariâ gentem, in Siciliâ apud Lilybæum promontorium condidiſſe urbem Motyam: quam mox, pulſis conditoribus, occuparunt Phœnices cum Carthaginienſibus; ut ſuprà, huius lib. II cap. I & lib. I, cap. II pluribus docui. pulſi verò tunc Cnidii in Liparam inſulam ſeſe contulerunt. ubi à Pentathli conſangvineis, Aeoli Hippotadæ poſteris, in civitatis communionem recepti fuêre. Id ſanè mirum, quòd Cnidii, quum domum in Cariam reverti vellent, per Tyrrhenum ad Liparæas versùs inſulas, ut Diodorus tradit, curſum inſtituerint. unde Cariam petere ſi voluiſſent, freti anguſtiæ fuiſſet transjiciendæ. Certè aut conſultâ operâ ad conſangvineos ſuos aut tempeſtate inviti fuêre delati. Cæterùm verbis proximè ſcriptis hæc continuat Diodorus: Ὕστερον δὲ, τῶν Τυρρηνῶν λῃστευόντων κατὰ θάλασσαν, πολεμούμενοι κατεσκεύασαν τὸ ναυτικόν. καὶ διελόμενοι σφᾶς αὐτούς, οἱ μὲν ἐγεώργουν τὰς νήσους, κοινὰς ποιήσαντες, οἱ δὲ πρὸς τοὺς λῃστὰς ἀντετάττοντο· καὶ τὰς οὐσίας δὲ κοινὰς ποιησάμενοι, καὶ ζῶντες κατὰ συσσίτια, διετέλεσαν ἐπί τινας χρόνους κοινωνικῶς βιοῦντες. ὕστερον δὲ τὴν μὲν Λιπάραν, καθ' ἣν καὶ ἡ πόλις ἦν, διενείμαντο, τὰς δὲ ἄλλας ἐγεώργουν κοινῇ. τὸ δὲ τελευταῖον πάσας τὰς νήσους εἰς εἴκοσι ἔτη διελόμενοι, πάλιν κληρουχοῦσιν ὅταν ὁ χρόνος οὗτος διέλθῃ. μετὰ δὲ ταῦτα πολλαῖς ναυμαχίαις ἐνίκησαν τοὺς Τυρρηνούς, καὶ ἀπὸ τῶν λαφύρων πλεονάκις ἀξιολόγους δεκάτας ἀνέθεσαν εἰς Δελφούς. Hoc eſt: *Poſteà, quum Etruſci latrociniis mare infeſtum redderent; incurſionibus eorum vexati, claſſem paraverunt. inque parteis diſtributi, alii in communem uſum agros inſularum colebant; alii in præſidio ac ſtatione erant contra piratas. Communicatis itaque facultatibus, & ſodalitiis mutui convictus inſtitutis, ad aliquod tempus in communione vitæ perſtiterunt. dein Liparâ, in qua & urbs erat, inter ſe diviſâ;*

cæteras in commune opere ruſtico exercebant. poſtremò cunctas inſulas ad XX *annos dispertiti; circumacto tempore iterum per ſortitionem dividunt. Multis dehinc navalibus pugnis Etruſcos vicerunt; & memorabiles è ſpoliis decimas apud Delphos conſecrarunt.* Tradit idem hoc de Liparâ & Strabo dicto lib. VI. Ἡγήσατο δὲ καὶ στόλῳ, inquit, καὶ πρὸς τὰς τῶν Τυῤῥηνῶν ἐπιδρομὰς πολὺν χρόνον ἀντέσχεν, ὑπηκόους ἔχουσα τὰς νῦν λεγομένας Λιπαραίων νήσους, ἃς Αἰόλου τινὲς προσαγορεύουσι. καὶ δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκόσμησε πολλάκις τὸ ἐν Δελφοῖς ἀπὸ τῶν ἀκροθινίων. Ἔχει δὲ καὶ τὴν γῆν εὔκαρπον, καὶ στυπτηρίας μετάλλων πρόσοδον, καὶ θερμὰ ὕδατα, καὶ πυρὸς ἀναπνοάς. Id eſt: *Hæc & claſſem duxit; & longo tempore Etruſcorum incurſionibus reſtitit; ſub ſe habens reliquas Liparæorum, quas nunc vocant, inſulas; quas Aeoli quidam adpellant. Quin & ex manubiis Delphicum Apollinis templum ſæpè exornavit. Agrum præterea habet fertilem, & reditum è metallis aluminis; aquas item calidas, & ignis exſpirationes.* Copioſiùs hæc prædictus Diodorus. Λείπεται δ' ἡμῖν, inquit, περὶ τῆς τῶν Λιπαραίων πόλεως τὰς αἰτίας ἀποδοῦναι, δι' ἃς ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις ἔλαβεν αὔξησιν, οὐ μόνον πρὸς εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς δόξαν. αὕτη γὰρ λιμέσι τε καλοῖς ὑπὸ τῆς φύσεως κεκόσμηται, καὶ θερμοῖς ὕδασι τοῖς διαβεβοημένοις. οὐ μόνον γὰρ πρὸς ὑγίειαν τῶν νοσούντων τὰ κατ' αὐτὴν λουτρὰ πολλὰ συμβάλλεται, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἐκ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἰδιότητα παρέχεται τέρψιν καὶ ἀπόλαυσιν οὐ τὴν τυχοῦσαν. διόπερ πολλοὶ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὑπὸ νόσων ἰδιοτρόπων ἐνοχλούμενοι, καταντῶσιν εἰς αὐτὴν, καὶ τοῖς λουτροῖς χρώμενοι, παραδόξως ὑγιεῖς καθίστανται. Ἔχει δ' ἡ νῆσος αὕτη τὰ διαβεβοημένα μέταλλα τῆς στυπτηρίας, ἐξ ἧς λαμβάνουσιν οἱ Λιπαραῖοι καὶ Ῥωμαῖοι μεγάλας προσόδους. οὐδαμοῦ γὰρ τῆς οἰκουμένης τῆς στυπτηρίας γινομένης, καὶ πολλὴν χρείαν παρεχομένης, εἰκότως, μονοπώλιον ἔχοντες, καὶ τὰς τιμὰς ἀναβιβάζοντες, πλῆθος χρημάτων λαμβάνουσιν ἄπιστον· ἐν μόνῃ γὰρ τῇ νήσῳ Μήλῳ φύεταί τις στυπτηρία, μὴ δυναμένη διαρκεῖν πολλαῖς πόλεσι. Ἔστι δὲ καὶ ἡ νῆσος τῶν Λιπαραίων μικρὰ μὲν τὸ μέγεθος, καρποφόρος δὲ ἱκανῶς, καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπων τροφὴν ἔχουσα διαφερόντως· καὶ γὰρ ἰχθύων παντοδαπῶν παρέχεται πλῆθος τοῖς κατοικοῦσι, καὶ τῶν ἀκροδρύων τὰ μάλιστα δυνάμενα παρέχεσθαι τὴν ἐκ τῆς ἀπολαύσεως ἡδονήν. Hoc eſt: *Reliquum eſt, uti rationes exponamus, quare inſequutis temporibus Liparæorum civitas non modò ad felicitatem, ſed etiam ad gloriam, tantos incrementorum progreſſus fecerit. Hæc enim pulcris à naturâ portubus thermiſque celebribus exornata eſt. balneæ namque iſtæ non modò ad bonam valetudinem ægrotantibus multum conferunt; ſed pro ſingulari aquarum genio non mediocrem voluptatis fructum præſtant. Idcircò multi in Siciliâ peculiaribus vexati morbis, in inſulam hanc transmittunt; calidique lavacri uſu opinione citiùs priſtinum ſanitatis vigorem recuperant. Hæc eadem inſula famigeratum aluminis metallum habet: unde magnum Liparæis ac Romanis vectigal. quum enim nullibi terrarum alumen proveniat; quod magnum tamen uſum habet: meritò Liparæi, monopolium eius habentes, auctis pro arbitrio pretiis, incredibileis inde quæſtus faciunt. in ſolâ quidpe Melo inſulâ aluminis exigua gignitur copia: quod multis haud ſatis eſſe poteſt urbibus. Cæterò hæc Liparæorum inſula haud magnum equidem complectitur ſpatium, frugum tamen mediocriter ferax eſt; & rebus ad nutrimenta hominum idoneis abundat. nam piſcium variorum copiam, eosque arborum fructus, qui jucundiſſimam fruentibus oblectationem adferant, ſubminiſtrat.* Atqui de alumine ita ſcribit Diodori æqualis Dioſcorides, lib. v, cap. CXXIII: Στυπτηρίας δὲ σχεδὸν πᾶν εἶδος ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ μετάλλων εὑρίσκεται. γεννᾶται δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις, ἐν Μήλῳ, ἐν Μακεδονίᾳ, ἐν Λιπάραις, καὶ Σαρδονίᾳ, καὶ Ἱεραπόλει τῆς Φρυγίας, Λιβύῃ, Ἀρμενίᾳ, καὶ ἐν ἄλλοις δὲ τόποις πλείοσιν. Id eſt: *Omne aluminis genus ferè in Aegypto & in eisdem metallis invenitur. Gignitur & in aliis quibusdam locis; in Melo, Macedoniâ, Liparis, Sardiniâ, Hierapoli Phrygiæ, Africâ, Armeniâ, & compluribus aliis locis.* Vnde Plinius etiam, lib. XXXV, cap. XV: *Gignitur autem in Hiſpaniâ, Aegypto, Armeniâ, Macedoniâ, Ponto, Africâ; inſulis, Sardiniâ, Melo, Liparâ, Strongyle. Laudatiſſimum in Aegypto: proximum in Melo.* Cæterò Cicero in Verrem actione III omnem *Liparenſium agrum* vocat *miſerum atque jejunum*. Ignis in eâ fuiſſe quomdam exſpirationes, præter Strabonem Ariſtoteles quoque & Plinius Siliusque teſtantur. quorum hic ita canit lib. XIIII:

Nam Lipare, vaſtis ſubter depaſta caminis,
Sulfureum vomit exeſo de vertice fumum.

Plinius, lib. III, cap. VIIII: *Tertia Strongyle: quæ à Liparâ liquidiore flammâ tantùm differt.* Sed hunc Plinii locum corruptum eſſe, meritò exiſtimari, pòſt oſtendam. Ariſtoteles, in Mirandis: Καὶ τὸ ἐν τῇ Λιπάρᾳ δὲ πῦρ φανερὸν καὶ φλογῶδες, οὐ μὲν ἡμέρας, ἀλλὰ νυκτὸς μόνον καίεσθαι λέγεται. Id eſt: *Et in Liparâ conſpicuum quidem ignem aiunt atque lucentem, ſed noctu tantùm, ardere.* Et mox: Τὸ δ' ἐν τῇ Λιπάρᾳ ποτὲ καὶ ἐκλείπειν φησὶ Ξενοφάνης

ἔτη

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ἔτη ἑκκαίδεκα, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐπανελθεῖν. Hoc eſt: *In Liparâ ignem, ait Xenophanes, interdum annis* XVI *prorſus exſtingui; decimoſeptimo rurſum redire*. Hinc & Paullus Silentiarius, in carmine de Aquis Pythiis:

Καὶ Λιπάρᾳ τε νήσῳ — *Et in Liparâ inſulâ*
Ἀφεγγές ἐστιν ἆσθμα, — *Eſt halitus caliginoſus;*
Ὃ, νυκτί περ παμφαῖνον, — *Qui, noctu reſplendens,*
Πέμπει λίθους θειώδεις, — *Emittit ſaxa ſulfurea,*
Πολυψόφους, βροντώδεις, — *Quæ tonitrus inſtar valdè fremunt,*
Ὄψει τὸ πᾶν δηλοῦντας. — *Ac viſui rem omnem ſubdunt.*

Sed mirandum quoddam narrat Ariſtoteles prædicto loco. Ἐν δὲ τῇ Λιπάρᾳ, inquit, τῇ νήσῳ λέγουσιν εἶναί τινες γῆν, εἰς ἣν ἐὰν κρύψωσι χύτραν, ἐμβάλλοντες ὃ ἐθέλουσιν, ἕψουσιν. Id eſt: *In Liparâ inſulâ, aiunt quidam, terram reperi, qua ſi ollam obruant, quidquid injiciant, lixetur*. Aliud, magis mirandum, narrat idem Ariſtoteles eodem libro poſteà. Ἐν μιᾷ, inquit, τῶν ἑπτὰ νήσων τῶν Αἰόλου καλουμένων, ἣ καλεῖται Λιπάρα, τάφον εἶναι μυθολογοῦσι, περὶ οὗ καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ καὶ τερατώδη λέγουσι, τοῦτο δὲ, ὅτι οὐκ ἀσφαλές ἐστι προσελθεῖν πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον τῆς νυκτὸς, συμφωνοῦσιν. ἐξακούεσθαι γὰρ τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἦχον, γέλωτά τε μετὰ θορύβου καὶ κροτάλων ἐναργῶς. λέγουσι δέ τι τερατωδέστερον γεγονέναι περὶ τὸ σπήλαιον. πρὸ ἡμέρας γὰρ ἐγκοιμηθῆναί τινα ἐν αὐτῷ οἰνωμένον, καὶ τοῦτον ὑπὸ τῶν οἰκετῶν ζητούμενον ἐφ' ἡμέρας τρεῖς διατελέσαι. τῇ δὲ τετάρτῃ εὑρεθέντα ὡς νεκρὸν, ἀποκομισθῆναι ὑπὸ τῶν οἰκείων εἰς τὸν ἴδιον τάφον. καὶ τῶν νομιζομένων τυχόντα πάντων, ἐξαίφνης ἀναστῆναι, καὶ διηγεῖσθαι τὰ καθ' ἑαυτὸν συμβεβηκότα. τοῦτο μὲν οὖν ἡμῖν φαίνεται μυθωδέστερον· ὅμως μέν τοι ἔδει μὴ παραλιπεῖν ἀμνημόνευτον αὐτὸ τὴν περὶ τῶν τόπων ἐκείνων ἀναγραφὴν ποιούμενον. Hoc eſt: *In unâ ſeptem Aeoli inſularum, quam Liparam vocant, ſepulcrum tradunt eſſe; circa quod quum etiam alia prodigioſa eveniant: tùm id, quòd ea loca ſecurè tutóque accedere nemini liceat, uno ore omnes perhibent. ſonitum quippe tympanorum cymbalorumque & riſum cum ſtrepitu plauſuque manuum manifeſtò audiri. Cæterùm in primis id quoque circa antrum accidit, quòd antelucano quidam ebrius ſomno illic oppreſſus triduum totum dormivit: quæſitusque à familiaribus, quarto demum die repertus eſt. qui, mortuum rati, in proprium monumentum extulerunt. dumque juſta jam pro more celebrarent; ex improviſo ſurrexit: quæque ſibi obtigiſſent, expoſuit. Hæc etſi ad fabulam potiùs, quàm veri fidem, accedere videantur; non potui tamen, de locis his ſcribens, tacitus præterire.* Sed de Liparenſium civitate pauca quædam adhuc dicenda. Expeditionem illam Athenienſium Rheginorumque factam eſſe primo anno eius belli, quod Athenienſes contra Syracuſanos pro Leontinis geſſerunt, quo bello ſocios ſeſe Syracuſanis adjunxerunt Liparenſes, auctor eſt loco ſuprà dicto Thucydides. initium autem eius belli Diodorus, lib. XIII, ponit in annum ſecundum Olympiadis XCI; quo ſummum Athenis geſſit magiſtratum Chabrias: id eſt, in annum ante natum Ieſum CCCCXV. Sed irritam fuiſſe eam expeditionem, ibidem teſtatur Thucydides. Annis XVIIII pòſt, Phormione ſummum Athenis magiſtratum obtinente, ab Carthaginienſibus, Himilcone duce, fuiſſe occupatam urbem Liparam, ac XXX talentûm mulctam impoſitam inſulæ, auctor eſt Diodorus lib. XIIII. Eodem libro poſteà hanc refert hiſtoriam: Ἀθήνησι μὲν παρέλαβε τὴν ἀρχὴν Δημόστρατος· κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Ῥωμαῖοι πολιορκοῦντες ἑνδέκατον ἔτος Βεοὺς [lego, Βηΐους] ἐξεπολιόρκησαν. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ θρίαμβον ἤγαγεν, ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων δῆμος ἐκ τῶν λαφύρων δεκάτην ἐξελόμενος, χρυσοῦν κατεσκεύασε κρατῆρα, καὶ εἰς Δελφοὺς ἀνέθηκεν. οἱ δὲ κομίζοντες αὐτὸν πρεσβευταὶ λῃσταῖς Λιπαραίοις περιέπεσον, καὶ πάντες αἰχμαλωτισθέντες κατήχθησαν εἰς Λιπάραν. Τιμασίθεος δὲ, ὁ τῶν Λιπαραίων στρατηγὸς, γνοὺς τὸ γεγενημένον, τούς τε πρεσβευτὰς ἀνέσωσε, καὶ τὸ χρυσίον ἀποδοὺς, εἰς Δελφοὺς σὺν πρέσβεις ἀποκατέστησεν. διόπερ ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων, πυθόμενος τὴν τοῦ Τιμασιθέου καλοκαγαθίαν, παραχρῆμα αὐτὸν ἐτίμησε, δημόσιον δοὺς κατάλυμα· καὶ μετὰ ταῦτ' ἔτεσιν ἑκατὸν τριάκοντα ἑπτὰ τὴν Λιπάραν ἀφελόμενος τῶν Καρχηδονίων, τοὺς ἐγγόνους τοῦ Τιμασιθέου τῶν τε εἰσφορῶν ἀτελεῖς ἀφῆκε, καὶ ἐλευθέρους ἐποίησεν. Hoc eſt: *Athenis ſummum gerente magiſtratum Demoſtrato, in Italiâ Romani Veios, undecimum jam annum oppugnatos, expugnarunt. Dictator inde triumphum egit. populus verò Romanus ex decimis prædæ collectis aureum Apollini craterem conſlatum Delphis conſecravit. At, qui perferebant donum, legati in piratas Liparenſeis incidunt; omnesque capti Liparam deportantur. Ibi Timaſitheus, dux Liparenſium, de facto illo certior factus; non modò legatos ſervat; ſed donario etiam reddito, tutum Delphos iter illis præſtat. Itaque populus Romanus, de probitate Timaſithei edoctus, tum ſtatim eum viro honorem exhibuit, uti hoſpitium cum eo publicum faceret; poſt annos verò* CXXXVII, *quum Liparam Carthaginienſibus adimerent,*

rent, Timaſithei poſteros à tributis immuneis & omnino liberos eſſe juſſit. Eamdem hanc hiſtoriam ita refert Livius lib. v: *Crateram auream donum Apollini Delphos legati qui ferrent, L. Valerius, L. Sergius, A. Manlius, miſſi longâ unâ nave, haud procul freto Siculo à piratis Liparenſium excepti, devehuntur Liparas. Mos erat civitatis, velut publico latrocinio partam prædam dividere. fortè eo anno in ſummo magiſtratu erat Timaſitheus quidam, Romanis vir ſimilior, quàm ſuis: qui legatorum nomen donumque, & deum, cui mitteretur, & doni cauſam veritus ipſe, multitudinem quoque, quæ ſemper fermè regenti eſt ſimilis, religionis juſtæ implevit: adductosq; in publicum hoſpitium legatos, cum præſidio etiam navium Delphos proſequutus, Romam inde ſoſpites reſtituit. Hoſpitium cum eo ſenatusconſulto eſt factum: donaque publicè data.* Poſt CXXXVII à Phormionis magiſtratu annos conſulatum Romæ geſſerunt C. Aurelius Cotta & P. Servilius Geminus. at Polybius, graviſſimus rerum Romanarum auctor, Liparam tradit, lib. I, à Romanis occupatam fuiſſe anno ſequenti; id eſt, L. Cæcilio & C. Furio Coss. quam equidem hiſtoriam Diodorus quoque retulit lib. XXIII; ut patet ex Legationum excerptis. Sed ſummo Athenis magiſtratu Demoſtrato, conſulatum Romæ geſſerunt L. Lucretius Flavus & Servius Sulpicius Camerinus. anno verò ante hos conſules Romanorum legatos à Liparenſium piratis captos narrat Livius. Cæterùm *Romanorum* poſteà *coloniam* accepit Lipara. Hinc Plinius, dicto lib. III cap. VIIII: *Lipara, cum civium Romanorum opido.* Atque de Liparâ hactenus ſatis.

Præter unam Liparam reliquæ Aeoliæ ſive Vulcaniæ inſulæ hodiè opidis ſeu vicis non inhabitantur. idem antiquis etiam temporibus factum, ſuprà è Thucydide ſimul atque Diodoro intellectum. cultos tamen à Liparenſibus fuiſſe reliquarum agros, iidem teſtantur auctores. & quamquàm Thucydides & ex hoc Pauſanias Didymen tantùm & Strongylen atque Hieram nominent; tamen Plinius lib. III, cap. VIIII, *Phœnicuſa*, inquit, *pabulo proximarum relicta.*

THERMESSA *inſula; quæ &* HIERA, *id eſt,* SACRA, *&* VVLCANI *inſula, ſeu* VVLCANIA.

Inter Liparam & Siciliam, v millibus paſſuum à Liparâ eſt ea, quæ Θέρμισσα, THERMISSA Straboni, Plinio verò, &, qui Plinium haud dubiè ſequuti ſunt, Martiano Capellæ atque Pomponio Sabino THERASIA; eadem Thucydidi, Ariſtoteli, Diodoro, Straboni, Melæ, Plinio, Solino, Pomponio Sabino, Iſidoro, Ἱερὰ, HIERA, id eſt, ut Latinus poëta Corn. Severus interpretatus, SACRA; & item Ptolemæo Ἡφαίστου νῆσος, id eſt, ut Tabula etiam itineraria habet, VVLCANI INSVLA; & Virgilio, eiusque commentatoribus Servio ac Pomponio Sabino, VVLCANIA: nempe, quia *Vulcano* erat *ſacra*. Nomen hoc hodiéque obtinet; vulgò *Volcano*, & *Vulcano*, item *Bolcano* & *Bulcano*, item *Borcano* & *Burcano* dicta. Plinius, lib. III, cap. VIIII: *Inter Liparam & Siciliam altera, anteà Theraſia adpellata, nunc Hiera; quia ſacra Vulcano eſt: colle in eâ nocturnas evomente flammas.* Solinus, cap. XII: *Alteram Hieram vocaverunt. ea præcipuè Vulcano ſacra eſt: & plurimùm colle eminentiſſimo nocte ardet.* Corn. Severus, in Aetnâ:

Inſula durata Vulcani nomine ſacra.

Mela, lib. II, cap. VII: *Lipara, Didyme, Phœnicuſa, Ericuſa, Hiera, & Strongyle.* Iam Thucydidis ævo adpellatam fuiſſe Ἱερὰν, ex verbis eius ſuprà citatis patet. quibus continuò hæc ſubjungit: Νομίζουσι δὲ οἱ ἐκείνῃ ἄνθρωποι, ἐν τῇ Ἱερᾷ ὡς ὁ Ἥφαιστος χαλκεύει, ὅτι τὴν νύκτα φαίνεται πῦρ ἀναδιδοῦσα πολὺ, καὶ τὴν ἡμέραν καπνόν. Id eſt: *Arbitrantur autem qui illic ſunt homines, in Hierâ Vulcanum exercere artem fabrilem; quòd ea noctu cernitur multum ignem & interdiù fumum reddere.* Apud Ptolemæum, in deſcriptione Siciliæ, ita legitur: Τῶν δὲ περὶ Σικελίαν νήσων αἱ παρ' αὐτὴν εἰσιν αἵδε· Διδύμη νῆσος, Ἱκεσία νῆσος, Ἐρικώδης νῆσος, Φοινικώδης νῆσος, Ἡφαίστου νῆσος, Λιπάρα νῆσος καὶ πόλις, Εὐώνυμος νῆσος, Στρογγύλη νῆσος, Οὐστίκα νῆσος καὶ πόλις, Ὀστεώδης νῆσος, Φορβαντία νῆσος, Αἴγουσα νῆσος, Ἱερὰ νῆσος, Πακωνία νῆσος, Αἰόλου νῆσος. Id eſt: *Inſularum circa Siciliam, quæ propter eam jacent, ſunt iſtæ: Didyme inſula, Hiceſia inſula, Ericodes inſula, Phœnicodes inſula, Vulcani inſula, Lipara inſula & opidum, Euonymos inſula, Strongyle inſula, Vſtica inſula & opidum, Oſteodes inſula, Phorbantia inſula, Aeguſa inſula, Hiera inſula, Paconia inſula, Aeoli inſula.* Errant heic ſatis turpiter, qui erroris Ptolemæum inſimulant, quaſi is ex unâ eadémque inſulâ duas fecerit diverſas, *Hieram*, & *Vulcani inſulam*. quidpe *Hieram* hanc quam intellexerit Ptolemæus, vel tabula eius indicare poterat: nempe unam ex tribus Aegadibus, Lilybæo promontorio objectam. Porrò de Aeoliâ Hierâ ita Strabo lib. VI: Εἰσὶ δὲ ἑπτὰ μὲν τὸν ἀριθμὸν, μεγίστη δὲ ἡ Λιπάρα, ἐγγυτάτω τῆς Σικελίας κειμένη,

μετά γε

μετά γε τὴν Θέρμισσαν. Id eſt: *Septem ſunt numero: quarum maxima eſt Lipara, proxima Siciliæ, ſecundùm Thermiſſam.* Et puſillo pòſt; memoratâ Liparâ: ταύτης δὲ μεταξύ πως ἐστι καὶ τῆς Σικελίας, ἣν νῦν Ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι, πετρώδης πᾶσα καὶ ἔρημος, καὶ διάπυρος. Id eſt: *Inter hanc & Siciliam jacet, quam nunc Hieram*, id eſt, *Sacram Vulcani vocant: ſaxoſa tota, & deſerta, atque ignita.* Omnino credo, ſcripſiſſe Strabonem, ταύτης δὲ μεταξύ πώς ἐστι καὶ τῆς Σικελίας Θέρμισσα, ἣν νῦν Ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι. id eſt: *Inter hanc & Siciliam jacet Thermiſſa; quam nunc Sacram Vulcani vocant.* Ita quidpe ſuprà eam nominavit: atque ita poſteà, Hierâ deſcriptâ; τὴν μὲν δὴ Λιπάραν, inquit, καὶ τὴν Θέρμισσαν εἰρήκαμεν. id eſt: *De Liparâ & Thermiſsâ diximus.* Poſt hæc verò bis iterum adpellat *Hieram*. Erravit heic haud modicè Fazellus; qui, decad. I, lib. I, cap. I, ita ſcribit: *Lipara inſula Meligunis à priſcis ob eius nigredinem adpellata eſt. ſubinde Thermiſia, à balneis, quas habet; ut teſtatur Strabo. poſtremò verò Lipara eſt dicta.* Nihil ſanè tale ex Strabonis verbis extorſeris. vitioſâ ac falsâ uſum eſſe Fazellum verſione, haud dubium eſt. Non ab aquarum, ſed ab ignium calore nomen impoſitum fuit Vulcani inſulæ Θέρμισσα, *Thermiſſa*. quod rectiùs per η ſcripſeris Θέρμησσα, THERMESSA: quemadmodùm fons ille apud Segeſtam Θερμησσός, *Thermeſſus*, & eodem nomine urbs Piſidiæ; de quibus ſuprà huius lib. II cap. II plura nobis dicta ſunt. & in Vaticano exemplari manu ſcripto reperi τὴν Θερμέσσαν. Vocabulum illud Plinii *Theraſiæ* neſcio an ſatis probæ ſit notæ: vereorque, ne corruptum ſit à genuino *Thermeſſa*. niſi fortè ipſe Plinius erraverit; hanc Aeoliam Thermeſſam eo nomine indigetans, quo inſula inter Cretam & Græciam celebratiſſima dicebatur Græcis literis Θηρασία. Cæterùm de Thermeſsâ inſulâ itacanit poëta Aeneid. lib. VIII:

Inſula Sicaniam juxta latus Aeoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis:
Quam ſubter ſpecus & Cyclopum exeſa caminis
Antra Aetnæa tonant, validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum: ſtriduntque cavernis
Stricturæ chalybum; & fornacibus ignis anhelat.
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.

Ad hæc ita Pomponius Sabinus: *Vulcania inſula eſt una Aeoliarum; ſaxoſa, & tota ignita, propter cavernas, in quibus venti incluſi id faciunt. Græci adpellant Hephæſtiada. inde qui obſervant exeuntem fumum, cognoſcunt ſpiraturos ventos.* Pauca hæc mutuatus eſt Sabinus ex prolixiore diſſertatione Strabonis; qui ſuprà ſcriptis ſubnectit iſta: Ἔχει δὲ ἀναπνοὰς τρεῖς, ὡς ἂν ἐκ τριῶν κρατήρων· ἐκ δὲ τοῦ μεγίστου καὶ μύδρους αἱ φλόγες ἀναφέρουσιν, οἳ προσκεχώκασιν ἤδη πολὺ μέρος τοῦ πόρου. ἐκ δὲ τῆς τηρήσεως πεπίστευται διότι τοῖς ἀνέμοις συμπαροξύνονται καὶ αἱ φλόγες, αἵ τε ἐνταῦθα καὶ αἱ κατὰ τὴν Αἴτνην· παυομένων δὲ παύονται καὶ αἱ φλόγες. οὐκ ἄλογον δέ· καὶ γὰρ οἱ ἄνεμοι γεννῶνται καὶ τρέφονται, τὴν ἀρχὴν λαβόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς θαλάττης ἀναθυμιάσεων, ὥστ' ἀπὸ συγγενοῦς ὕλης καὶ πάθους, καὶ τὸ πῦρ ἐξαναπτόμενον, οὐκ ἐᾷ θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας ἄλλως γέ πως τὰ τοιάδε. Πολύβιος δὲ τῶν τριῶν κρατήρων τὸν μὲν κατερρυηκέναι φησὶν ἐκ μέρους, τοὺς δὲ συμμένειν, τὸν δὲ μέγιστον τὸ χεῖλος ἔχειν, περιφερὲς ὄν, πέντε σταδίων· κατ' ὀλίγον δὲ συνάγεσθαι εἰς ν' ποδῶν διάμετρον. καθ' οὗ βάθος εἶναι τὸ μέχρι θαλάττης σταδιαῖον· ὥστε καθορᾶν ταῖς νηνεμίαις. ἐὰν μὲν οὖν νότος μέλλῃ πνεῖν, ἀχλὺν ὁμιχλώδη καταχεῖσθαι κύκλῳ φησὶ τοῦ νησιδίου, ὥστε μηδὲ τὴν Σικελίαν ἄπωθεν φαίνεσθαι· ὅταν δὲ βορέας, φλόγας καθαρὰς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος κρατῆρος εἰς ὕψος ἐξαίρεσθαι, καὶ βρόμους ἐκπέμπεσθαι μείζους· τὸν δὲ ζέφυρον μέσην τινὰ ἔχειν τάξιν. τοὺς δ' ἄλλους κρατῆρας ὁμοειδεῖς μὲν εἶναι, τῇ δὲ βίᾳ λείπεσθαι τῶν ἀναφυσημάτων· ἔκ τε δὴ τῆς διαφορᾶς τῶν βρόμων καὶ ἐκ τοῦ πόθεν ἄρχεται τὰ ἀναφυσήματα καὶ αἱ φλόγες καὶ αἱ λιγνύες, προσημαίνεσθαι καὶ τὴν εἰς ἡμέραν τρίτην πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν. τῶν γοῦν ἐν Λιπάρᾳ, γενομένης ἀπλοίας, προειπεῖν τινάς φησι τὸν ἐσόμενον [ἄνεμον.] καὶ μὴ διαψεύσασθαι· ἀφ' οὗ δὴ τὸ μυθωδέστατον δοκοῦν εἰρῆσθαι τῷ ποιητῇ, οὐ μάτην φαίνεσθαι λεχθέν, ἀλλ' αἰνιξαμένου τὴν ἀλήθειαν, ὅταν φῇ ταμίαν τῶν ἀνέμων τὸν Αἴολον. Hoc eſt: *Habet exſpirationes treis, veluti ex tribus crateribus. quorum ex maximo flammæ etiam maſſas efferunt: quæ jam bonam freti partem obthurarunt. Obſervatio fidem fecit, exſpirationes iſtas flammarum, cùm iſtas tùm in Aetnâ, ventis exaſperari; iiſque deſinentibus, ceſſare. neque abſurdum id eſt. nam & venti naſcuntur augenturq́; ſumto ex maris exhalationibus initio: ut ex cognatâ materiâ ſimiliq́; eventu ignis accenſus, admirationem iis, qui aliàs iſta viderunt, adimat. Polybius, è tribus crateribus unum aliquâ ſui parte conlapſum eſſe, reliquos reſtare, ait; ac maximi orificium rotundum eſſe, ambitu*

fermè

fermè V *ſtadiorum; paullatimque in arctum coire, eò usque, ut diameter* L *ſit pedes longa.*
atque inde ad mare usque altitudinem eſſe unius ſtadii; ut conſpici, ventis non flantibus, poſ-
ſit. Cæterùm Auſtro ſpiraturo, inſulam caliginosâ nubeculâ obtegi ait; ut ne Sicilia quidem
eminus cernatur. at ſub Aquilonis flatum puras flammas è dicto cratere in altum attolli; maio-
resque edi fremitus. medium quoddam obtinere Favonium. reliquos crateras eiusdem eſſe
formæ; ſed non tantâ vi exſpirationis præditos. Cæterò ex fremituum discrimine, efflatio-
num, flammarum, atque fuliginum initio prænoſci etiam, quis tertio pòſt die ſpiraturus ſit ven-
tus: eóque Liparæ quosdam, facultate navigandi negatâ, certò prædicere futuram. atque hac
de causâ id, quod fabuloſiùs à poëtâ videtur dictum, adparere non fruſtra pronunciatum fuiſſe:
ſed veritatem per ambages eum ſignificaſſe, quum Aeolum adpellaret ventorum promum.
Similia refert & Diodorus, dicto lib. V. Ἐν δὲ τῇ Στρογγύλῃ, inquit, καὶ τῇ Ἱερᾷ μέχρι
τοῦ νῦν ἐκ τῶν χασμάτων ἐκπίπτει πνεύματος μέγεθος, καὶ βρόμος ἐξαίσιος· ἐκφυσᾶται δὲ καὶ
ἄμμος, καὶ λίθων διαπύρων πλῆθος, καθάπερ ἐστὶν ὁρᾶν καὶ περὶ τὴν Αἴτνην γινόμενον. λέγουσι
γάρ τινες, ἐκ τούτων τῶν νήσων ὑπονόμους εἶναι κατὰ γῆς μέχρι τῆς Αἴτνης, καὶ τοῖς ἐπ' ἀμφότερα στο-
μίοις συνηγμένους. διὸ καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐναλλὰξ καίεσθαι τοὺς ἐν ταύταις ταῖς νήσοις κρατῆρας τῶν
κατὰ τὴν Αἴτνην. * . * . Ὁ δὲ Αἴολος οὗτός ἐστι πρὸς ὃν μυθολογοῦσι τὸν Ὀδυσσέα κατὰ τὴν
πλάνην ἀφικέσθαι. γενέσθαι δ' αὐτόν φασιν εὐσεβῆ καὶ δίκαιον, ἔτι δὲ καὶ πρὸς τοὺς ξένους φιλάνθρω-
πον· πρὸς δὲ τούτοις τὴν τῶν ἱστίων χρείαν τοῖς ναυτικοῖς ἐπεισηγήσασθαι. καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ πυρὸς προσημα-
σίας παρατετηρηκότα προλέγειν τοῖς ἐγχωρίοις ἀνέμους εὐστόχως· ἐξ οὗ ταμίαν αὐτὸν εἶναι τῶν ἀνέμων
ὁ μῦθος ἀνέδειξε· διὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐσεβείας φίλον τῶν θεῶν ὀνομασθῆναι. Id eſt: *In*
Strongyle & Hierâ etiam nunc flatuum vis ingens erumpit cum fremitu immani. evomitur
etiam arena, lapidumque ignitorum copia: quod circa Aetnam quoque videre eſt. Ab his
namque inſulis cavernas eſſe ſubterraneas usque ad Aetnam, conjunctis utrimque oſtiis, non-
nulli adfirmant. ideóque alternis ardere vicibus dictarum inſularum crateres & Aetnæ. Paul-
lo pòſt: *Aeolus verò iſte eſt, ad quem in oberratione ſuâ Vlyſſem perveniſſe fabulantur.*
piumq; ac juſtum & erga hoſpites humanum benignumque fuiſſe, memorant. velorum prætereà
uſum docuiſſe nauticæ rei ſtudioſos. ex aëris quoque prodigiis, diligenter obſervatis, qui venti
ingruituri eſſent, incolis certò prædixiſſe. unde ventorum promus à fabulâ declaratus eſt: &
ob eximiam pietatem amicus deorum nominatur. Nimirum ab Homero; ut mox videbi-
mus. Cæterùm Apollonii verba ex Ἀργοναυτικῶν lib. III ſuprà citavimus iſta de Vul-
cano:

Ἀλλ' ὁ μὲν ἐς χαλκεῶνα καὶ ἄκμονας ἦρι βεβήκει,
Νήσοιο πλαγκτῆς εὐρὺν μυχόν· ᾧ ἔνι πάντα
Δαίδαλα χάλκευεν ῥιπῇ πυρός.

Id eſt:

Ille verò ad officinam ærariam & ad incudes ſummo mane iverat
In inſulæ vagæ latum ſpecum. in quo omnia
Artificioſa fabricabat impetu ignis.

Ad hæc ita Scholiaſtes: Τῶν Αἰόλου νήσων ἐστὶν ἡ Ἱερὰ καλουμένη, ἐν ᾗ φασι τὸν Ἥφαιστον χαλ-
κεύειν. Ἱστορεῖ Καλλίας, ἐν δεκάτῳ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα, λέγων εἶναι καὶ ὄροφον [lego λόφον]
ὑψηλὸν, ἐφ' οὗ κρατῆρες εἰσὶ δύο, ὧν ὁ ἕτερος ἐστὶ τὴν περίμετρον τριστάδιος, ἐξ οὗ πολὺ φέρεται
φέγγος, ὥστε ἐπὶ πολὺν τόπον διήκειν φωτισμόν. ἔπειτα ἐκ τοῦ χάσματος ἀναφέρονται διάπυροι
λίθοι ἀπλετομεγέθεις· καὶ τηλικοῦτος βρόμος γίνεται, καθ' ὃν καιρὸν συμβαίνει ἐργάζεσθαι τὸν Ἥ-
φαιστον, ὥστε ἐπὶ πεντακόσια στάδια ἀκούεσθαι τὸν ἦχον. οἱ δὲ ἐκ τοῦ ἐκφυσήματος ἀναρριπτούμενοι
μύδροι, διὰ τὴν ἐκπύρωσιν πάντοτε ἰώδεις εἰσὶ καὶ διακεκαυμένοι τὴν ὄψιν, καὶ τὴν δύναμιν καθ' ἥλιον
ἔχουσιν. νύκτωρ μὲν οὖν πάντα τὰ περὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ θεοῦ γινόμενα, καλῶς δηλοῦται· μεθ' ἡμέραν
δὲ ἐκ τῆς κορυφῆς, ὅθεν ἡ φλὸξ ἀνίησιν, ὥσπερ νέφος ὑπερκείμενον ὁρᾶται. διὰ δὲ τοῦ λέγειν, Δαί-
δαλα χάλκευεν ῥιπῇ πυρὸς, ἐμφαίνει περὶ τῆς λεγομένης ὑπὸ τοῦ Καλλίου ἀναφύσεως τοῦ πυρὸς ἐκ τοῦ
χάσματος. Hoc eſt: *Aeoli inſularum una eſt, quæ Hiera vocitatur: in qua Vulcanum aiunt*
ærariam artem tractare. Tradit Callias, de Rebus geſtis Agathoclis lib. X, *eſſe in eâ collem ſub-*
limem; in quo duo ſunt crateres; quorum alter ambitu eſt trium ſtadiorum; ex quo editus in-
gens ſplendor, longè latéque conſpicitur. tum ex eo hiatu ejectantur candentes lapides magni-
tudinis immenſæ. ac tantus inde editur fragor, quando opus facit Vulcanus, uti ad quingenta
ſtadia ſonus eius exaudiatur. maſſæ autem ignitæ, quæ illâ exſpiratione ſurſum ejaculantur, ob
inflammationem ſemper ſunt purpureæ atque peruſtæ; vimque in Sole habent. Cæterùm nocte
quidem omnia, quæ circa opus dei fiunt, clarè adparent. interdiu autem ex vertice, unde flam-
ma exit, veluti nubes incumbens conſpicitur. Quum autem ait, Artificioſa fabricabat impetu
ignis, innuit ignis ex hiatu iſto efflationem, de qua Callias loquitur. Apud eumdem Scho-
liaſten

liaſten ad Ἀργοναυτικῶν lib. IIII ita ſcriptum eſt: Θεόφραστος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι φησὶ τὸν βρόμον τοῦ πυρὸς τὸν ἀπὸ τῶν τοῦ Αἰόλου νήσων ἀκούεσθαι ἕως χίλια στάδια. περὶ Ταυρομένιον οὖν ἀκούεσθαι βροντῇ παραπλήσιον ψόφον. Id eſt: *Theophraſtus in hiſtoricis commentariis tradit, fragorem ignis, qui ex Aeoli inſulis editur ad* CIↃ *usque ſtadia audiri. itaq; apud Tauromenium audiri crepitum tonitrui ſimilem.* Omnino numerus ſtadiorum heic vitiatus eſt. nam πεντακόσια illa στάδια Calliæ intervallo inter Aeoli inſulas & Tauromenium rectiùs conveniunt. Porrò de eâdem inſulâ ſic ſcribit Ariſtoteles, Μετεωρολογικῶν lib. II cap. VIII: Ἤδη γὰρ σεισμὸς ἔν τισι τόποις γινόμενος, οὐ πρότερον ἔληξε, πρὶν ἐκρήξας εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς γῆς τόπον, φανερῶς ὥσπερ ἐκνεφίας ἐξῆλθεν ὁ κινήσας ἄνεμος· οἷον καὶ περὶ Ἡράκλειαν ἐγένετο τὴν ἐν τῷ Πόντῳ νεωστὶ, καὶ πρότερον περὶ τὴν Ἱερὰν νῆσον. αὕτη δ' ἐστὶ μία τῶν Αἰόλου καλουμένων νήσων. ἐν ταύτῃ γὰρ ἐξανῴδει τι τῆς γῆς, καὶ ἀνῄει οἷον λοφώδης ὄγκος μετὰ ψόφου· τέλος δὲ ῥαγέντος, ἐξῆλθε πνεῦμα πολὺ, καὶ τὸν φέψαλον καὶ τὴν τέφραν ἀνήνεγκε, καὶ τήν τε Λιπαραίων πόλιν, οὖσαν οὐ πόρρω, πᾶσαν κατετέφρωσε, καὶ εἰς ἐνίας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἦλθε· καὶ νῦν ἔτι ὅπου τὸ ἀναφύσημα τοῦτο ἐγένετο, δῆλόν ἐστι. Hoc eſt: *Iam verò motus terræ in quibusdam locis factus non antè deſiit, quàm ventus ille, qui permoverat, factâ eruptione in locum terrâ ſublimiorem, apertè, procellæ modo, exierit. id quod etiam circa Heracleam Ponti nuper accidit; & priùs circa Hieram inſulam; quæ una eſt ex Aeoli, quas vocitant, inſulis. in hac quidpe pars terræ intumeſcebat, adſurgebatque cum ſono, in tumuli ſpeciem: quo tandem disrupto, multum ſpiritus prodiit, qui ſcintillam cineremque ſuſtulit; ac Liparenſium urbem, haud procul disſitam, totam cineribus opplevit; & ad quasdam Italiæ etiam urbeis pervenit. atque hoc etiamnunc tempore, ubi illa ignium evomitio contigit, manifeſtò adparet.* De eâdem ita Fazellus, dicto decad. I lib. I cap. I: *Hæc in medio mari aquis circumfuſa perpetuò ardet. enimverò ex voragine, quæ in medio patet, jugiter ingentem fumi nebulam hodiè eructat; &, pro modo efflantium ventorum Euri vel Africi, fumum interdum, quandoq; favillas, nonnumquàm etiam ignem ac pumices evomit. Intus verò per juncturas lapidum & cancellos anguſtosq; meatus exurens ſimul & pallens ignis inter ipſam fumoſam caliginem emittitur.* Huiusmodi inter fumoſam caliginem pallentem ignem egomet nocte è proximo litore Siculo diſpexi. Fumus autem interdiu candidus inde perpetuò exibat. Cæterùm idem Fazellus paullo antè ita tradit: *Proxima Liparæ Aeoliarum inſula eſt, Hiera Græcis, Sacra Latinis, Theraſia Plinio, incolis verò Vulcania hodiè dicta. Hanc non ab initio cum Orbe enatam, ſed* COSS. *demum Sp. Poſthumio Albinio & Q. Fabio Labeone, anno ab Vrbe conditâ* IↃL *repentè è pelago emerſiſſe, Plinius lib.* II *cap.* XC, *Iſidorus lib.* XIIII, *P. Oroſius lib.* IIII *cap.* XVIIII, *& Eutropius lib.* IIII, *referunt.* Ingens error vel memoriæ lapſus. quidpe jam annis ferè CC ante urbis Romæ annum IↃL meminit eius Thucydides; ut ſuprà perſpectum: & poſt hunc C circiter annis Ariſtoteles. Sed video, quis Fazello hunc turpem errorem impoſuerit. nempe ille ipſe, cuius fidem citat, Paullus Oroſius. apud hunc namque ita ſcriptum eſt, lib. IIII cap. XX: *Eodem anno [M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone, conſulibus] Scipio Africanus apud Liternum opidum morbo periit. Iisdem etiam diebus Annibal apud Pruſiam, Bithyniæ regem, quum à Romanis repoſceretur, veneno ſeſe necavit. Philopœmen, dux Achivorum, à Meſſaniis captus occiſusq; eſt. In Siciliâ tunc Vulcani inſula, quæ antè non fuerat, repentè in mari edita cum miraculo omnium, usque ad nunc manet.* In eorumdem conſulum magiſtratu, qui fuit annus Vrbis conditæ IↃLXVIIII, Livius quoque Scipionis Annibalisque interitum refert. De Annibale idem ſub iisdem conſulibus adfirmat M. Aurelius Caſſiodorus, in Faſtis Romanis. Apud Eutropium de dictâ inſulâ nihil reperio. Iſidorus lib. XIIII, cap. VI ita habet: *Aeoliæ inſulæ, Siciliæ; adpellatæ ab Aeolo, Hippotæ filio.* *. *Eædem & Vulcaniæ vocantur. Sunt autem novem; habentes propria nomina. quarum primam Liparus quidam Liparen vocavit; qui eam ante Aeolum rexit. altera Hiera vocatur. reliquæ verò, id eſt, Strongyle, Didyme, Ericuſa, Phœnicuſa, Euonymos, Ericodes, Phœnicodes, quoniam nocte ardent, Aeoliæ ſive Vulcaniæ dicuntur. Ex iis quædam ab initio non fuerunt; quædam, poſteà mari editæ, usque nunc permanent.* En, ut par facit cum Servio: qui & ipſe aliàs VIIII aliàs VII tantùm conſtituit Aeolias ſive Vulcanias inſulas. hic verò duas earum bis numerat; *Ericuſam* & *Phœnicuſam*; quæ aliâ formatione dicebantur *Ericodes* ac *Phœnicodes*. Reliquum hinc, ubi ait quosdam earum poſteà è mari eſſe editas, haud minoris eſt imperitiæ; licèt adſentatorem eâ in re habeat Oroſium. Plinius, quem Fazellus citat, ita tradit lib. II cap. LXXXVI: *Naſcuntur & alio modo terræ, & repentè in aliquo mari emergunt; velut paria ſecum faciente naturâ; quæque hauſerit hiatus, alio loco reddente.* Hinc cap. LXXXVII: *Claræ jam pridem inſulæ Delos & Rhodos memoriæ produntur enatæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

poſteà minores; ultra Melon Anaphe; inter Lemnum & Helleſpontum, Nea; inter Lebedum & Teon, Alone; inter Cycladas, Olympiadis CXXXV anno quarto, Thera & Theraſia; inter eaſdem poſt annos CXXX Hiera, eademq; Automate; & ab duobus ſtadiis poſt annos CX, in noſtro ævo, M. Iunio Syllano, L. Balbo, Coss. ad VIII Idus Iulias, Thia. Cap. LXXXVIII: Ante nos & juxta Italiam inter Aeolias inſulas, item juxta Cretam emerſit è mari, CIƆIƆ paſſuum; una cum calidis fontibus; altera Olympiadis CXLIIII anno tertio in Thuſco ſinu, flagrans hæc violento cum flatu. proditurq; memoriæ, magnâ circa illam multitudine piſcium fluitante, confeſtim exſpiraſſe, quibus ex his cibus fuiſſet. Annus hic fuit ante natum Ieſum CCII, ab urbe Româ conditâ IƆLI, Ti. Cl. Nerone & M. Servio Gemino Coss. Ex illis Oroſii verbis, proximè perſcriptis, colligo hanc inſulam prope Hieram ſive Vulcaniam emerſiſſe. Et eſt hodiéque hoc ſitu exigua quædam inſula, vulgari vocabulo *Volcanello*, & variante incolarum dialecto *Bolcanello* ac *Borcanello*: de qua ita ſcribit Fazellus ibidem: *Tertia inſula Vulcanellus, tenuiſſimo euripo à Vulcaniâ recedit. quæ & ignem ipſa aliquando evomuit. Euripus, ad ætatem uſque meam pervius, ac fida navigiis ſtatio, nunc, interjectâ ex Vulcaniæ caminis cinerum ac lapidum mole, præcluſus eſt.* Hæc ſcilicet illa eſt Plinii *flagrans violento cum flatu.* De piſcibus quod addit; idem LXXVI annis pòſt iterum circa eadem hæc loca accidit, M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreſte, Coss. Iul. Obſequens in libro de Prodigiis: *M. Aemilio, L. Aurelio, Coss. Aetna mons terræ motu igneis ſuper verticem latè diffudit: & ad inſulam Liparas mare efferbuit; & quibuſdam aduſtis navibus vapore pleroſq; navaleis exanimavit; piſcium vim magnam exanimem diſperſit. quos Liparenſes avidiùs epulis adpetentes, contaminatione ventris conſumti; ita, ut novâ peſtilentiâ vaſtarentur inſulæ.* Oroſius, lib. V, cap. X: *M. Aemilio, L. Oreſte, conſulibus. Aetna, vaſto tremore concuſſa, exundavit globis. rurſusq; alio die Lipara inſula, & vicinum circa eam mare in tantum efferbuit, ut aduſtas quoq; rupeis diſſolverit; tabulata navium, liquefactis ceris, extorruerit; exanimatos piſceis ſupernatanteiſque excoxerit; homines quoque, niſi qui longiùs potuêre diffugere, reciprocato anhelitu calidi aëris aduſtis introrſum vitalibus, ſuffocârit.* Poſidonius, apud Strabonem, non Liparam heic, ſed Hieram & Euonymon nominat. Verba Strabonis dicto lib. VI hæc ſunt: Πολλάκις δὲ καὶ φλόγες εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ πελάγους τοῦ περὶ τὰς νήσους ὤφθησαν ἐπιδραμοῦσαι, τῆς κατὰ βάθους κοιλιῶν τοῦ πυρὸς ἀναστομωθέντος πόρου τινὸς, καὶ βιασαμένου πρὸς τὸ ἐκτός. Ποσειδώνιος δὲ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ μνήμην φησὶ περὶ τροπὰς θερινὰς, ἅμα τῇ ἕω, μεταξὺ τῆς Ἱερᾶς καὶ τῆς Εὐωνύμου πρὸς ὕψος ἀρθεῖσαν ἐξαίσιον τὴν θάλασσαν ὁραθῆναι, καὶ συμμεῖναί τινα χρόνον ἀναφυσωμένην συνεχῶς, εἶτα παύσασθαι· τοὺς δὲ τολμήσαντας προσπλεῖν, ἰδόντας νεκροὺς ἰχθύας ἐλαυνομένους ὑπὸ τοῦ ῥοῦ, [.........] τοῦ δὲ καὶ θέρμῃ καὶ δυσωδίᾳ πληγέντας, φυγεῖν. ἓν δὲ τῶν πλοιαρίων τὸ μᾶλλον πλησιάσαν τοὺς μὲν τῶν ἐνόντων ἀποβαλεῖν, τοὺς δ' εἰς Λιπάραν μόλις σῶσαι, ποτὲ μὲν ἔκφρονας γινομένους, ὁμοίως τοῖς ἐπιληπτικοῖς, ποτὲ δὲ ἀνατρέχοντας εἰς τοὺς οἰκείους λογισμούς. πολλαῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ὁρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάττῃ· πολλαχοῦ δὲ καὶ φλόγας ἐκπιπτούσας, καὶ καπνοὺς, καὶ λιγνύας. ὕστερον δὲ παγῆναι, καὶ γενέσθαι τοῖς μυλίταις λίθοις ἐοικότα τὸν πάγον. Hoc eſt: *Sæpenumerò etiam in ſuperficie maris, quod eſt circa inſulas, diſcurrere flammas animadverſum eſt; quum ignis, cavernarum, quibus in profundo continetur, meatu aliquo recluſo, foràs vi prorupit. Poſidonius tradit, ſuâ ætate circa ſolſtitium æſtivum primâ luce inter Hieram & Euonymon mare conſpectum fuiſſe ad portentoſam elatum altitudinem: atque aliquamdiu ſic conſtitiſſe, continenti flatu exaltatum. tandem ſubſediſſe. Eos, qui navigiis accedere auſi fuerant, quum viderent, aquæ fluxu impelli piſceis mortuos,* [deſunt quædam] *alios verò, calore ac fætore perculſos, fugiſſe. navigium, quod propiùs acceſſerat, vectoribus quibuſdam amiſſis, ægrè cum reliquis Liparam perveniſſe. qui modò mente, veluti comitiali morbo correpti, abalienarentur; modo ad ſe redirent. Multis pòſt diebus limum adparuiſſe, qui ſuperficiei aquæ innataret. multis quoque locis flammas erupiſſe, & fumos, ac fuligines. limum eum tandem concreviſſe: & molaribus lapidibus simileis fuiſſe concretas iſtas maſſas.* Sed de his ſatis ſuperque. nunc ad reliquas inſulas tranſgrediamur.

STRONGYLE *inſula.*

Eiuſdem cum Hierâ genii ac naturæ eſt Στρογγύλη νῆσος, STRONGYLE INSVLA: quæ hodiéque incolis Liparenſibus atque conterminis Siculis vulgari vocabulo dicitur *Strongoli*; Italis verò *Stromboli*. Nomen unde acceperit, complures oſtenderunt auctores. Stephani epitomator: Στρογγύλη, μία τῶν Αἰόλου νήσων, ἀπὸ τοῦ σχήματος καλουμένη· καὶ φλογὸς μὲν λειπομένη, φέγγους δὲ μετέχουσα. Id eſt: *Strongyle, una Aeoli inſularum, à figurâ ſic dicta: flammâ quidem inferior, fulgorem tamen eumdem habens.* Locus mutilatus ex Strabone tranſſcriptus eſt. ille quidpe ita dicto lib. VI: Τὴν μὲν δὴ Λιπάραν καὶ τὴν Θέρμισσαν εἰρήκαμεν. ἡ δὲ Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἐστὶ

ἐστὶ δὲ καὶ αὐτὴ διάπυρος, βίᾳ μὲν φλογὸς λειπομένη, τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα· ἐνταῦθα δὲ τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασιν. Id eſt: *De Lipara igitur atque Thermiſſa diximus. Strongyle à figurâ ſic dicta: ipſa quoque ignita: violentiâ quidem flammarum inferior, at fulgore excellens. In hac habitaſſe Aeolum ferunt.* Eadem & Euſtathius mutuatus in commentariis ad Dionyſium Περιηγητήν. λέγονται, inquit, καὶ Λιπαραίων νῆσοι. ὧν ἐν μιᾷ, τῇ καλουμένῃ Στρογγύλῃ, τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασιν· ἥ τις βίᾳ μὲν φλογὸς λείπεται τῶν ἄλλων ἓξ νήσων, φέγγει δὲ πλεονάζει. Id eſt: *Dicuntur & Liparæorum inſulæ. in quarum unâ, quæ Strongyle vocatur, Aeolus habitaſſe fertur. ea vi quidem flammarum reliquis ſex inſulis inferior eſt; at fulgore eas ſuperat.* Sic & Solinus, cap. XII: *Strongyle tertia, Aeoli domus, vergit ad Solis exortus, minimè anguloſa: quæ flammis liquidioribus differt à cæteris, hæc cauſa efficit, quòd ex eius fumo potiſſimùm incolæ præſentiſcunt, quinam flatus in triduo portendantur. quo factum, ut Aeolus rex ventorum crederetur.* Et Plinius, lib. III cap. VIIII: *Inter Liparam & Siciliam altera, antea Theraſia adpellata, nunc Hiera; quia ſacra Vulcano eſt; colle in eâ nocturnas evomente flammas. Tertia Strongyle, à Liparâ* M *paſſ. ad exortum Solis vergens: in qua regnavit Aeolus: quæ à Liparâ liquidiore tantùm flammâ differt: è cuius fumo, quinam futuri ſint venti, in triduum prædicere incolæ traduntur. unde, ventos Aeolo paruiſſe, exiſtimatum.* Equidem haud dubitaverim, ſcriptum fuiſſe ab ipſo Plinio, ut reliqui habent auctores, maximè verò epitomator eius Solinus; *quæ à cæteris liquidiore tantùm flammâ differt.* nam de Liparæ ignibus nihil anteà Plinius. Eodem loco continuò anteà corruptum eſſe numerum XXV millium paſſuum in XXII, & aliis in exemplaribus in XII, ſuprà docui. iſthic verò nota numeri, ante M *paſſ.* planè interiit; quum re ipsâ ſint millia inter Liparam & Strongylen X. Porrò de eâdem Strongyle inſulâ & Aeoli inibi ſede ita refert Apollonii ſcholiaſtes, ad Ἀργοναυτικῶν lib. IIII: Ἀγαθοκλῆς, ἐν τοῖς ὑπομνήμασι περὶ τῶν χαλκείων τοῦ Ἡφαίστου ἱστορῶν, φησὶ κατὰ Σικελίαν δύο εἶναι νήσους, ὧν ἡ μὲν καλεῖται Ἱερά, ἡ δὲ Στρογγύλη, αἵτινες ἡμέρας καὶ νυκτὸς πῦρ ἀφιᾶσιν. ὁ δὲ αὐτός φησιν ἐν ἑβδόμῳ [lege ὅτι ἑπτά. ſcriptum erat, ὅτι ζ΄] ἐν Σικελίᾳ νῆσοι ὑπάρχουσι· τούτων δύο πῦρ ἀφιᾶσι· καλεῖται δὲ ἡ μὲν Αἰόλου, ἡ δὲ Ἡφαίστου. ἐν ᾗ πυρὸς ποταμοὺς φασιν ἀνιέναι. Id eſt: *Agathocles, in Commentariis ſuis de officinis Vulcani narrans, ait apud Siciliam eſſe duas inſulas, quarum altera Hiera, altera Strongyle vocatur; quæ nocte dieq; ignem ejectant. Idem* VII *tradit eſſe ad Siciliam inſulas; quarum duæ ignem evomunt. vocatur autem altera earum Aeoli, altera Vulcani: in qua igneos amneis tradunt profluere:* Cæterùm Solinus, loco præſcripto, *Strongylen* ait *minimè anguloſam* eſſe; id eſt, *rotundam.* & ab eâ figurâ, ut Strabo docet, nomen accepit. στρογγύλον enim Græcis eſt, quod Latinis *rotundum.* Hinc & Corn. Severus in Aetnâ:

> *Inſula, cui nomen facies dedit ipſa rotunda.*

Silio poëtæ metri causâ formatum eſt eius vocabulum Στρογγύλος, STRONGYLOS, in his verbis lib. XIIII:

> *Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongylos auſtris;*
> *Mille Thoantéæ ſedes Facelina Dianæ.*

Sic tamen etiam habet Itinerarium inſulare: *Inſula Strongylos, à Meſſanâ ſtadia* CCCXX. *Inſula Lipara. A Strongylos Liparis ſunt ſtadia* CCC. Silius metri gratiâ nominavit Strongylon pro universâ Liparenſium civitate. De ignibus illius ita etiam Diodorum ſuprà, in lib. V, loquentem audivimus: Ἐν δὲ τῇ Στρογγύλῃ καὶ τῇ Ἱερᾷ μέχρι τοῦ νῦν ἐκ τῶν χασμάτων ἐκπίπτει πνεύματος μέγεθος, καὶ βρόμος ἐξαίσιος· ἐκφυσᾶται δὲ καὶ ἄμμος, καὶ λίθων διαπύρων πλῆθος, καθάπερ ἐστὶν ὁρᾶν καὶ περὶ τὴν Αἴτνην γινόμενον. Id eſt: *In Strongyle & Hierâ etiamnunc flatuum vis ingens erumpit, cum fremitu immani. evomitur etiam arena, lapidumque ignitorum copia: quod circa Aetnam quoque videre eſt.* Strongyle hodiéque liquidiſſimam flammam & pumices magnâ copiâ ex vertice, ubi craterem habet, noctes atque dies cum fremitu horrendo eructat. ſed perpetui eius ignes eminùs navigantibus nocte tantùm conſpiciuntur. fumum eorum candidiſſimum ex Italiæ pariter ac Siciliæ litoribus conſpexi. De *pumicibus* ita tradit Plinius lib. XXXVI cap. XXI: *Sed & ii pumices, qui ſunt in uſu corporum lævigandorum feminis, jam quidem & viris, atque, ut ait Catullus, libris, laudatiſſimi ſunt in Melo, Scyro, & Aeoliis inſulis.* Cæterùm de eâdem Strongyle inſulâ ita etiam cum ſuperioribus auctoribus tradit Martianus Capella, lib. VI: *Tertia Strongyle. in qua Aeolus regnaſſe fertur; & è flammâ in proximum prorumpente, vel eius fumo, qui ventus futurus eſſet, intellexiſſe. quod hodiè quoque eius loci incolas, certum eſt, præſentire.* Eodem igitur illo de ventorum prædictione argumento, in Vulcani inſulâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Aeolum habitaſſe, adſeverari poterat. Servius, dicto loco in Aeneid. lib. I: *Novem inſulæ, quæ ſunt poſt* [ſcribe *prope*] *fretum Siciliæ, adpellantur Aeoliæ, ab Aeolo rege, Hippotæ filio; licèt habeant propria nomina. Poëtæ quidem fingunt, hunc eſſe regem ventorum. ſed, ut Varro dicit, rex fuit inſularum, ex quarum nebulis, & maximè fumo Vulcaniæ inſulæ, prædicens futura flabra ventorum, imperitis viſus eſt ventos in ſuâ poteſtate retinere.* Non ex unius igitur inſulæ, quam inhabitaverit, fumo prædixiſſe Aeolum futuros ventos, ſed ex omnibus, vel pluribus, quæ fumabant, auctor fuit Varro. Verùm quam ſedem in his inſulis habuerit Aeolus, ex ipſius Homeri ſatis diſertè adparet verbis; quæ initio Odyſſeæ lib. x ſunt huiusmodi:

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἴολος Ἱπποτάδης, φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Πλωτῇ ἐν νήσῳ.
Τοῦ δὲ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν.
. * . * . * .
Καὶ μὲν τῶν ἱκόμεσθα πόλιν καὶ δώματα καλά.
Μῆνα δὲ πάντα φίλει με, καὶ ἐξερέεινεν ἕκαστα,
Ἴλιον, Ἀργείων τε νέας, καὶ νόστον Ἀχαιῶν.

Hoc eſt:

Aeoliam in inſulam pervénimus: ubi habitabat
Aeolus Hippotades, carus immortalibus diis,
Circumnavigabili in inſulâ.
Huic duodecim liberi in regiâ nati erant.
. * . * . * .
Ad horum pervénimus urbem & domos eximias.
Menſem verò totum amicè excipiebat me: & interrogabat ſingula,
De Ilio, de Argivorum navibus, & de reditu Græcorum.

Diodorus lib. IIII & V, ut ſuprà relatum, ex antiquiſſimorum ſcriptorum monumentis tradit Liparum, Auſonis filium, condidiſſe urbem Liparam in Liparâ inſulâ. ab hoc verò poſteà Aeolum & filiam accepiſſe in matrimonium & τῆς νήσου, *inſulæ* Liparæ regnum. huiusque deinde filium Aſtyochum eiusdem inſulæ tenuiſſe imperium. ac poſterioribus etiam temporibus unam ſolam ex omnibus Aeoliis inſulis inhabitatam fuiſſe Liparam urbem & inſulam, ut omnium fertiliſſimam, ex eodem Diodoro ſimulque ex Thucydide intelleximus. Nihil igitur credibilius, nihil certius, quàm *urbem* illam & *domos eximias Aeoli in Aeoliâ inſulâ* fuiſſe Liparam urbem in inſulâ Liparâ. In hac conſtitutus Aeolus, eodem modo ex fumo Strongyles inſulæ, qui ventus futurus erat, in triduum prædixiſſe potuit, ut illi τινὲς ἐν Λιπάρᾳ, *quidam in Liparâ*, ex Hieræ inſulæ fumo prædicebant; de quibus id prædicat Strabo, loco ſuprà ſcripto. Atque inde puto Virgilium, ſuprà dicto Aeneid. lib. VIII *Aeoliam* adpellaſſe *Liparen*; ceu ipſam Aeoli domum atque ſedem deſignaturum. ſic ſcilicet & *Hieram*, ſive *Vulcani inſulam*, veluti proprio ac peculiari vocabulo dixit *Vulcaniam*. Idem poëta, Aeneid. lib. I, ubi Iunonis ad Aeolum profectionem deſcribit:

Nimborum in patriam, loca fœta furentibus auſtris,
Aeoliam venit. heic vaſto rex Aeolus antro
Luctanteis ventos tempeſtatesque ſonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circùm clauſtra fremunt. celsâ ſedet Aeolus arce,
Sceptra tenens; mollitque animos & temperat iras.

Heic quoque per *Aeoliam* intellexiſſe poëtam ipſam *Liparam*, certum eſt. nam dicto lib. VIII, ubi Vulcaniæ ſitum deſcribit, ita canit:

Inſula Sicaniam juxta latus Aeoliamque
Erigitur Liparen.

En, ut diſertè Vulcaniam ait inter Siciliam & Aeoliam eſſe ſitam. unde apertè patet, per Aeoliam eum intellexiſſe Liparam. nam Strongyle longiùs in Solis exortum ab Vulcaniâ pariter & Liparâ diſſita. Sic Strabo, loco ſuprà citato: ταύτης [τῆς Λιπάρας] μεταξύ πώς ἐστι καὶ τῆς Σικελίας Θέρμισσα, ἣν νῦν Ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι. id eſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

id eſt: *Inter hanc* [*Liparam*] *atq; Siciliam eſt Thermiſſa, quam nunc Sacram Vulcani vocant.* De Liparâ igitur intelligendum etiam illud Valerii Flacci, Ἀργοναυτικῶν lib. I:

Intereà medio ſævus permiſſa profundo
Carbaſa Pangæâ Boreas ſpeculatus ab arce,
Continuò Aeoliam Tyrrhenaq; tendit ad antra.

. * .

Aequore Trinacrio refugique à parte Pelori
Stat rupes horrenda fretis; quot in æthera ſurgit
Molibus, infernas totidem demiſſa ſub undas.
Nec ſcopulos aut antra minor juxta altera tellus
Cernitur. illam Achamas habitat, nudusque Pyracmon.
Has nymbi ventique domos & naufraga ſervat
Tempeſtas. hinc in terras latumque profundum
Eſt iter. hinc olim ſoliti miſcere polumque
Infelixque fretum, (neque enim tunc Aeolus illis
Rector erat.) Libya quum rumperet advena Calpen
Oceanus; quum flens Siculos Oenotria fineis
Perderet; & mediis intrarent montibus undæ;
Intonuit donec pavidis ex æthere ventis
Omnipotens, regemque dedit, quem juſſa vereri
Sæva cohors in mare.

At ne putes Vulcano ſacram heic intelligi inſulam, quia Vulcani nominantur miniſtri *Achamas* atque *Pyracmon*; eadem hæc Lipara Vulcano etiam tribuebatur in ſedem & officinam. Hinc illud Theocriti in Idyllio II:

——— Ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίῳ
Πολλάκις Ἁφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει.

Id eſt: ——— *Nam amor Liparæo*
Sæpe Vulcano ardentiorem flammam incendit.

Ad quæ ita Scholia: Λιπαραίῳ Ἁφαίστοιο· τῷ ἐν τῇ Λιπάρᾳ τῇ νήσῳ. Id eſt: *Liparæi Vulcani; ſcilicet, qui in Liparâ inſulâ habitat.* Et ita Euſtathius, ad Homeri præſcriptum locum commentans; Λιπάρα· ἐξ ἧς καὶ σέλας λέγεται παρὰ Θεοκρίτῳ Λιπαραῖον, διὰ τὸ ἐκεῖ ἀναφυσᾶσθαι πῦρ. Id eſt: *Lipara; à qua Theocrito etiam dicitur flamma Liparæa; quòd illic ignes efflantur.* Et ne ſuſpiceris imperitè hoc ita à grammaticis expoſitum; quum Vulcania etiam inſula una è VII Liparæis fuerit; en prædictus Val. Flaccus, Ἀργοναυτικῶν lib. II:

Lemnos clara deo, nec fama notior Aetnæ
Aut Lipares domus.

Et Sidonius Apollinaris, in Carmine VIIII:

Non divos, ſpecialibus faventeis
Agris, urbibus, inſulisque, canto;
Saturnum Latio, Iovemq; Cretæ,
Iunonemq; Samo, Rhodoq; Solem,
Ennæ Perſephonen, Minervam Hymetto,
Vulcanum Liparæ, Papho Dionem.

Juvenalis, Satyrâ XIII: —— *Siccato nectare tergens*
Brachia Vulcanus Liparæâ nigra tabernâ.

Sed & antiquus inter primos rerum auctor, Callias Syracuſanus, qui CCC ante natum Ieſum annis ſub Agathocle, Siciliæ rege, monumenta ſua compoſuit, idem tradidit. ſic enim Scholiaſtes ad Apollonii Ἀργοναυτικῶν lib. III: Καλλίας δὲ οὐ τὴν Ἱερὰν φησὶν ἀνακεῖσθαι Ἡφαίστῳ, ἀλλὰ τὴν Λιπάραν. Id eſt: *Callias verò ait, non Hieram Vulcano eſſe conſecratam, ſed Liparam.* Idem Scholiaſtes ad Apollonii lib. IIII: Ἐν τῇ Λιπάρᾳ καὶ Στρογγύλῃ (τῶν Αἰόλου δὲ νήσοι αὗται) δοκεῖ ὁ Ἥφαιστος διατρίβειν· διὸ καὶ πυρὸς βρόμον ἀκούεσθαι καὶ ἦχον σφοδρόν. Τὸ δὲ παλαιὸν ἐλέγετο, τὸν βουλόμενον ἀργὸν σίδηρον ἀποφέρειν, καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐλθόντα λαμβάνειν ἢ ξίφος ἢ εἴ τι ἄλλο ἤθελε κατασκευάσαι καταβαλόντα μισθόν. ταῦτά φησι Πυθέας ἐν Γῆς περιόδῳ, λέγων καὶ τὴν θάλασσαν ἐκεῖ ζεῖν, Hoc eſt: *In Liparâ & Strongyle (ex Aeoli autem inſulis hæ ſunt) Vulcanus exiſtimatur verſari. proinde etiam ignis illic fremitum audiri ſonitumq; vehementem. Antiquitus autem ferebatur, rude atque informe ferrum eò detuliſſe, quicumq; vellet; ac poſtridiè re-*

verſum accepiſſe vel cultrum, vel ſi quid aliud parari voluiſſet, perſoluto pretio. Hæc quidem narrat Pytheas, in Orbis circuitu; mare etiam illic fervere adſirmans.

EVONYMOS *inſula.*

Porrò inter Strongylen & Siciliam, VIII circiter millia ab Liparâ in ortum Solis verſa eſt Εὐώνυμος, EVONYMOS; vulgari adpellatione nunc *Liſca bianca* dicta. Plinius, lib. III, cap. VIIII: *Noviſſima, eademque minima, Euonymos.* Mille haud ampliùs paſſus ambitu ſuo complectitur. Strabo lib. VI: Ἑβδόμη δ' ἐστὶν Εὐώνυμος, πελάγια μάλιστα καὶ ἔρημος. ὠνόμασται δ' ὅτι μάλιστα τοῖς ἐκ Λιπάρας εἰς Σικελίαν πλέουσιν εὐώνυμός ἐστιν. Id eſt: *Septima eſt Euonymos, in alto maximè ſita, atque deſerta: ita adpellata, quòd à Liparâ in Siciliam navigantibus maximè eſt ſiniſtra.* μάλιστα πελάγιαν quomodò intellexerit, nondum ſatis capio: quandoquidem ex Liparâ in Siciliam XVIIII haud ampliùs millia paſſuum eſſe ipſe ex Chorographo citat. & trajectum hunc ad Mylenſe directum fuiſſe litus, Scylax innuit in Περίπλῳ· μετὰ δ' Ἱμέραν πόλιν Λιπάρα νῆσός ἐστι, καὶ πόλις Ἑλληνὶς Μύλαι, καὶ λιμήν· ἔστι δ' ἀπὸ Μυλῶν ἐπὶ Λιπάραν νῆσον πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ. Id eſt: *Poſt Himeram urbem inſula eſt Lipara, & urbs Græca Mylæ cum portu. A Mylis ad Liparam inſulam trajectus eſt dimidii diei.*

DIDYME *inſula.*

Proximè Liparam, ad occaſum Solis æſtivi versùs, in IIII millibus paſſuum eſt Διδύμη, DIDYME, vulgò nunc *Salini* dicta. Prædictus Chorographus apud Strabonem imperitiſſimè hanc Liparæ ab auſtro oppoſuit in millibus paſſuum XXVIIII: niſi corrupta illic ſit oratio. nam quum ab Liparâ ad Siciliam usque XVIIII haud ampliùs ponat millia, ſitus eiusmodi nullus Didymæ dari poteſt. Idem Strabo ibidem, lib. VI: Τετάρτη δ' ἐστὶ Διδύμη· καὶ αὕτη δ' ἀπὸ τοῦ σχήματος ὠνόμασται. Id eſt: *Quarta eſt Didyme; & ipſa à figurâ ſic dicta.* Latinè GEMELLA. eſt quidpe in duas rupeis ſive colleis diſtincta. Incendiorum in hac quoque monumenta exhibent fauces ſive crateræ, quæ adhuc exſtant. Cæterùm vitium cæterarumque domeſticarum arborum ac frugum eſt feraciſſima. Apud Stephani epitomatorem in voce Κύμη, ubi varias in variis locis enumerat *Cumas* urbeis, ita ad finem perſcriptum eſt: Ἔστι καὶ νῆσος, πλησίον Σικελίας. id eſt: *Eſt & inſula, prope Siciliam.* Hoc nomine quum nulla umquàm aliàs memorata ſit, omnino hoc etiam in ſexcentis aliis eum auctorem corruptum alicunde hauſiſſe judico pro Διδύμης. Sic ſcilicet, exempli gratiâ, Δανούβιον & Τάβιοι apud eumdem leguntur inter vocabula à Δ & Τ incipientia, quæ erant Λανούβιον & Γάβιοι.

ERICVSA & PHOENICVSA, *inſulæ.*

Reſtant duæ reliquæ Aeoliarum, Ἐρικοῦσα, ERICVSA, & Φοινικοῦσα, PHOENICVSA; ſive Ἐρικώδης, ERICODES, & Φοινικώδης, PHOENICODES. Hæ vulgaribus nunc vocabulis *Alicûr* & *Felicûr* dicuntur; hæc in ortum versùs & Liparam, illa in occaſum poſita. De his ita Strabo lib. VI: Τῶν δὲ λοιπῶν Ἐρικοῦσα μὲν καὶ Φοινικοῦσα ἀπὸ τῶν φυτῶν κέκληνται· ἀνεῖνται δ' εἰς νομάς. Id eſt: *De reliquis Ericuſa & Phœnicuſa ab arboribus* [ericis & palmis] *dictæ, pabulis ſunt dicatæ.* Stephani epitomator: Ἐρικοῦσσα, μία τῶν Αἰόλου νήσων, ἀπὸ φυτοῦ καλουμένη, ὡς τὸ Φοινικοῦσσα. Id eſt: *Ericuſſa, una inſularum Aeoli, ab arbore ſic dicta; ut & Phœnicuſſa.* Sic in Strabonis quoque nonnullis exemplaribus voces hæ gemino σ ſcriptæ reperiuntur. ſunt quidpe contractæ ab Ἐρικόεσσα & Φοινικόεσσα. Cæterùm Plinius, lib. III, cap. VIIII: *Quarta Didyme; minor quàm Lipara. quinta Ericuſa: ſexta Phœnicuſa, pabulo proximarum relicta.* Fortè *relictæ*; ut Strabo tradit. Ariſtoteles, in Mirandis: Ἐν μιᾷ τῶν Αἰόλου προσαγορευομένων νήσων πλῆθός τι φασὶ γίνεσθαι φοινίκων· ὅθεν καὶ Φοινικώδη καλεῖσθαι. Id eſt: *In unâ inſularum, quas Aeoli vocant, magnam progigni ferunt copiam palmarum: atque inde Phœnicoden eam adpellatam eſſe.* Heic tamen palmæ defecerunt: ſegetibus verò ager eius eſt aptiſſimus. In Ericuſa ſilva ericarum arborum etiamnunc conferta manet.

Hæ igitur VII ſunt *Aeoli* ſive *Liparæorum* inſulæ. de quibus ita in voce Ἐρικοῦσα tradit Stephani epitomator: Τὸ ἐθνικὸν, Λιπαραῖοι ἐξ Ἐρικούσης· καὶ πάλιν, Λιπαραῖοι ἐκ Φοινικούσης. πάντες γὰρ οἱ οἰκοῦντες Αἰόλου νήσους ἐκαλοῦντο κοινῶς μὲν Λιπαραῖοι, ἰδικῶς δὲ ἐξ ἑκάστης τοπικῶς. Id eſt: *Gentilitium eſt Liparæi ex Ericusâ: atque iterum, Liparæi ex Phœnicusâ. omnes quidpe Aeoli inſularum incolæ vocabantur communi nomine Liparæi: propriè autem ex unaquaque à loco cognominabantur.* Cæterùm nobilitavit has inſulas primo bello Punico clades Carthaginienſium; de qua ita Florus lib. II, cap. II: *Victor ergo* [*populus Rom.*] *apud Liparas, merſâ & fugatâ hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum. cuius quod gaudium fuit! quum Duillius imperator non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi à cœnâ rediret, prælucere funalia, præcinere ſibi tibias, juſſit; quaſi quotidiè triumpha-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

triumpharet. Et epitomator Livii, lib. XVII: *C. Duilius conſul adverſùs claſſem Pœnorum proſperè pugnavit: primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriæ duxit triumphum. ob quam cauſam ei perpetuus honos habitus eſt, ut revertenti à cœnâ tibicines canerent, & funale præferretur*.

Cæterùm Aeoli inſulis expoſitis, reliquum eſt, uti de cæteris ad ſeptemtrionale Siciliæ latus inſulis dicatur. Memorantur heic, præter VII Aeolias, *Hiceſia, Herculis inſula, Aeoli inſula, Vſtica, Aegina*, ſive *Egilta, Oſteodes*, & *Paconia*. Ptolemæus: Τῶν δὲ περὶ Σικελίαν νήσων αἱ παρ' αὐτὴν εἰσὶν αἵδε· Διδύμη, Ἱκεσία, Ἐρικώδης, Φοινικώδης, Ἡφαίστου νῆσος, Λιπάρα, Εὐώνυμος, Στρογγύλη, Οὐστίκα, Ὀστεώδης, Φορβαντία, Αἴγουσα, Ἱερὰ, Πακωνία, Αἰόλου νῆσος. Id eſt: *Inſulæ juxta Siciliam ſunt iſtæ: Didyme, Hiceſia, Ericodes, Phœnicodes, Vulcani inſula, Lipara, Euonymos, Strongyle, Vſtica, Oſteodes, Phorbantia, Aeguſa, Hiera, Paconia, Aeoli inſula.* Ex his *Phorbantiam, Aeguſam*, atque *Hieram*, Lilybæo ac Drepano objectas, ſequenti hinc capite exponemus. Euſtathius, ad Homeri Odyſſeæ lib. x, ut ſuprà citatum: Οἱ παλαιοὶ νήσους Αἰόλου ἑπτὰ ἱστοροῦσι πρὸς τῇ Σικελίᾳ. εἰσὶ δὲ αὗται· Αἰολὶς, ἢ μᾶλλον Αἰολία, (ἔνθα ἴσως ἦν τὸ τοῦ Αἰόλου βασίλειον.) Στρογγύλη, Διδύμη, Ἱερὰ, Λιπάρα, Ἐρικώδης, καὶ Φοινικώδης. καλεῖται δὲ μία τούτων κατά τινας καὶ Ἱκέσιον. Hoc eſt: *Antiqui inſulas Aeoli tradunt* VII, *juxta Siciliam ſitas: quarum nomina; Aeolis, ſeu potius Aeolia (in qua fortè fuit regia Aeoli) Strongyle, Didyme, Hiera, Lipara, Ericodes, Phœnicodes. Harum una à quibusdam Hiceſium vocatur*. Antiqui illi mortales, ut ſuprà patuit, inter VII Aeolias *Euonymon* computarunt omnes. eius loco hic grammaticus nobis ſubjicit *Aeolidem* ſive *Aeoliam*, Aeoli ſedem regiam. quam ipſam fuiſſe *Strongylen*, ſuprà ex Agathoclis commentariis intelleximus. quamquàm Aeoli ſedem re verâ fuiſſe in Liparâ, ſatis & abundè ſuprà demonſtratum eſt. Quapropter fruſtra etiam erit Ptolemæus, *Aeoli inſulam* inter Vſticam, quæ eodem hodiéque nomine manet, & Ericodem reliquasque Aeolias inſulas collocans. quo ſitu nulla umquàm fuit inſula. Euſtathius iterum in eo quoque erravit, quòd ex VII Aeoliis unam ait dici etiam Ἱκέσιον, HICESIVM. quidpe præter VII Aeolias Ptolemæo ponitur Ἱκεσία νῆσος, HICESIA INSVLA, inter Didymen, Euonymon, & Strongylen, eo ſitu, uti nulla alia fuiſſe potuerit, quàm quæ vulgò nunc vocatur *Panári*.

HICESIA *inſula*.

In Tabulâ itinerariâ in medio Vulcani inſulæ, Didymes, Liparæ, Strongyles, depicta eſt HERCVLIS INSVLA; quæ Græcâ formatione Itinerario inſulari dicitur Ἡρακλεώτης, HERACLEOTES. ſive Ἡρακλειώτης, HERACLIOTES. Verba illic leguntur iſta: *Item inſulæ numero* III, *Aegina, Heracliotes, & Didyme. Inſula Strongylos, à Meſſanâ ſtadia* CCCXX. *Inſula Lipara. A Strongylos Liparis ſunt ſtadia* CCC. Ex ſitu, quem innuit Tabula, deprehenditur eſſe ea, quæ, inter Euonymon & Strongylen, X circiter millibus paſſuum ab Liparâ in orientem versùs, vulgari nunc vocabulo dicitur *Baſiluzzo*, ambitu duûm millium paſſuum.

HERCVLIS *inſula*.

Οὐστίκα, VSTICA, hodiéque antiquum nomen eisdem literis retinet, litori Siciliæ circa Thermas à Plinio objecta; ut cap. XII docui. Memoratur Plinio ac Ptolemæo. quorum hic, Εὐώνυμος, inquit, νῆσος, Στρογγύλη νῆσος, Οὐστίκα νῆσος καὶ πόλις, Ὀστεώδης νῆσος, Φορβαντία νῆσος. Id eſt: *Euonymos inſula, Strongyle inſula, Vſtica inſula cum opido, Oſteodes inſula, Phorbantia inſula*. Plinius, lib. III, cap. VIII: *A Solûnte* LXXV *millia Oſteodes: contraque Paropinos Vſtica*. Tabula itineraria inſulas ſupra Siciliam ab occaſu in ortum depictas habet hoc ordine; *Inſ. Oſtodis. Inſ. Egilta. Inſ. Brigades. Inſ. Funicodes. Inſ. Dime*. & inter hanc atque Siciliam *Inſ. Vulcani*. Ex his, *Brigades, Funicodes, Dime*, genuinis vocabulis erant *Ericodes, Phœnicodes, Didyme*. *Egilta* procul dubio eadem eſt, quæ in modò dicto Itinerario inſulari legitur *Aegina*. utrum verò vocabulum correctius ſit, haud facilè quis divinaverit. ac fortè utrumque fuerit corruptum. quidpe inter Oſteoden, de qua mox plura dicam, & Ericoden nulla alia eſt inſula, quàm quæ *Vſtica* dicitur. Eam verò mutato nomine poſtmodùm dictam fuiſſe *Aeginam* vel *Egiltam*, haud temerè crediderim; quando antiquum illud nomen ad hanc noſtram usque tempeſtatem pertulit.

VSTICA *inſula*.

Ὀστεώδης νῆσος, OSTEODES *inſula*, præterquàm Melæ ac Plinio, dictis locis, & Tabulæ itinerariæ, Diodoro quoque memoratur, lib. v. Μετὰ δὲ τὴν Λιπάραν, inquit, εἰς τὸ πρὸς δυσμὰς μέρος, νῆσός ἐστι πελαγία, μικρὰ μὲν τὸ μέγεθος, ἔρημος δὲ διά τινα περιπέτειαν Ὀστεώδης ὀνομαζομένη. Id eſt: *Poſt Liparam, ad occaſam versùs, in alto mari inſula quædam eſt parva atque deſerta, Oſteodes ab eventu quodam dicta*. Hinc inter VII Aeolias à

Melâ, lib. II cap. VII, loco Euonymi, connumerata eſt *Oſteodes*. Vnde ingentem quibusdam noſtri ſæculi hominibus natum puto errorem, Vſticam eamdem eſſe Euonymon contendentibus. Nomen unde habuerit *Oſteodes*, docet Diodorus continuò pôſt, his verbis: Καθ᾽ ὃν γὰρ καιρὸν Καρχηδόνιοι, πρὸς Συρακουσίους διαπολεμοῦντες πολλοὺς καὶ μεγάλους πολέμους, δυνάμεις εἶχον ἀξιολόγους, πεζικάς τε καὶ ναυτικάς· περὶ δὲ τούτους καιροὺς μισθοφόρων ὄντων παρ᾽ αὐτοῖς πολλῶν καὶ παντοδαπῶν τοῖς ἔθνεσιν, οὗτοι δὲ ταραχώδεις ὄντες, καὶ πολλὰς καὶ μεγάλας στάσεις εἰωθότες ποιῆσαι, καὶ μάλιστα ὅταν τοὺς μισθοὺς εὐκαίρως μὴ λαμβάνωσιν, ἐχρήσαντο καὶ τότε τῇ συνήθει ῥαδιουργίᾳ τε καὶ τόλμῃ. ὄντες γὰρ τὸν ἀριθμὸν ὡς ἑξακισχίλιοι, καὶ τοὺς μισθοὺς οὐκ ἀπολαμβάνοντες, τὸ μὲν πρῶτον συντρέχοντες κατεβόων τῶν στρατηγῶν, ἐκείνων δὲ ἀπορουμένων χρημάτων, καὶ πολλάκις ἀναβαλλομένων τὰς ἀποδόσεις, ἠπείλουν τοῖς ὅπλοις ἀμυνεῖσθαι τοὺς Καρχηδονίους, καὶ τὰς χεῖρας προσέφερον τοῖς ἡγεμόσι. τῆς δὲ γερουσίας ἐγκαλούσης, καὶ τῆς διαφορᾶς ἀεὶ μᾶλλον ἐκκαιομένης, ἡ μὲν γερουσία τοῖς στρατηγοῖς ἐν ἀπορρήτοις προσέταξεν ἀφανίσαι πάντας τοὺς ἐγκαλοῦντας. οἱ δὲ λαβόντες τὰς ἐντολάς, καὶ τοὺς μισθοφόρους ἐμβιβάσαντες εἰς τὰς ναῦς, ἐξέπλευσαν, ὡς ἐπί τινα πολεμικὴν χρείαν· προσπλεύσαντες δὲ τῇ προειρημένῃ νήσῳ, καὶ πάντας τοὺς μισθοφόρους ἀποβιβάσαντες εἰς αὐτήν, ἀπέπλευσαν, καταλιπόντες ἐν αὐτῇ τοὺς ἐγκαλοῦντας. οἱ δὲ μισθοφόροι, περιαλγεῖς ὄντες τῇ περιστάσει, καὶ μὴ δυνάμενοι τοὺς Καρχηδονίους ἀμύνεσθαι, λιμῷ διεφθάρησαν. ἐν νήσῳ δὲ μικρᾷ τοσούτων αἰχμαλώτων τελευτησάντων, συνέβη τὸν τόπον, ὀλίγον ὄντα, πληρωθῆναι τῶν ὀστῶν· ἀφ᾽ ἧς αἰτίας ἡ νῆσος ἔτυχε ταύτης τῆς προσηγορίας. Hoc eſt: *Quo tempore Carthaginienſes cum Syracuſanis multis magnisq; bellis conflictabantur, inſtructiſſimas habebant copias, nauticas juxtà & terreſtreis. tum multi quoque ex variis gentibus mercenarii ſtipendia in caſtris eorum faciebant. Turbulentum id genus hominum eſt; multasque & atroceis excitare ſolet ſeditiones; maximè, quum in tempore ſtipendia non ſolvuntur. Ideò tum quoque conſuetâ improbitate & confidentiâ projectâ quidam uſi (erant autem ad* VI *millia) quum ſtipendia non acciperent; concurſu primùm facto, inſanis clamoribus ductores impetebant. deinde, quum hi, à pecuniis deſtituti, ſolutionem identidem procraſtinarent; ſe armis jus ſuum adversùs Carthaginienſeis perſequuturos, minabantur; manusque ducibus injiciebant. Tametſi autem à ſenatu ob id reprehenderentur; contentio tamen ſubinde magis exarſit. Tribunis ergo militum ſecretò mandavit ſenatus, ut, quod ſeditioſorum eſſet, è medio tollerent. Hi, acceptis mandatis, ſtatim conductitium militem navibus imponunt; ac, veluti ad militare aliquod negotium, in prædictam inſulam provecti, jurgatores exponunt: relictisque illis, abeunt. Hi, utut ægrè hunc caſum ferrent, tamen ulciſci Carthaginienſeis nequibant. ſed fame tandem exhauſti contabuerunt. Quumque in inſulâ tam parvâ tot veluti captivi interiiſſent; locus, cæteroquin anguſtus, oſſium multitudine repletus fuit. unde nomen inſulæ obvênit.* Ptolemæus equidem rectè, à freto & Aeoliis inſulis versùs Lylybæum promontorium progrediundo, Oſteoden inſulam poſuit ultra Vſticam; ut & Plinius & Tabula itineraria habent: at malè eam ab hac ad meridiem versùs centum ampliùs millia paſſuum ſubmovit. Verùm is totum hoc litus ab Agathyrno ad Lilybæum usque nimiùm incurvavit, inque meridiem deduxit. Rectiùs prædictus Plinius. cuius verba, ex lib. III cap. VII jam anteà citavimus iſta: *Et à Solûnte* LXXV *millia Oſteodes: contraque Paropinos Vſtica.* A Solûnte ad Parôpum, quem apud Coliſanum opidum fuiſſe, ſuprà cap. XII huius lib. II docui, millia numerantur circiter XXVIII. Eſt hodiéque hoc maris tractu circa Vſticam exigua quædam inſula, quam ex eo ſitu Oſteoden eſſe, ſatis clarum eſt.

PACONIA *inſula.*

Πακωνία νῆσος, PACONIA *inſula* Ptolemæo ponitur inter Oſteoden & Bathys fluminis oſtium, ſive medio ferè tractu inter Panormum ac Drepanum. quo tractu quum nulla alia ſit inſula, putatur eſſe ea, quæ, haud ita procul antiquis Hyccaris, IↃCCC circiter paſſus à litore diſtans, vulgò hodiè adpellatur *l'Iſola di Fimi*, ſive *delle Femine*.

Atque hæ ferè ſunt inſulæ ad Siciliæ ſeptemtrionale latus ab antiquis auctoribus celebratæ.

CAP.

Cap. XV.

Aegades inſulæ tres: quarum prima Phorbantia, ſive Bucinna; altera Aeguſa, ſive Capraria, eademque Aponiana; tertia Hiera, ſive Sacra, eademque Maritima. Polyphemi ſedes.

Contra Lilybæum ac Drepanum tres ponit inſulas Ptolemæus, quarum nomina Φορβαντία, Αἴγουσα, Ἱερά, PHORBANTIA, AEGVSA, HIERA. Hodiè tres hoc ſitu cernuntur ſatis magnæ inſulæ, vulgò *Lévenzo*, *Favignana*, & *Marétamo*, dictæ. Ex Ptolemæi poſitione, *Phorbantia* deprehenditur eſſe ea, quæ nunc vulgò *Lévenzo* dicitur; *Aeguſa*, quæ nunc *Favignana*; *Hiera*, quæ nunc *Marétamo*. De iisdem ita Plinius, lib. III, cap. VIII; poſt Siciliæ deſcriptionem: *Inſulæ ſunt, in Africam verſæ, Gaulos, Melita, à Camarinâ* LXXXIIII *millia paſſuum; à Lilybæo* CXIII *Coſyra, Hieroneſos, Cæne, Galata, Lopaduſa, Aethuſa, quam alii Aeguſam ſcripſerunt, Bucinna: & à Solûnte* LXXV *millia Oſteodes; contraque Paropinos Vſtica. citra verò Siciliam, ex adverſo Metauri amnis,* XXV *millia fermè paſſuum ab Italiâ,* VII *Aeoliæ*. Falſum eſt, quod ait *Aethuſam* aliis dictam fuiſſe *Aeguſam*. nam longè alia hæc erat ab illâ; quæ inter Lopaduſam & Melitam ſita fuit; ſi Ptolemæo credimus. & nominum ſanè ingens eſt diverſitas. De cæteris BVCINNA, ſive BVCINA, eſt eadem quæ Ptolemæo dicitur *Phorbantia*. quidpe ut hæc vox ἀπὸ τῶν φορβάδων, id eſt, *à vaccis*, ſic illa ἀπὸ τῶν βοῶν, *à bubus*, quod idem valet, derivata eſt. In vitâ S. Pontiani, Papæ Romani, quam Damaſus Papa & ex huius monumentis Anaſtaſius, Romanæ eccleſiæ bibliothecarius, & Luitprandus, Ticinenſis diaconus, Alboq; Floriacenſis abbas, conſcripſère, ita ſcriptum eſt: *Pontianus, natione Romanus, ex patre Calpurnio, ſedit annos* VIII, *menſeis* V, *dies* II. *martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Alexandri, à conſulatu Pompeiani & Pelagiani. Eodem tempore Pontianus epiſcopus & Philippus preſbyter, in exilio ab Alexandro ſunt deportati in Sardiniam, in inſulam Buccinam, Severo & Quintiano conſulibus. in eâdem inſulâ afflictus, defunctus eſt;* XIII *Kalend. Decembris.* En quid hoc; *in Sardiniam in inſulam Buccinam?* An inſula fuit in inſulâ? an verò in Sardiniæ inſulam Buccinam intellexit; quia minor aliqua inſula apud Sardiniam fuit ſita? Quidquid voluerit; ſanè tota oratio imcomta, barbara, & pluribus mendis ſcatens eſt. Apud Anaſtaſium legitur; *ſedit annos* V, *menſes duos*, &c; *à conſulatu Pompeiani & Feliciani*. quos unà fuiſſe in Alexandri imperio conſules, ſcimus. apud Luitprandum pro Feliciano eſt *Pelicianus:* leviori lapſu F in P, & *c* in *n* mutatis. Apud eumdem Anaſtaſium eſt pro Philippo *Hippolytus preſbyter:* & ita apud Luitprandum *prædictus pontifex cum Hippolyto preſbytero*. apud Anaſtaſium; *exilio ſunt deportati in Sardiniam in inſulam Bucinam*. apud Luitprandum; *in exilium eſt deportatus in Sardiniam in inſulam Bucinam*. apud Albonem; *exilio ſunt deportati de Sardiniâ inſulâ Butiana*. denique apud Anaſtaſium, & Luitprandum Albonemque eſt, III *Kalend. Novemb.* Ex his igitur tot variantibus & malè inter ſe congruentibus locis, quid certi de inſulâ Bucinâ conjicere vel credere poſſim, haud video: quamquàm ex Albonis ſcriptione illa conjectatio de *Sardiniæ inſulâ Bucinâ* firmari videatur. quaſi ipſe ſcripſerit, *deportati in Sardiniæ iuſulam Bucinam*. Verùm Bucinæ inſulæ Plinius in deſcriptione Sardiniæ, quæ eſt lib. III cap. VII, non meminit; ſed in deſcriptione Siciliæ. ubi ſi eamdem eſſe cum Ptolemæi *Phorbantiâ* noluiſſet, certè hanc, ut in tribus maioribus inſulis Siciliæ objacentibus claram, ſuo nomine memoraſſe debuit. Sed uti credas, *Bucinnam* Siciliæ fuiſſe inſulam; en, præter Plinii teſtimonium, ita legitur apud Stephani epitomatorem: Βούκιννα, πόλις Σικελίας· Διονύσιος ἐν τρίτῃ Βασσαρικῶν. τὸ ἐθνικὸν Βουκινναῖος, καὶ Βουκιννάτης. Id eſt: *Bucinna, opidum Siciliæ; auctore Dionyſio, Baſſaricor. lib.* III, *Gentilitium inde Bucinnæus, & Bucinnates*. Latinè BVCINNENSIS. In eo vel ipſe Stephanus, vel epitomator eius, vel deniq; huius exſcriptores errarunt, quòd pro νῆσος, id eſt, *inſula*, ſcripſerunt πόλις, *opidum*. In dictâ Pontiani vitâ ipſe ità Damaſus Papa per errorem *Sardiniam* ſcripſerit pro *Sicilia*; an verò poſteà exſcriptor genuinam vocem, ut reliqua tot numero vocabula ibidem alia, corruperit; planè diſpicere nequeo. niſi fortè alter in Sardiam alter in Bucinam deportati.

PHORBANTIA, *ſive* BVCINNA *inſula.*

Cæterùm

HIERA *ſive* SACRA *inſula; quæ &* MARITIMA.

Cæterùm HIERONESOS Plinii eſt eadem quæ HIERA vocatur Ptolemæo. Sed hoc vocabulo etiam Polybio ac Diodoro memorata eſt; ut mox videbitur. Eadem jam ſuperioribus ſæculis, non nuper invento nomine, dicta eſt MARITIMA. Itinerarium inſulare: *A Lilybæo inſula, quæ adpellatur Maritima, ſtadia* CCC. *à Maritimâ inſulâ trajectus in Africam eſt ſtadia* IↃCCCC. Corruptos eſſe hos numeros, qui ſimul conficiunt ſtadia CIↃCC, patet ex eodem Itinerario paullo pòſt; ubi ita ſcriptum: *A Lilybæo de Siciliâ in Carthaginem ſtadia* CIↃIↃ. in quam ſummam Strabo quoque conſentit; ut lib. I cap. III docui. A Lilybæo autem ad Maritimam millia paſſuum ſunt circiter XV.

AEGVSA *ſive* CAPRARIA *inſula; quæ &* APONIANA.

Αἰγοῦσα νῆσος, AEGVSA *inſula*, præterquàm Plinio ac Ptolemæo, memoratur Polybio quoque & Stephani epitomatori. quorum hic ita habet: Αἰγοῦσα, νῆσος Λιβύης, κατὰ Λίβυας λεγομένη Κατρία. τὸ ἐθνικὸν Αἰγουσαῖος. Id eſt: *Aeguſa, inſula Libyæ, dicta Libybus Catria. gentilitium inde Aeguſæus.* Latinè fuerit AEGVSANVS; ut *Syracuſæ Syracuſanus*. At quid hoc eſt, quòd inſulam fecit *Libyæ*, id eſt, *Africæ*, quæ erat Siciliæ? Quamquàm de Lilybæi heic vocabulo aliquid ſuſpicari pronum fuerit; tamen vel ipſum Stephanum vel iſtum epitomatorem eius de ſitu huius inſulæ μεταξὺ Σικελίας τε καὶ Λιβύης, id eſt, *inter Siciliam & Africam*, ut alii etiam deſcripsêre, quod mox videbimus, aliquid accepiſſe crediderim. licèt longè ante eos Romanus etiam auctor, Pompeius Mela, treis iſtas Lilybæo & Drepano objacenteis inſulas Africo litori adſcripſerit; ut paullo pòſt adparebit. Sed, præter hunc errorem, etiam mendum in dictis verbis hæret voci Κατρία· pro qua omnino ſcribendum cenſeo Καπραρία, CAPRARIA. quod vocabulum idem Latinis ſignificat, quod Græcis Αἰγόεσσα, ſive Αἰγοῦσσα & Αἰγοῦσα. nam Græcorum αἶγες Latinis ſunt *capræ*. Atque eo nomine alibi etiam inſulæ adpellatæ fuerunt: ut Plinio, lib. VI, cap. XXXII, & epitomatori eius Solino cap. LX, una ex Fortunatis inſulis, extra fretum Gaditanum Mauritaniæ objectis; quas nunc *Canarias* vocant. eidemque Plinio, lib. III cap. VI, Melæ lib. II cap. VII, & Solino cap. VIII, inſula inter Italiam & Corſicam. de qua ita Plinius: *Capraria, quam Græci* Αἴγιλον *dixêre*. & Solinus: *Capraria*, quam Græci Αἰγίλαν dicunt. Sed eadem Siciliæ *Capraria*, ſive *Aeguſa*, alio rurſum nomine APONIANA quoque dicta fuiſſe videtur. ſic enim Hircius de Bello Africano: *Cæſar, itineribus iſtis confectis, in Lilybæum pervênit. ſtatimq; oſtendit, ſeſe naveis velle conſcendere. Tabernaculum ſecundùm litus ipſum conſtituit; ut propè fluctus verberaret. Hoc eo conſilio fecit, ne quis ſibi moræ quidquam fore ſperaret; & ut omnes in dies horasq; parati eſſent*. Paullo pòſt: *Ita maiorem partem navium antecedere juſſit, & inſulam petere Aponianam; quæ non* [*longè*] *abeſt à Lilybæo.* Mox: *Datis mandatis, ipſe navem conſcendit, & reliquas naveis ſtatim eſt conſequutus. Ita vento certo celeriq; navigio vectus, poſt diem quartum cum longis paucis navibus in conſpectum Africæ venit. Clupeam claſſe prætervehitur: deinde Neapolim, complura præterea caſtella & opida non longè à mari relinquit. poſtquàm Adrumetum acceſſit, ibi præſidium erat adverſariorum.* Vulgari illo maximeque uſitato uſus eſt trajectu, à Lilybæo ad promontorium Mercurii & Clupeam opidum, versùs Carthaginem. Iſtam igitur *Aponianam* inſulam eamdem eſſe judico *Caprariam* ſive *Aeguſam*, primùm ex ſitu *non longè à Lilybæo*, in trajectu ad Clupeam: dein ex nomine; quod maximam habet ſimilitudinem cum hodierno vocabulo vulgari, quod more Italorum Siculorumque per varias trahitur vocaleis, modò *Favagnana*, modò *Favignana*, & interdum *Favognana* dictum. quorum hoc etiam reliquis prætulit Fazellus, decad. I lib. I cap. I. Literæ autem *gna* ferè idem heic valent, quod *nia*; niſi quod unâ ſyllabâ efferuntur, ut in *ſignore* & *ingegno*: quæ ſunt à Latinis *ſeniore* & *ingenio*; & id genus alia,. Illi haud modicè errant, qui Aponianam iſtam Hircii eamdem putant eſſe inſulam, quæ Πακωνία, *Paconia* eſt Ptolemæo, circa Bathys fluminis oſtium.

Cæterùm quum *Hiera* ſive *Maritima*, & *Phorbantia* ſive *Bucinna* altis rupibus ſint erectæ, ac veluti præmagni ſcopuli è mari emineant; media inter eas *Aponiana* ſive *Aeguſa* depreſſo ac plano eſt ſolo: eóque agrogrum fertilitate & aquarum copiâ præſtat, cultuique maximè eſt idonea: ſinusque inſuper habet ſeu portus tutiſſimos, numeroſæque claſſis capaceis. Ob hanc eius præſtantiam reliquæ etiam duæ unà cum ipsâ, vocabulo ex eius nomine tracto, in commune dicebantur Αἰγάδες νῆσοι,

AEGADES *inſulæ*.

AEGADES *inſulæ*. eâdem formatione, uti Στοιχάδες, *Stœchades* in ſinu Gallico, Χοιράδες, *Chœrades* in ſinu Tarentino, Ἐχινάδες, *Echinades* antè Aetoliam, Στροφάδες, *Strophades*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

phades ante Peloponneſum, Σποράδες *Sporades*, & Κυκλάδες *Cyclades*, in mari Aegæo, dicebantur inſulæ. Aſt id vocabulum (mirum ſanè dictu) adeò unanimâ atque conſtanti exſcriptorum oſcitantiâ imperitiâque apud omneis, quotquot eas inſulas memorarunt, auctores corruptum eſt in *Aegates*, uti apud unos duos, Nonium & Freculfum integrum ſanumque hodiè legatur. quod nemini hactenus, ne lingvæ quidem Græcæ ad miraculum peritis viris, animadverſum, mirari ſatis nequeo. Mela, lib. II, cap. VII, quod eſt de inſulis interni maris: *In Africâ contra maiorem Syrtin, Luteletos; contra minoris promontoria, Meninx & Cercinna; contra Carthaginis ſinum, Tarichiæ & Aegades, Romanâ clade memorabiles.* Heic, præterquàm quòd Africæ litori tribuit inſulas, quæ Siciliâ haud longè aberant, alium quoque hiſtoricum addidit errorem; niſi *Romanam cladem* intellexerit eam, quam Romani dederunt ſive intulerunt Carthaginienſibus; de qua complures teſtantur auctores. Sed apud Florum, lib. II cap. II ita ſcriptum eſt: *M. Fabio Buteone conſule, claſſem hoſtium in Africo mari apud Aegimurum, jam in Italiam navigantem, cecîdit populus Romanus. Quantus ô tunc triumphus tempeſtate intercidit, quum opulentâ prædâ claſſis, adverſis acta ventis, naufragio ſuo Africam & Syrteis, omnium imperia gentium, inſularum litora, implevit.* Scilicet ex ſimili hiſtoriâ ſuos illos de *Romanâ clade ad Aegades Africæ inſulas hauſiſſe Melam errores*, certum eſt. nam *Aegimurus* Carthaginienſis ſinus contra Sardiniam eſt inſula. Cæterò pergit ibidem Florus paullo pòſt in hæc verba: *Lutatio Catulo conſule tandem bello finis impoſitus apud inſulas, quibus nomen Aegades. nec maior aliàs in mari pugna. quidpe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis gravis hoſtium claſſis; & in eâ quaſi tota Carthago. quod ipſum exitio fuit. Romana claſſis promta, levis, expedita, & quodam genere caſtrenſis, ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris, ſic remis quaſi habenis, agebatur: & in hos vel illos mobilia roſtra ſpeciem viventium præferebant. Itaque momento temporis laceratæ hoſtium rates totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio ſuo operuerunt. tanta denique fuit illa victoria, ut de exſcindendis hoſtium mœnibus non quæreretur. ſupervacuum viſum eſt, in arcem muroſque ſævire; quum jam in mari eſſet deleta Carthago.* Hinc illa Nonii Marcelli, cap. XVIII: *Varro de Vitâ populi Romani lib.* III: *Nam poſteà C. Lutatio conſuli ad Aegàdes inſulas, quum ipſe catapultâ ictus eſſet.* Hinc illa Hannonis in ſenatu Carthaginienſium verba apud Livium lib. XXI: *Aegades inſulas Erycemque ante oculos proponite; quæ terrâ marique per quatuor & viginti annos paſſi ſitis.* Et eodem libro poſteà ita Scipio exercitum Romanum adfatur: *Experiri juvat, utrum alios certè repentè Carthaginienſeis per viginti annos terra ediderit; an iidem ſint, qui ad Aegades pugnavêre inſulas; & quos ab Eryce duodevicenis denariis æſtimatos emiſiſtis. & utrum Annibal hic ſit æmulus itinerum Herculis, ut ipſe fert; an vectigalis ſtipendiariusq; & ſervus populi Romani à patre relictus. quem niſi Saguntinum ſcelus agitaret, reſpiceret profectò, ſi non patriam victam, domum certè, pacemq; & fœdera Amilcaris ſcripta manu: qui, juſſus à conſule noſtro, præſidium deduxit ab Eryce: qui graveis impoſitas victis Carthaginienſibus leges fremens mœrensq; accepit: qui decedere Siciliâ, qui ſtipendium populo Romano dare pactus eſt. Licuit, ſi voluiſſemus, ad Erycem clauſos ultimo ſupplicio hominum, fame, interficere. licuit claſſem victricem in Africam trajicere; atq; intra paucos dies ſine ullo certamine Cathaginem delere. veniam dedimus precantibus: emiſimus ex obſidione: pacem cum victis fecimus.* De eâdem populi Romani victoriâ ita narrat Epitomator Cornelii Nepotis in vitâ Hamilcaris, cognomine Barcæ: *Quum penè omnia in Siciliâ Pœni amiſiſſent, ille Erycem ſic defendit, ut bellum eo loco geſtum non videretur. Interim Carthaginienſes, claſſe apud inſulas Aegades à C. Lutatio, conſule Romanorum, ſuperati, ſtatuerunt belli finem facere: eamque rem arbitrio permiſerunt Hamilcaris.* Et eiusdem Nepotis ſive idem ſive alius epitomator in vitâ Lutatii: *Caius Lutatius Catulus, primo Punico bello trecentis navibus adverſùm Pœnos profectus, ſexcentas eorum naveis commeatibus & aliis oneribus impeditas, duce Annone apud Aegades inſulas inter Siciliam & Africam depreſſit aut cepit; finemq; bello impoſuit. pacem petentibus hac condicione conceſſit; ut Siciliâ, Sardiniâ, & cæteris inſulis inter Italiam Africamque decederent; Hiſpaniâ citra Iberum fluvium ut abſtinerent.* Freculfus, Chronicor. tom. I, lib. V, cap. II: *Intereà Lutatius, cum claſſe* CCC *navium in Siciliam transvectus, dum apud Drepanum civitatem pugnam conſeruiſſet; transfixo femore acerrimè, quum jam obrueretur, ereptus eſt. Porrò autem Pœni cum* CCCC *navibus magniſque copiis ad Siciliam, duce Hannone, occurrunt. nec tamen Lutatius ſegnior: imò conſilia Pœnorum mirâ celeritate prævenit. Poſtquàm proximæ ſibi utrorumque claſſes apud Aegades inſulas per totam noctem, interjectis propemodùm ancoris, conſtiterunt; ortâ luce, prior Lutatius ſignum*

bello

bello dedit. Crudeſcente pugnâ victus Hanno, navem avertit, & dux fugæ primus fuit. aliquanta cum eo pars exercitus ſui Africam petiit: alii confugêre Lilybæum. * . *Lutatius deinde ad Erycinam civitatem, quam Pœni tenebant, venit.* Et legationum excerpta è Diodori lib. XXIIII ita referunt; Βάρκας δὲ ὁ Καρχηδόνιος, νυκτὸς καταπλεύσας, καὶ τὴν δύναμιν ἀποβιβάσας, αὐτὸς πρῶτος ἡγησάμενος τῆς ἀναβάσεως τῆς πρὸς Ἔρυκα, οὔσης σταδίων λ΄, παρέλαβε τὴν πόλιν. Λυτάτιος δὲ ὁ ὕπατος ναυσὶ μακραῖς τ΄ καὶ πλοίοις καὶ πορθμείοις ψ΄, ὁμοῦ χιλίοις, εἰς Σικελίαν ἔπλευσε, καὶ εἰς τὸ Ἐρυκίνων ἐμπόριον καθωρμίσθη. Ἄννων δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ Καρχηδόνος ναυσὶ σν΄ μακραῖς καὶ τοῖς φορτηγοῖς εἰς τὴν νῆσον τὴν Ἱερὰν ἦλθεν. εἶτα δὲ ἐξ αὐτῆς πρὸς τὸν Ἔρυκα ἐρχομένου [αὐτοῦ,] καὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπαντησάντων, παρ' ἀμφοτέρων πόλεμος ἐγένετο μέγας. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν πόλεμον ἀπέβαλον Καρχηδόνιοι ναῦς ριζ΄, αὐτάνδρους μὲν τούτων κ΄. αἱ δὲ ἄλλαι νῆες, πνεύματος ἐπιπνεύσαντος οὐρίου, εἰς Καρχηδόνα ἔφυγον. κδ΄ οὖν ἔτη πολεμήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι Καρχηδονίους, Λιλύβαιον δὲ δεκαετῆ χρόνον πολιορκήσαντες, πρὸς ἀλλήλους διελύθησαν. Hoc eſt: *Barcas Carthaginienſis, nocte adpulſus, expoſitis copiis, ipſe princeps adſcenſus ad Erycem, qui XXX eſt ſtadiorum, urbem occupat. At Lutatius conſul cum longis navibus CCC, aliisque navigiis ac pontonibus IↃCC, quæ ſimul juncta omni numero erant mille, in Siciliam transmiſit; claſſemque in Erycinorum emporium adpulit. Mox Anno etiam ex Carthagine CCL longis navibus & onerariis in Hieram inſulam trajecit. hinc quum ad Erycem contenderet, occurrentibus Romanis, utrimque ingens exſiſtit prælium: in quo Carthaginienſes naveis CXVII amiſerunt; & in his XX cum ipſis hominibus. reliquæ ſecundo vento Carthaginem perfugerunt. Poſtquàm igitur bellum cum Carthaginienſibus per XXIIII annos continuaverant Romani, Lilybæumque per decennium obſederant; pacem inter ſe fecerunt.* Scriptum erat hoc loco conſulis Romani nomen Λιγάτιος· quod interpres emendandum cenſuit in Καλατῖνος· quia hoc nomine conſul bis fuit durante bello Punico primo, *A. Atilius Calatinus.* verùm Λυτάτιος eſſe legendum, cùm ex præſcriptis Romanorum patet auctorum verbis, tùm ex his epitomatoris Livii, lib. XVIIII: *Rebus adversùs Pœnos pluribus ducibus geſtis, ſummam victoriæ C. Luctatius conſul, victâ ad Aegades inſulas claſſe Pœnorum, finem bello impoſuit. petentibus Carthaginienſibus pax data eſt.* Sed & apud Polybium Λυτάτιος vocatur hic conſul, lib. I. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, inquit, παρὰ τὴν ὑπόνοιαν προσπεσόντος αὐτοῖς τοῦ πεπλευκέναι στόλῳ τοὺς Ῥωμαίους, καὶ πάλιν ἀντιποιεῖσθαι θαλάττης, παραυτίκα κατήρτιζον τὰς ναῦς· καὶ πληρώσαντες σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, ἐξέπεμπον τὸν στόλον, βουλόμενοι μηδὲν ἐκλείπειν τὰ περὶ τὸν Ἔρυκα στρατόπεδα τῶν ἀναγκαίων. κατέστησαν δὲ καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως Ἄννωνα. ὃς ἀναχθεὶς καὶ κατάρας ἐπὶ τὴν Ἱερὰν καλουμένην νῆσον, ἔσπευδε τοὺς πολεμίους λαθὼν διακομισθῆναι πρὸς τὸν Ἔρυκα, καὶ τὰς μὲν ἀγορὰς ἀποθέσθαι, καὶ κουφίσαι τὰς ναῦς· προσλαβὼν δὲ ἐπιβάτας ἐκ τῶν μισθοφόρων τοὺς ἐπιτηδείους, καὶ Βάρκαν μετ' αὐτῶν, οὕτω συμμίσγειν τοῖς ὑπεναντίοις. Ὁ δὲ Λυτάτιος, συνεὶς τὴν παρουσίαν τῶν περὶ τὸν Ἄννωνα, καὶ συλλογισάμενος τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν, ἀναλαβὼν ἀπὸ τοῦ πεζοῦ στρατεύματος τοὺς ἀρίστους ἄνδρας, ἔπλευσε πρὸς τὴν Αἴγουσαν νῆσον, τὴν πρὸ τοῦ Λιλυβαίου κειμένην. κἀνταῦθα παρακαλέσας τὰ πρέποντα τῷ καιρῷ, τὰς δυνάμεις διεσάφει τοῖς κυβερνήταις ὡς ἐσομένης εἰς τὴν αὔριον ναυμαχίας. * . * . Συνιδὼν δὲ τὰς τῶν πολεμίων ναῦς ἱστιοδρομούσας, ἀνήγετο μετὰ σπουδῆς. Id eſt: *Pœni, præter ſpem cognito, Romanos claſſem habere in mari; atque illud denuò ſibi ire adſertum; naveis extemplò inſtruunt: easque commeatibus & omnibus rebus neceſſariis oneratas in hoſtem mittunt: omni ſtudio id agentes, ne qui ad Erycem erant exercitus, ullâ re egerent. Dux claſſi præficitur Hanno. is, è portu Carthaginienſi in Hieram inſulam delatus, ad Erycem, priusquàm hoſtes animadverterent, contendebat adpellere: ut, commeatibus expoſitis, & navibus onere levatis, deinde adſumtis in claſſiarium militem idoneis quibusque mercenariorum, inque his Barcâ, poſſet cum hoſte confligere. At Lutatius, Hannonis cognito adventu, quid in animo ille haberet, facilè conjiciens; fortiſſimum quemque è pedeſtribus copiis adſumit; & inſulam Aeguſam, Lilybæo oppoſitam, petit. ibi pro tempore milites adloquutus, ſequenti die prælium navale commiſſum iri, gubernatoribus denunciat.* Et paullo pòſt: *Conſpicatus igitur hoſtium naveis plenis velis ferri, protinus è portu ſolvit.* Prœlium hinc & victoriam Romanorum bellique Punici primi finem enarrat. ubi inter alia de victis Carthaginienſibus ita ſcribit: Τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἐπαιράμενον τοὺς ἱστοὺς καὶ κατουρῶσαν, αὖθις ἀπεχώρει πρὸς τὴν Ἱερὰν νῆσον· * . ὁ δὲ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀπέπλευσε πρὸς τὸ Λιλύβαιον. Id eſt: *Reliqua multitudo paſſis velis & ſecundo vento tumentibus Hieram inſulam repetierunt.* * . *Romanus verò conſul Lilybæum profectus eſt.* Ergo pugna hæc navalis commiſſa fuit inter Hieram & Aeguſam inſulas; propriùs tamen hanc. Fallitur heic doctiſſimus cætera Polybii interpres, *Aeguſam Aegates aliis vocari* in gloſſematio adfirmans: quum *Aegades* complureis fuiſſe numero inſulas tot ſimul ſuprà memorati

rati

rati diſertè teſtentur auctores Romani. quamquàm plurali etiam numero dicta fuerit eadem inſula Αἰγοῦσαι, AEGVSAE, eidem Polybio, eodem libro anteà, in his verbis: ὁ δὲ Ἀννίβας, ἀναχθεὶς μετὰ μυρίων στρατιωτῶν καὶ καθορμισθεὶς ἐν ταῖς καλουμέναις Αἰγούσαις, μεταξὺ δὲ κειμέναις Λιλυβαίου καὶ Καρχηδόνος, ἐπετήρει τὸν πλοῦν. Id eſt: *Annibal è Carthagine cum decem millibus militum ſolvit; & mox ad Aeguſas quas vocant, inter Lilybæum & Carthaginem ſitas, adpellit. ibiq; tempus navigationi commodum præſtolatur*. nempe in Lilybætanum portum versùs; ut ex præcedenti conſequentique narratione diſertè patet. Sic ſcilicet Campaniæ etiam in Italiâ inſula contra Miſenum promontorium vocabatur plurali vocabulo Πιθηκοῦσαι, *Pithecuſæ*; & item ſingulari Πιθηκοῦσα, *Pithecuſa*. Ne verò ſuſpiceris, omneis treis Aegades inſulas ita communi vocabulo adpellaſſe Polybium. non enim ad plureis adpellere voluiſſe naves Annibalem, veri ſimile eſt, quas ad unam Aeguſam, numeroſiſſimæ, ut ſuprà dictum, claſſis capacibus portubus inſtructam, conſtituere potuit; ut poſteà etiam Lutatius fecit: & ad Hieram Hanno, ſtationi navium multo minùs commodam.

Cæterùm Virgilius, Aeneid. lib. I, naufragia Aeneiæ claſſis deſcribens, ſic infit:

Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

Iunonem hinc introducit, exorantem Aeolum, uti tempeſtatem claſſi immittat. qua exorâ,

Treis Notus abreptas in ſaxa latentia torquet;
Saxa, vocant Itali mediis quæ in fluctibus Aras.
Dorſum immane mari ſummo.

Ad quæ ita commentatur Servius: *Hæc ſaxa inter Africam, Siciliam, Sardiniam, & Italiam ſunt. quæ ſaxa ob hoc Itali Aras vocant, quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt. quæ Aræ à Siſennâ Propitiæ vocantur*. Sed copioſiùs eâ de re Pomponius Sabinus: *Hæc ſaxa ſunt Aegades inſulæ, ſeu veriùs ſcopuli inter Siciliam & Africam: ubi Carthaginienſes, duce Hamilcare, primo bello Punico à C. Luctatio conſule deleti ſunt. Itali vocant Aras; quia illic fœdera icta fuerunt inter Romanos & Carthaginienſeis; qui Hamilcari, qui tunc in Eryce cum pedeſtri exercitu erat, arbitrium de pace conficiendâ dederunt. permiſſæ pacis condicio fuit, ut Carthaginienſes cederent Siciliâ & Sardiniâ. Nepos Cornelius ſic ait: Dictæ naves Pœnorum à Luctatio ſuperatæ apud Aegades inſulas; quæ ſunt inter Siciliam & Africam*. Recitat hinc Annæi Flori ſuprà perſcripta verba. quibus ſubjungit: *Ideò Silius ait:*

—— Fusâque per æquora claſſe
Aegatis cernas.

Sic equidem hic grammaticus iſta Silii verba citat. at in vulgatis exemplaribus ita legitur lib. I:

—— Heic Punica bella
Egathis cernas, fusâque per æquora claſſe
Exactam ponto Libyen teſtantia roſtra.

Et libro II ſic:

Reſpice (prô demens! prô pectus inane deorum!)
Egathes, Libyæque procul fluitantia membra.

Quæ vocabula noviſſimum etiam poëtæ commentatorem amplexum eſſe in editione ſuâ Pariſienſi, miror. Sed quia ea non explicat, nec intellexiſſe videtur. Pro planis aquę apertis habuiſſe, haud facilè crediderim. quid enim hoc erat dicere; *Punica bella Egathis cernas?* Sic ſcripſit ſine controverſiâ poëta:

—— Heic Punica bella,
Aegades, cernas, fusâque per æquora claſſe,
Exactam ponto Libyen teſtantia roſtra.

Vſitatum quidpe huic poëtæ, ſine conjunctionum particulâ res plureis connectere. Altero igitur etiam illo loco legas *Aegades*. pro qua voce alia exemplaria video habere vulgatum illud *Aegates*.

Cæterùm antiquiſſima harum inſularum memoria exſtat apud vetuſtiſſimum poëtam Homerum; qui Odyſs. lib. VIIII Vlyſſem canit de erroribus ſuis, è Thraciâ per mare internum versùs Solis occaſum factis, ita narrantem:

—— Αὐτὰρ δεκάτῃ ἐπέβημεν
Γαίης Λωτοφάγων, οἵ τ' ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσιν.

* * *

Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν, ἀκαχήμενοι ἦτορ·
Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων
Ἱκόμεθα.
Ἀλλ' οἵγ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι.
Νῆσος ἔπειτα λάχεια παρὲκ λιμένος τετάνυσται
Γαίης Κυκλώπων, οὔτε σχεδὸν οὔτ' ἀποτηλοῦ
Ὑλήεσσ', ἐν δ' αἶγες ἀπειρέσιαι γεγάασιν
Ἄγριαι· οὐδὲ μὲν γὰρ πάτος ἀνθρώπων ἀπερύκει·
Οὐδέ μιν εἰσοιχνεῦσι κυνηγέται, οἵτε καθ' ὕλην
Ἄλγεα πάσχουσιν, κορυφὰς ὀρέων ἐφέποντες·
Οὔτ' ἄρα ποίμνῃσιν καταίσχεται, οὔτ' ἀρότοισιν·
Ἀλλ' ἥγ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἤματα πάντα
Ἀνδρῶν χηρεύει, βόσκει δέ τε μηκάδας αἶγας·
Οὐ γὰρ Κυκλώπεσσι νέες πάρα μιλτοπάρῃοι,
Οὐδ' ἄνδρες νηῶν ἔνι τέκτονες, οἵ κε κάμοιεν
Νῆας ἐϋσσέλμους, αἵ κεν τελέοιεν ἕκαστα,
Ἄστε' ἐπ' ἀνθρώπων ἱκνεύμεναι· οἷά τε πολλὰ
Ἄνδρες ἐπ' ἀλλήλους νηυσὶν περόωσι θάλασσαν
Οἵ κέ σφιν καὶ νῆσον ἐϋκτιμένην ἐκάμοντο.
Οὐ μὲν γάρ τι κακή γε, φέροι δέ κεν ὥρια πάντα
Ἐν μὲν γὰρ λειμῶνες ἁλὸς πολιοῖο παρ' ὄχθας
Ὑδρηλοὶ, μαλακοί· μάλα κ' ἄφθιτοι ἄμπελοι εἶεν·
Ἐν δ' ἄροσις λείη· μάλα κεν βαθὺ λήϊον αἰεὶ
Εἰς ὥρας ἀμῷεν· ἐπεὶ μάλα πῖαρ ὑπ' οὖδας.
Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν,
Οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι,
Ἀλλ' ἐπικέλσαντας μεῖναι χρόνον, εἰσόκε ναυτέων
Θυμὸς ἐποτρύνῃ, καὶ ἐπιπνεύσωσιν ἀῆται.
Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ
Κρήνη ὑπὸ σπείους· περὶ δ' αἴγειροι πεφύασιν.
Ἔνθα κατεπλέομεν. * . * .
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς,
Νῆσον θαυμάζοντες ἐδινεόμεσθα κατ' αὐτήν.
Ὦρσαν δὲ Νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
Αἶγας ὀρεσκῴους, ἵνα δειπνήσειαν ἑταῖροι.

. * . * . * .

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντων.
Καπνόν τ' αὐτῶν τε φθογγὴν οἰῶν τε καὶ αἰγῶν.
Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε,
Δὴ τότε κοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς
Καὶ τότ' ἐγὼν ἀγορὴν θέμενος, μετὰ πᾶσιν ἔειπον,
Ἄλλοι μὲν νῦν μίμνετ' ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι·
Αὐτὰρ ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ καὶ ἐμοῖς ἑτάροισιν
Ἐλθὼν, τῶν δ' ἀνδρῶν πειρήσομαι οἵ τινές εἰσιν.

*
. * .

Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν χῶρον ἀφικόμεθ' ἐγγὺς ἐόντα,
Ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν ἄγχι θαλάσσης,
Ὑψηλὸν, δάφνῃσι κατηρεφές· ἔνθα δὲ πολλὰ
Μῆλ' οἶές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον· περὶ δ' αὐλὴ
Ὑψηλὴ δέδμητο κατωρυχέεσσι λίθοισι,
Μακρῇσίν τε πίτυσσιν, ἰδὲ δρυσὶν ὑψικόμοισιν.
Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος.

. * . * . * . * . * . * .

Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἀφικόμεθ', ἔνθά περ ἄλλαι
Νῆες ἐΰσσελμοι μένον ἀθρόαι, ἀμφὶ δ' ἑταῖροι

Εἵατ' ὀδυρόμενοι, ἡμέας ποτι δέγμενοι αἰεί,

. * . * .

Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάροισιν ἐποτρύνων ἐκέλευσα
Αὐτούς τ' ἀμβαίνειν, ἀνά τι πρυμνήσια λῦσαι.
Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ.

Et initio libri x:

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'. ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἴολος Ἱπποτάδης.

Hoc eſt:

——— Cæterùm decimâ tandem die conſcendimus
Terram Lotophagorum; qui floridum cibum edunt.

. * . * . * .

Hinc ulteriùs navigavimus, triſtes corde:
Cyclopumque ad terram ſuperborum atque nefariorum
Pervênimus.
Sed ipſi celſorum montium inhabitabant cacumina,
In ſpeluncis cavis.
Inſula heic parva portui obtenditur
Terræ Cyclopum; non propè, neque procul,
Silvoſa. in eâ verò capræ infinitæ naſcuntur
Silveſtres. neque enim frequentatio hominum prohibet:
Neque ipſam veſtigant venatores, qui per ſilvam
Dolores patiuntur, juga montium luſtrantes.
Neque ſanè gregibus depaſcitur neque aratur:
Sed ipſa, inſeminata atque inarata diebus omnibus,
Viris caret. paſcit verò balanteis capras.
Non enim Cyclopibus naves adſunt pictæ:
Neque viri inſunt navium fabri, qui elaborarent
Naveis tranſtratas, quæ perficerent ſingula;
Ad urbeis hominum euntes, veluti frequenter
Viri ad ſe invicem mare transmittunt navibus:
Quique ſibi inſulam benè habitatam colerent.
Neque enim maligna: ſed ferret tempeſtiva omnia.
Inſunt quidpe prata ad litus maris cani
Irrigua ac mollia. In primis verò perennes vites eſſent:
Tum aratio haud aſpera: & profundus ſegetum campus, ſemper
Suo tempore meteretur; quandoquidem pingue ſolum eſt.
Eſt & portus in eâ opportunus; ita, uti non opus funibus ſit,
Neque ancoras ejicere, neque rudenteis adligare:
Sed qui adpulerint, manere aliquamdiu poſſint; quoad nautarum
Animo liberet, & adſpirarent venti.
Cæterùm ad initium portus aqua fluit limpida,
Fons ſub ſpecu: circùm autem populi naſcuntur.
Huc adpulimus. * . * . *
Quando autem mane-genita adparuit roſeis digitis aurora,
Inſulam admirantes ambulavimus per eam.
Excitarunt autem Nymphæ, filiæ Iovis ægida habentis,
Capras montanas; ut prandium inde ſumerent ſocii.

. * . * . * . * .

Cyclopum autem ad terram proſpicimus, qui propè erant,
Fumumque, ipſorumq. murmur, oviumque, & caprarum.
Quando verò Sol occidit, & ſerum advênit,
Tum dormivimus in litore maris.
Quando autem mane-genita adparuit roſeis digitis aurora
Tum ego concione habitâ omneis adloqutus ſum:
Alii heic nunc manete dilecti mihi ſocii;

Ego verò, cum navi meâ cumque ſociis meis
Proficiſcens, homines explorabo, quales ſint.

* * * * *

Sed quum jam in propinquum iſtum locum pervénimus,
Heic in extremâ parte ſpeluncam vidimus prope mare,
Excelſam, & lauris denſam. ubi multa
Pecora ovesque & capræ quieſcebant. juxtà autem aula
Sublimis ædificata erat exciſis lapidibus,
Longisque pinis & quercubus alticomis:
Vbi vir habitabat ingens.

Narrat hinc, quæ ſibi ac ſociis apud Polyphemum acciderint. poſt quæ in parvam inſulam ad naves rediit.

Sed poſtquàm ad inſulam pervénimus, ubi aliæ
Naves benè tabulatæ ſtabant confertæ, in ipſis autem ſocii
Sedebant lugentes, nos exſpectantes ſemper,

* * * * *

Tum ego ſocios excitans, juſſi
Ipſos conſcendere ac rudenteis ſolvere.
Hinc verò ulteriùs navigavimus, triſtes corde.

Et initio lib. x:

In Aeoliam inſulam pervénimus: ubi habitabat
Aeolus Hippotades.

En, ut eleganter ac graphicè deſcribit inſulam, quam ego ſolo depreſſo, plano, fertili, aquisque irriguo, ſinubusque ac portubus tutiſſimis numeroſæque claſſis capacibus inſtructam eſſe ſuprà dixi. Nomen etiam eius quum innuere vellet, quod Græcis tum erat Αἰγοῦσα, ac poſteà Romanis *Capraria*; αἶγας, id eſt, *capras* in eâ gigni ſilveſtreis dixit magno numero: unde nomen ei quæſitum. Athenæus lib. I: Ἐκαλεῖτο ἡ Ἴκαρος πρότερον Ἰχθυόεσσα, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τῶν ἰχθύων πλῆθος, ὡς καὶ Ἐχινάδες, ἀπὸ τῶν ἐχίνων, καὶ Σηπιὰς ἄκρα ἀπὸ τῶν περὶ αὐτὴν σηπιῶν, καὶ Λαγοῦσαι νῆσοι ἀπὸ τῶν ἐν αὐταῖς λαγῶν, καὶ ἕτεραι Φυκοῦσαι καὶ Λοπαδοῦσαι, ἀπὸ τῶν παραπλησίων. Id eſt: *Icarus inſula anteà Ichtyoeſſa dicta fuit à piſcium in eâ multitudine; ut Echinades ab echinorum copiâ; Sepias promontorium, à ſepiis, quæ circa id ſunt; & Laguſſæ inſulæ, à leporibus, qui in eis gignuntur: & aliæ, Phycuſa & Lopaduſa à ſimili ratione.* Harum ingens legitur numerus apud unum Plinium. Latinis verò huius generis ſunt, in Adriatico ſinu apud Iſtriam *Pullaria*; in Tuſco mari inter Tuſciam & Corſicam *Capraria*; apud Sardiniam *Cunicularia*; apud Drepanum *Columbaria*; apud Hiſpaniam *Colubraria*; in Oceano inter Fortunatas, *Canaria, Pluviaria, Nivaria*: ita à *pullis, capris, cuniculis, columbis, colubris, canibus, pluviis*, & *nivibus*, dictæ; ut teſtantur geographi. Λάχειαν autem vocavit Homerus Aeguſam, id eſt, *brevem* ſive *exiguam*, ratione maioris inſulæ Siciliæ, Cyclopum terræ. in qua etiam portum memorat, qui erat Erycinorum; poſteà Drepanitanus dictus. nam de Eryce monte intelligenda ſunt iſta:

POLYPHEMI *ſedes.*

Ἀλλ' οἵ γ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι.
Ipſi celſorum montium inhabitant cacumina
In ſpeluncis cavis.

Quidpe ſuprà, lib. I cap. II, ubi de Cyclopibus, huius inſulæ incolis, fuſiùs egimus, hæc etiam citavimus ex Fazelli decad. I lib. I cap. VI: *Eryx mons eſt in Siciliâ notiſſimus; mons Drepani hodiè vulgò nominatus. ad huius radices, quà orientem reſpicit, quum ruſtici quidam, anno Salutis* CIƆCCCXLII, *paſtorali caſæ fundandæ altiùs foderent; in antrum immenſum inciderunt. in quod ingreſſi, virum portentoſæ magnitudinis ſedentem deprehenderunt. cuius rei novitate conſternati, ex antro ocyus fugam in opidum, quod ad verticem eſt, capeſſunt; civibusq; quid monſtri viderint, referunt. Erycini exciti, armati antrum petunt. ex quibus complures facibus incenſis ſpecum introgreſſi, monſtroq;, quod in conſpectu habebant, tandem proximiores facti; hominem non vivum, ſed cadaver humanum proceræ ſtaturæ, in ſede poſitum, ſiniſtrâ manu baculo mali nautici inſtar innixum, nullâq; ex parte corroſum, cognoſcunt. Tactu ſcipionis cortex confeſtim in cinerem diſſolvitur, quo clava plumbea, quæ è terrâ ad manum usque ſedentis adſcendebat, celabatur. tactu & cadaver æquè ſtatim corruit, & in pulverem verſum eſt; tribus ſolùm dentibus molaribus admirandæ magnitudinis, & anteriori cranii parte, aliquot*

te, aliquot modiorum Siciliensium capace, incorruptis ac firmiſſimis relictis. Erycini in rei fidem ac miraculum, denteis filo ferreo ad crucifixi pedes, qui in medio templi Annunciatæ eiusdem opidi pendebat, suspenderunt. Hæc mihi omnia senatores Erycini opidi retulerunt. Meminit & exactè huius exempli Ioannes Bocacius, lib. IIII *cap.* LXVIII, *de Genealogiâ deorum.* Haud equidem neſcius ſum, jam inde antiquiſſimis temporibus iſta ὑψηλῶν ὀρέων κάρηνα, id eſt, *celſorum montium cacumina,* Aetnam montem interpretatos eſſe pleroſque auctores; in quibus Euripides etiam eſt poëta in primis antiquus, Homero annis circiter CCCCLX poſterior; ut ſuprà lib. I cap. II oſtenſum. verùm, præterquàm quòd heic ad Aetnam, adeóque ad totum inſulæ latus orientale inſula, qualem in prædictis verbis deſcribit Homerus, reperitur prorſus nulla; compluribus aliis documentis poſteà demonſtrabo, ad hanc oram Vlyſſem non acceſſiſſe; ſed ad Drepanum & Erycem: atque inde recto ac brevi curſu tenuiſſe Aeolias inſulas; hinc verò Italiæ litus. Nunc ad reliquas Siciliæ inſulas, quæ auſtrino eius lateri objacent, explicandas proficiſcor.

Cap. XVI.

Melita inſula: quæ eadem & Hyperia, Phæacum antiquiſſima ſedes; & item Ogygia, ſive Calypsûs inſula. divi Paulli ad eam naufragium. Gaulos inſula.

MEridionali igitur Siciliæ lateri, inter Pachynum & Camarinæ locum, Μελίτη νῆσος, MELITA *inſula*, objacet: quæ nomen antiquum hodiéque obtinet, quamvis detortum, *Malta* vulgò dicta; Ioannitarum equitum, qui huc ſeſe è Rhodo contulerunt, ſede maximè clara. Memoratur Scylaci, Lycophroni, Ciceroni, Diodoro, Livio, Val. Maximo, Straboni, Melæ, Plinio, Silio, Ptolemæo, Oroſio, Stephano, Procopio, Aratori. Mela, lib. II cap. VII: *Africam versùs Gaulos, Melita, Coſura.* Procopius, Vandilicar. rer. lib. I, de navigatione Beliſari è Siciliæ portu Caucanis in Africam narrans: Ἀράμενοι δὲ κατὰ τάχος τὰ ἱστία, Γαύλῳ τε Μελίτῃ καὶ τῇ νήσοις προσέσχον, αἳ τό τε Ἀδριατικὸν καὶ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος διορίζουσιν. Id eſt: *Velis celeriter ſublatis, Gaulum & Melitam inſulas petierunt; quæ Adriaticum Tuſcumque maria diſterminant.* Apud Strabonem lib. VI ita legitur: Πρόκειται δὲ τοῦ Παχυνοῦ Μελίτη, ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι Μελιταῖα, καὶ Γαῦδος, πη καὶ η μίλια ἑκατέρας ἀμφότεραι διέχουσαι. Id eſt: *Ante Pachynum jacet Melita: unde catelli Melitæi; & Gaudus:* LXXXVIII *ab utrâque ambæ diſtantes ſtadiis.* Sic equidem Græca vertit verba interpres poſterior: quamvìs ſenſus certus eſſet nullus. quò enim vocem ἑκατέρας referas, quum unius meminerit loci, nempe τοῦ Παχύνου· cuius vocabulum maſculini eſt generis. Prior interpres verterat; *Abſunt inter ſe ambæ millibus paſſuum* LXXXVIII. Verùm tam imperitum harum inſularum fuiſſe Strabonem, vel chorographum Romanum, ex quo iſta citat Strabo, uti LXXXVIII poneret millia inter eas, quæ V haud ampliùs millia inter ſe diſtabant, haud facilè inducor, uti credam. Plinii verba, lib. III cap. VIII, hæc ſunt: *Inſulæ ſunt in Africam versùs, Gaulos, Melita, à Camarinâ* LXXXIIII *millia paſſuum.* Et ita epitomator eius, Martianus Capella, lib. VI: *Africam versùs, Gaulos, Melita, à Camarinâ octoginta quatuor millibus paſſuum.* Hæc ſatis apertè teſtantur, ipſum Pachynum intellexiſſe promontorium Strabonem; à quo in utramque inſulam LXXXVIII eſſent millia paſſuum. Vox igitur illa ἑκατέρας haud dubiè emendanda in τῆς ἄκρας· & ſenſus erit hic: LXXXVIII *millia à promontorio ambæ diſtantes.* At Diodorus, lib. V, Melitam facit τῶν Συρακουσῶν στάδια ὡς ὀκτακόσια ἀπέχουσαν, id eſt, *ab Syracuſis ſtadia circiter* IↃCCC *diſſitam*; quæ ſunt C millia paſſuum. quod juſtum ſanè eſt intervallum inter dictam urbem & inſulam. à Syracuſis quidpe ad Ficallum, navium ſtationem, quæ VI circiter abeſt millibus à Spaccafurno opido, millia numerantur XL. inde verò breviſſimo trajectu in Melitam millia LX. Cæterùm apud Stephani epitomatorem ita legitur: Μελίτη, νῆσος, μεταξὺ Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας, ὅθεν τὰ κυνίδια Μελιταῖα. ὁ οἰκήτωρ, Μελιταῖος. ἔστι καὶ πόλις, ἄποικος Καρχηδονίων· καὶ δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Μελιτεύς. Id eſt: *Melita, inſula inter Epirum & Italiam: unde catelli Melitæi. Incola eius dicitur Melitæus. Eſt & urbs, Carthaginienſium colonia. & item populus Oeneïdis tribus. unde popularis Melitenſis.* Latinâ ſanè formatione à Melitâ noſtrâ incolæ dicuntur Lucretio lib. IIII atque Ciceroni in Verrinâ IIII

MELITA *inſula.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

MELITENSES. Cæterùm, ut quam frequentiſſimè aliàs, ſic heic etiam in dictis Stephani epitomatoris verbis ingens eſt vel menda vel error. Plinius lib. III, cap. XXVI: *Inter Corcyram & Illyricum eſt Melita: unde catulos Melitæos adpellari, Callimachus auctor eſt*. Hæc hodiéque vulgari vocabulo in ſinu Adriatico dicitur *Méleda*. Ab utrâ *Melitæos catulos* intellexerit ſive Stephanus ſive epitomator eius, planè dubium eſt; quando utrique eos tribuerunt diverſi auctores; ut pòſt latiùs videbimus. Stephanum, ſive epitomatorem eius niſi ſcripſiſſe credas, Ἔστι καὶ ἄλλη ſive ἑτέρα Μελίτη νῆσος καὶ πόλις, ἄποικος Καρχηδονίων, id eſt, *Eſt & alia Melita inſula & opidum, Carthaginienſium colonia*; planè ingens erit error, quòd Carthaginienſium colonia in Hadriatici ſinus inſulam deferatur: quam in hac inter Siciliam & Africam fuiſſe, haud unus teſtatur auctor. Scylax, ἐν Περίπλῳ· Ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, μικρὸν ἀπὸ Ἑρμαίας, εἰσὶ νῆσοι τρεῖς μικραὶ, κατὰ τοῦτο ὑπὸ Καρχηδονίων οἰκούμεναι. Μελίτη, πόλις καὶ λιμήν· Γαῦλος πόλις· Λαμπὰς· αὕτη πύργους ἔχει δύο ἢ τρεῖς. Id eſt: *A Mercurii promontorio versùs orientem Solem, haud longè à promontorio, tres ſunt inſulæ parvæ, ob id ipſum à Carthaginienſibus habitatæ*. Scilicet *Mercurii* hoc *promontorium* ſinum Carthaginienſem ab oriente cludit, vulgò *Capo Buono* nunc dictum. Porrò Thucydides, lib. VI; ubi varios recenſet Siciliæ inſulæ incolas: Ὤικουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν, ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες, καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν, τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς. Id eſt: *Phœnices præterea circa omnem habitabant Siciliam, occupatis extremis ad mare partibus, parvisque inſulis ei objacentibus; negotiandi cum Siculis gratiâ*. Diodorus, dicto lib. V: Τῆς δὲ Σικελίας ἐκ τοῦ κατὰ μεσημβρίαν μέρους νῆσοι τρεῖς πρόκεινται πελάγιαι· καὶ τούτων ἑκάστη πόλιν ἔχει καὶ λιμένας, δυναμένους τοῖς χειμαζομένοις σκάφεσι παρέχεσθαι τὴν ἀσφάλειαν. καὶ πρώτη μέν ἐστιν ἡ προσαγορευομένη Μελίτη, τῶν Συρακουσῶν ἀπέχουσα στάδια ὡς ὀκτακόσια. * . * . Ἔστι δὲ ἡ νῆσος Φοινίκων ἄποικος, οἳ ταῖς ἐμπορίαις διατείνοντες μέχρι τοῦ κατὰ τὴν δύσιν Ὠκεανοῦ, καταφυγὴν εἶχον ταύτην, εὐλίμενον οὖσαν, καὶ κειμένην πελαγίαν. Id eſt: *Siciliæ versùs meridiem tres inſulæ medio in pelago objectæ ſunt, quarum unaquæque urbem habet & portus, qui tutos navibus tempeſtate jactatis receptus præbent. prima eſt, quæ vocatur Melita*, IↃCCC *ſtadia à Syracuſis diſtans*. Paullo pòſt: *Eſt autem hæc inſula Phœnicum colonia. qui quum negotiationes ſuas ad Oceanum usque occidentalem extenderent, refugium in hanc inſulam, ob portuum commoditatem & in alto mari ſitum, habebant*. Et eodem libro poſteà; ubi de eâdem Phœnicum navigatione narrat: Διόπερ ἐπὶ πολλοὺς χρόνους οἱ Φοίνικες, διὰ τῆς τοιαύτης ἐμπορίας ἐπὶ πολὺ λαβόντες χρόνον αὔξησιν, ἀποικίας πολλὰς ἀπέστειλαν, τὰς μὲν εἰς Σικελίαν καὶ τὰς σύνεγγυς ταύτῃ νήσους, τὰς δὲ εἰς τὴν Λιβύην, καὶ Σαρδόνα, καὶ τὴν Ἰβηρίαν. Hoc eſt: *Ex qua negotiatione per multum temporis opulentiores facti Phœnices, multis poſteà annis colonias non paucas in Siciliam & vicinas ei inſulas, in Africam item & Sardiniam Hiſpaniamq; deduxerunt*. Quum Carthaginienſes quoque dicti fuerint Græcis Φοίνικες, *Phœnices*, & inde Latinis *Pœni*, Aſiæ heic populos à Tyro intelligi Phœnicas, ſuprà lib. I, cap. II oſtenſum eſt. Eos verò paullo ante Troianum bellum in Siciliam, Melitam, atque Gaulum, colonias deduxiſſe, ibidem docuimus. Carthaginienſium qua ratione poſteà adpellatæ ſint cùm in Siciliâ tùm in dictis duabus inſulis coloniæ, poſteriùs enarrabo, ubi priùs oſtendero, quinam mortales ante Phœnicas Melitam tenuerint. Homerus, in Odyſs. lib. VI ita canit:

——— Αὐτὰρ Ἀθήνη
Βῆ ῥ' ἐς Φαιήκων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε·
Οἳ πρὶν μέν ποτ' ἔναιον ἐν εὐρυχόρῳ Ὑπερείῃ,
Ἀγχοῦ Κυκλώπων, ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων·
Οἵ σφέας σινέσκοντο, βίηφι δὲ φέρτεροι ἦσαν.
Ἔνθεν ἀναστήσας ἄγε Ναυσίθοος θεοειδής·
Εἷσεν δ' ἐν Σχερίῃ ἑκὰς ἀνδρῶν ἀλφηστάων·
Ἀμφὶ δὲ τεῖχος ἔλασσε πόλει, καὶ ἐδείματο οἴκους,
Καὶ νηοὺς ποίησε θεῶν, καὶ ἐδάσσατ' ἀρούρας.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη κηρὶ δαμεὶς Ἄϊδος δὲ βεβήκει·
Ἀλκίνοος δὲ τότ' ἦρχε.

Id eſt: —— *At Minerva*
Ibat ad Phæacum populum atque urbem:
Qui anteà habitabant in ſpatioſâ Hyperiâ,

Prope

Prope Cyclopas, viros ſuperbienteis.
Qui eos prædabantur; quum viribus forent potiores.
Hinc eos deduxit Nauſithous, deo ſimilis;
Collocavitque in Scheriâ, procul ab hominibus ingenioſis.
Vrbemque muro munivit, & domos ædificavit:
Templaque ſtruxit deorum, & agros diviſit.
Sed hic, fato domitus, ad inferos jam deſcenderat.
Alcinous verò tunc imperabat.

Quæ iſta fuerit Ὑπέρεια, HYPERIA, oſtendêre commentatores poëtæ, Didymus & Euſtathius, aliique grammatici; ut ſuprà lib. I cap. II oſtenſum eſt. Didymus: Ὑπέρεια· οἱ μὲν τὴν ἐν Σικελίᾳ ὕστερον Καμάριναν· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ὑπὲρ τὴν ἡμῖν γινωσκομένην. ἄλλοι δέ, ὅτι ἣν νῆσος πλησίον τῆς τῶν Κυκλώπων χώρας. Id eſt: *Hyperia. alii eam dicunt eſſe Siciliæ urbem, quæ poſtmodùm Camarina dicta: alii confictum ſic vocabulum volunt ab eo, quòd ultra nobis cognitam terram ſitus ſit locus. alii inſulam, Cyclopum terræ vicinam.* Euſtathius: Τὴν δὲ Ὑπέρειαν, πόλιν Σικελίας τινές φασι, τὴν ὕστερον Καμάριναν· οἱ δὲ νῆσον πλησίον τῆς τῶν Κυκλώπων χώρας. Σημείωσαι δέ, ὅτι οὐ συντρέχειν δοκοῦσι τῷ ποιητῇ οἱ τὴν Ὑπέρειαν νῆσον λέγοντες. πῶς γὰρ ἂν νησιῶται ὄντες οἱ ἐν αὐτῇ, ὑπὸ Κυκλώπων ἐβλάπτοντο, οἷς νῆες οὐκ ἦσαν κατὰ τὴν Ὁμηρικὴν ἱστορίαν. Hoc eſt: *Hyperiam quidam Siciliæ urbem aiunt eſſe, quæ poſteà Camarina dicta. alii verò inſulam volunt prope Cyclopum terram. Nota autem, quòd minimè cum poëtâ conſentire videntur; qui Hyperiam inſulam dicunt. quidpe ſi inſulani fuêre eius incolæ, quomodò à Cyclopibus infeſtari potuerunt; ut quibus, ſecundùm Homeri traditionem, naves fuêre nullæ.* Stephani epitomator: Ὑπέρεια, πόλις Σικελική. id eſt: *Hyperia, urbs Sicula.* Heſychius: Ὑπέρεια, ἡ τῶν Φαιάκων πόλις. id eſt: *Hyperia, Phæacum urbs.* Vibius Sequeſter: *Camarina nunc; antè Hyperie dicta.* Apud Camarinam amnis quum antiquis temporibus adpellatus ſit *Hipparis*; fictam inde eſſe omnem Homero de Hyperiâ, Phæacum ſede, fabulam, ſuprà lib. I cap. XIIII ſuſpicatus ſum. at heic auſim adfirmare grammaticos quoſdam poëtæ interpretes ex amnis vocabuli ſimilitudine conjectaſſe circa Camarinam fuiſſe illam *Hyperiam:* quum ipſe poëta intellexerit νῆσον πλησίον τῆς τῶν Κυκλώπων χώρας, id eſt, *inſulam Cyclopum terræ vicinam*; ut alii tradiderunt eius interpretes: nempe Melitam, in conſpectu Siciliæ, Cyclopum terræ, ſitam. Apud antiquum poëtam Apollonium in Ἀργοναυτικῶν lib IIII hæc leguntur: HYPERIA *inſula, Phæacum ſedes antiquiſſima.*

Οὐ μὴν ἔτι ζώοντα καταυτόθι πέτμεν ἄνακτα
Ὕλλον, ὃν εὐειδὴς Μελίτη τέκεν Ἡρακλῆϊ,
Δήμῳ Φαιήκων. ὁ γὰρ οἰκία Ναυσιθόοιο
Μάκριν τ᾽ εἰσαφίκανε, Διονύσοιο τιθήνην,
Νιψόμενος παίδων ὀλοὸν φόνον. ἔνθ᾽ ὅ γε κούρην
Αἰγαίου ἐδάμασεν ἐρασσάμενος ποταμοῖο,
Ναϊάδα Μελίτην· ἡ δὲ σθεναρὸν τέκεν Ὕλλον,
Δήμῳ Φαιήκων. ὁ μὲν οἰκία Ναυσιθόοιο
Τυτθὸς ἐὼν ποτ᾽ ἔναιεν· ἀτὰρ λίπε νῆσον ἔπειτα.
Οὐ γὰρ ὅ γ᾽ ἡβήσας αὐτῇ ἐνεέλδετο νήσῳ
Ναίειν, κοιρανέοντος ἐπ᾽ ὀφρύσι Ναυσιθόοιο·
Βῆ δ᾽ ἅλαδε Κρονίην, αὐτόχθονα λαὸν ἀγείρας
Φαιήκων. σὺν γάρ οἱ ἄναξ πόρσυνε κέλευθον
Ἥρως Ναυσίθοος. τόθι δ᾽ εἵσατο. καί μιν ἔπεφνον
Μέντορες ἀγραύλοισιν ἀλεξόμενον περὶ βουσίν.

. * . * . * .

Ἀλλ᾽ ἔθεον γαίης Ὑλληΐδος ἐξανιόντες
Τηλόθι, τὰς δ᾽ ἀπέλειπον ὅσαι Κόλχοισι πάροιθεν
Ἑξείης πλήθοντο Λιβυρνίδες εἰν ἁλὶ νῆσοι,
Ἴσα τε δυσκέλαδός τε καὶ ἱμερτὴ Πιτύεια.
Αὐτὰρ ἔπειτ᾽ ἐπὶ τῇσι παραὶ Κέρκυραν ἵκοντο.

. * . * .

——— μελαινομένην δέ μιν ἄνδρες
Ναυτίλοι ἐκ πόντοιο κελαινῇ πάντοθεν ὕλῃ
Δερκόμενοι, Κέρκυραν ἐπικλείουσι Μέλαιναν.
Τῇ δ᾽ ἔπι καὶ Μελίτην, λιαρῷ περιγηθέες οὔρῳ,

Αἰπεινήν τε Κερωσσόν, ὕπερθε δὲ πολλὸν ἐοῦσαν
Νυμφαίην παράμειβον, ἵνα κρείουσα Καλυψὼ
Ἀτλαντὶς ναίεσκε· τὰ δ' ἠεροειδέα λεύσσειν
Οὔρεα δοιάζοντο Κεραύνια.

Hoc eſt:

Sed haud jam vivum illic offenderunt regem
Hyllum; quem formoſa Melite peperit Herculi
Apud Phæacas. hic enim ad domum Nauſithoi
In Macrin pervenit, Bacchi cunabula,
Vt luſtraret natorum diram cædem. atq; heic filiam
Aegæi amnis domavit amore captus,
Naiadem Meliten: quæ validum peperit Hyllum
Apud Phæacas. Quæ in domo quidem Nauſithoi,
Dum parvulus eſſet, habitabat. aſt poſteà reliquit inſulam.
Quum enim adoleviſſet, in eâdem inſulâ non cupiebat
Habitare, ſub faſtu dominantis Nauſithoi.
Itaq; Saturnium mare petiit, indigenâ populo adſumto
Phæacum. nam ſimul ei rex paravit iter
Heros Nauſithous; atq; illicò dimiſit. Aſt illum interfecerunt
Mentores pro bobus arma capientem in agro ſtabulantibus.

* * * * *

Ergo illi curſu ferebantur ex Hylleide regione exeuntes
Procul: easq; relinquebant poſt ſe, quotquot Colchis quondam
Poſt hæc loca frequentes erant Liburnicæ in mari inſulæ;
Iſſa gravisonans amabilisq; Pityéa.
Atq; hinc ultra has ad Corcyram abiverunt.

* * * *

—— Nigrantem eam viri
Nautici ex mari atrâ undique ſilvâ
Conſpicati, Corcyram adpellant Nigram.
Poſt hanc Melitam quoque, tepido lætantes vento,
Sublimemque Ceroſſum, & quæ longè ulteriùs ſita eſt,
Nymphæam prætereunt. jamque ſe videre
Iuga conjectabant Ceraunia.

Hinc Dionyſius, de Situ Orbis:

Τόσσα μὲν Αὐσονίην περιβόσκεται ἔθνεα γαῖαν.
Κεῖθεν δ' εἰς αὐγὰς στρεπτὴ παρασύρεται ἅλμη,
Θῖνας ὑποξύουσα Λιβυρνίδας, ἀμφί τ' ἐρυμνὴν
Ὑλλείων χθόνα πᾶσαν, ὅση παρακέκλιται ἰσθμῷ,
Βουλιμιέων τ' ἀκτάς. ἐπὶ δ' ἄσπετον ὁλκὸν ἄγουσα
Ἰλλυρικὴν περὶ χέρσον ἑλίσσεται, ἄχρι κολώνης,
Οὐρέων τ' ἠλιβάτων, τὰ Κεραύνια κικλήσκουσι.

Id eſt:

Tot igitur Auſoniam circumdepaſcuntur gentes terram.
Inde autem ad auroram converſum circumvolvitur ſalum,
Litora ſubradens Liburnica, circúmque firmam
Hyllenſium terram omnem, quæcumq; adjacet iſthmo,
Bulimenſiumque litora. poſt verò immenſum tractum ducens,
Illyricam circùm terram volvitur, usque ad jugum
Monteisque excelſos, quos Ceraunios vocant.

Plinius, lib. III, cap. XXII: *Liburniæ finis, & initium Dalmatiæ, Scardona; in amne eo* [*Titio,*] *XII millia paſſuum à mari. dein Tariotarum antiqua regis; & caſtellum Tariona: promontorium Diomedis; vel, ut alii, peninſula Hyllis, circuitu C millium paſſuum: Tragurium, civium Romanorum.* Hoc opidum hodiéque antiquo vocabulo, detorto tamen, vocatur *Traw*: *Titius* verò amnis *Cerca*. ad cuius ſiniſtram ripam eſt *Sebenicum* opidum; & mox ultra hoc *Hyllis peninſula*, vulgò nunc *Capo di S. Nicolò* dicta: contra quam in alto pelago ſita eſt versùs auſtrum *Liſſa* inſula. ultra hanc, propiùs continentem *Corcyra*

cyra Nigra, *Corzuola* vulgò adpellata: & haud ita procul *Melita*, nunc *Mélada* dicta; cui in continente ab ortu Solis objacet *Epidaurus*, nunc *Raguſa* vocitata. hinc contra *Aulonem*, quæ uulgò *Valona* eſt, & *Nymphæum promontorium*, ſunt *Cerſſus* & *Nymphæa inſulæ*. quarum hæc alio olim nomine dicta fuit *Saſo*: unde vulgò etiamnunc eſt *Saſeno*. has continuò ſubſequuntur *Ceraunii montes*, vulgò *Monte di Chimera*. poſt hos tandem eſt *Corcyra* inſula, vulgò nunc *Corfù* dicta; antiquiſſimis verò temporibus *Scheria* & *Macris* adpellata. Scholiaſtes in præſcriptum Apollonii locum: Μάκρις τὸ παλαιὸν ἐλέγετο ἡ Σχερία, ὠνομασμένη ἀπὸ τῆς Διονύσου τροφοῦ. Id eſt: *Macris antiquitus dicebatur à Bacchi nutrice Scheria*. Et eodem libro poſteà: Εἰς τὸν Ἰόνιον κόλπον εἰσπλέουσι νῆσός ἐστιν εὐλίμενος καὶ λιπαρὰ, ὑφ' ἣν κεῖσθαι τὸ δρέπανον τοῦ Κρόνου φασὶν, ᾧ τὰ τοῦ πατρὸς αἰδοῖα ἀπέτεμεν. οἱ δέ φασι Δήμητρος εἶναι τοῦτο· ᾧ τοὺς Τιτᾶνας ἐδίδαξε σταχυτομεῖν. κατῴκησε γὰρ ἡ θεός ποτε τὴν νῆσον ἐκείνην, ἀγαπήσασα Μάκριν, τὴν τοῦ Διονύσου τροφόν. Ταύτην Φαίακες κατῴκουν, ἀπὸ θεῶν ὄντες τὸ γένος. Iſt eſt: *Ionium ſinum ingredientibus occurrit inſula opportunis portubus & pingui ſolo inſignis. in qua falcem Saturni ſitam eſſe tradunt, qua patris pudenda præſecuit. alii hanc Cereris aiunt eſſe; qua Titanas docuit ſpicas ſecare. habitavit enim quomdam dea in eâ inſulâ, amore capta erga Macrin, Bacchi nutricem. Hanc verò inſulam Phæaces incoluerunt, à diis genus ducentes*. Et paullo pòſt: Ἡ δὲ Κέρκυρα πρότερον μὲν Δρεπάνη ἐκαλεῖτο· εἶτα Σχερία. Δρεπάνη δὲ ἐκαλεῖτο διὰ τὸ τὴν Δήμητρα, αἰτησαμένην δρέπανον παρ' Ἡφαίστου, τοὺς Τιτᾶνας διδάξαι θερίζειν· εἶτα αὐτὸ κρύψαι εἰς τὸ παραθαλάσσιον μέρος τῆς νήσου. προσκλυζούσης δὲ τῆς θαλάσσης, ἐξομοιωθῆναι τὴν θέσιν τῆς γῆς δρεπάνῳ. Τίμαιος δὲ ἐκ τοῦ δρεπάνου, ᾧ ἐξέτεμεν τοῦ Οὐρανοῦ τὰ αἰδοῖα ὁ Κρόνος, ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τοῦ Κρόνου· τοῦτο γὰρ αὐτοῦ κεκρύφθαι φησί. Μάκρις δὲ ὠνομάσθη ἀπὸ Μάκριδος, τῆς Διονύσου τροφοῦ, Κέρκυρα ἀπὸ Κερκύρας, τῆς Ἀσωποῦ θυγατρός. Hoc eſt: *Corcyra anteà vocabatur Drepane: poſteà Scheria. Drepane autem vocabatur inde, quòd Ceres, impetratâ à Vulcano falce, Titanas frumentum metere docuit. quam poſteà in maritimam inſulæ oram abſcondidit. adluente autem mari ſitus inſulæ ſimilis factus eſt falci. At Timæus dictam ſic ait ab falce, qua Saturnus Cæli exſecuit pudenda; vel Iupiter Saturni. eam quidpe heic abſconditam tradit. Cæterùm Macris dicta fuit inſula à Macri, Bacchi nutrice: & Corcyra à Corcyrâ, Aſopi filiâ*. Dionyſius Περιηγητής·

> Καὶ λιπαρὴ Κέρκυρα, φίλον πέδον Ἀλκινόοιο.
>
> *Et pingvis Corcyra, carum ſolum Alcinoi.*

Ad quæ ita Euſtathius: Κέρκυρα· ἡ καὶ Φαιακία καλουμένη, καὶ Σχερία, καὶ Δρέπανον, καὶ Ἄργος. Id eſt: *Corcyra; quæ & Phæacia dicta eſt, & Scheria, & Drepanum & Argos*. Lego, ut apud Apollonium & eius Scholiaſten, Μάκρις, *Macris*. Strabo, lib. VII: Καλλίμαχος τὴν Γαῦλον Καλυψοῦς νῆσόν φησι, τὴν δὲ Κέρκυραν Σχερίαν. Id eſt: *Callimachus Gaulum ait eſſe Calypsûs inſulam; Corcyram verò Scheriam*. Et lib. VI: Ἡ νῦν Κέρκυρα καλουμένη, πρότερον δὲ Σχερία. Id eſt: *Quæ nunc Corcyra dicitur; anteà autem Scheria erat*. Plinius, lib. IIII, cap. XII: *Corcyra, cum urbe eiusdem nominis: Homero dicta Scheria & Phæacia; Callimacho etiam Drepane*. Iuvenalis, Satyrâ XV; de Vlyſſe loquens:

> *Tam vacui capitis populum Phæaca putavit?*
> *Sic aliquis meritò nondum ebrius, & minimum qui*
> *De Corcyræâ temêtum duxerat urnâ.*

Sed & omnibus hactenus enarratis antiquior Thucydides lib. I: Ναυτικῷ δὲ καὶ πολὺ προέχειν ἔστιν ὅτε ἐπαιρόμενοι [οἱ Κερκυραῖοι] καὶ κατὰ τὴν Φαιάκων προενοίκησιν τῆς Κερκύρας, κλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς. Id eſt: *Verùm elati erant, cùm propter rem navalem, qua aliquando multo præſtantiores fuerant; tum ob Phæacum, qui priùs Corcyram incoluerant, nauticam gloriam*. Sed ſatis jam ſuperque oſtenſum, *Corcyram* antè dictam fuiſſe *Scheriam* & *Macrim*. nunc igitur ad inſtitutum ſermonem pergamus. Homerus igitur, loco ſuprà perſcripto, Nauſithoum tradit Phæacas, quum à vicinis Cyclopibus premerentur, in Scheriam, id eſt, in Macrin ſive Corcyram deduxiſſe. eam Phæacum prope Cyclopas ſedem nonnulli Homeri interpretes tradiderunt fuiſſe inſulam prope Siciliam, Cyclopum terram. Apollonius verò ait apud Phæacas in Macri inſulâ filiam Aegæi fluvii fuiſſe Melitam; ex qua Hercules procreavit Hyllum, Hyllenſium in Illyrico regem; qui ſub Nauſithoo in eâdem inſulâ educatus fuit. Id puellæ nomen ſive verum fuerit, ſive à poëtis confictum; certè ex antiquiſſimis hiſtoriarum deſumtum eſt monimentis; in quibus ſcriptum fuit, Phæacas, Corcyræ incolas, ex Melitâ primùm inſulâ profectos fuiſſe. Melita autem quum Camarinenſi litori eſſet objecta; alii Homeri interpretes, ipſam Camariam urbem Phæacum

fuiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

fuiſſe ſedem, per errorem opinati ſunt. Huc adde, quod & μελιτήϊον ὄρος, *Meliteium montem* in eâdem Phæacum terrâ eodem lib. IIII memorat Apollonius; in quo Aegæi fluvii filias egiſſe tradit. ad quæ ita Scholiaſtes eius: ὄρος Κερκύρας Μελίτειον. id eſt: *Mons Corcyræ eſt Melitéus*. & hinc Favorinus: μελίτειον, ὄρος Κερκύρας. id eſt: *Melitéus, mons Corcyræ*. Atque ab iisdem Phæacibus ſive Hyllenſibus alteri illi Melitæ inſulæ in Adriatico ſinu, Illyrico objectæ, vocabulum impoſitum fuiſſe, minimè ambigendum eſt. Cæterùm idem Homerus, Odyſſ. lib. VII, Vlyſſem fingit ab Ilio capto in Scheriam, ſive Phæaciam, ad Phæacum perveniſſe regem Alcinoum, qui patri Nauſithoo in regno ſucceſſerat. paullo igitur ante bellum Troianum Nauſithous cum Phæacibus ſuis Melitam reliquit; pulſus, non à Cyclopibus, qui jam tum in Siciliâ fuêre nulli; ut ſuprà lib. I cap. II docui: ſed ab ipſis haud dubiè Phœnicibus, inſulam, ut antè dixi, paullo ante Troianam expeditionem occupantibus. Herculem, qui ex Melitâ genuit Hyllum, X circiter annis ante eam expeditionem ex humanis exceſſiſſe, præter alios auctores, Euſebius diſertè in Chronologiâ teſtatur. Homerum verò veris hiſtoriis multa adfinxiſſe fabuloſa, cùm Scholiaſtæ eius tùm Strabo paſſim fatentur. quapropter nihil mirum, ſi lib. VI Phæacas, Melitæ inſulæ incolas, à Cyclopibus, Siciliæ incolis, pulſos tradit: libro verò VIII hos negat navigia habuiſſe ad trajiciendum ab Eryce in inſulam Aeguſam. Sic, quòd poſt Troianum etiam bellum eos in Siciliâ, & Vlyſſis cum iis congreſſum, retulit, id poëtarum fecit more uſitatiſſimo, ſæpè præterita ceu præſentia fingentium.

Ergo Phœnices, ut ſuprà dictum, paullo ante Iliacam expeditionem Hyperiam ſive Melitam inſulam, pulſis inde Phæacibus, occuparunt, unà cum orâ maritimâ Siciliæ inſulæ; ἐμπορίας ἕνεκεν, ut inquit loco ſuprà ſcripto Thucydides, τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς· id eſt: *negotiandi cum Siculis gratiâ*. ſive, vt Diodorus lib. V tradit, ὅπως τὰς ἐμπορίας διατείνουσι μέχρι τοῦ κατὰ τὴν δύσιν Ὠκεανοῦ καταφυγὴ εἴη αὕτη, εὐλίμενος οὖσα καὶ κειμένη πελάγια· id eſt: *ut, quum negotiationes ſuas ad Oceanum usque occidentalem extenderent, refugium ipſis in hanc inſulam eſſet, ob portuum opportunitatem, & ſitum in alto mari*. quidpe, ut idem ait ibidem Diodorus, λιμένας ἔχει πολλοὺς καὶ διαφόρους ταῖς εὐχρηστίαις· hoc eſt: *portubus pluribus iisque commodiſſimis inſtructa eſt*. δι᾽ ἣν αἰτίαν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν εὐχρηστούμενοι κατὰ πολλὰ διὰ τοὺς ἐμπόρους, ταχὺ τοῖς τε βίοις ἀνέδραμον καὶ ταῖς δόξαις ηὐξήθησαν. hoc eſt: *quæ cauſa fuit, ut incolæ mercatorum beneficio brevi tempore & opibus augerentur & nomine inclareſcent*. licèt unam tantùm urbem in inſulâ parvâ incolerent; ut quæ XX haud ampliùs in longum, XII in latum, paſſuum millia occupat; circuitu verò LX circiter: At quæritur jam, quàm diu Phœnices eam tenuerint. Thucydides, dicto lib. VI, Ὤικουν δὲ καὶ Φοίνικες, inquit, περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν, ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες, καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν, τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς. Ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεσέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πλείω, Μοτύην, καὶ Σολόεντα, καὶ Πάνορμον, συνοικίσαντες ἐνέμοντο. Id eſt: *Phœnices præterea circa omnem habitabant Siciliam; occupatis extremis ad mare partibus, parvisque inſulis ei objacentibus; negotiandi cum Siculis cauſâ. Poſtquàm verò permulti Græcorum illuc cum navibus trajecerunt; relictis pleriſque, Motyam ac Solûntem & Panormum, ſedibus ibi poſitis unà incoluerunt*. An igitur Melitam etiam & proximam huic Gaulum reliquerunt? Negare hoc ſanè videtur Scylax, antiquus ſatis auctor; ut qui ſub eamdem cum Darío atque Alexandro Magno tempeſtatem, vel paullo pòſt, annis poſt Græcorum in Siciliam tranſitum ferè IↃ, vixiſſe creditur; unde etiam antiquiſſimis illis geographis atque hiſtoricis à Feſto Avieno, in libro de Orâ maritimâ, adnumeratur; Hecatæo, Hellanico, Phileo, Pauſimacho, Damaſtæ, Bacori, Euctemoni, Cleoni, Herodoto, Thucydidi. Is igitur, ut ſuprà retulimus, ita ſcribit: Ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, μικρὸν ἀπὸ Ἑρμαίας, εἰσὶ νῆσοι τρεῖς μικραί, κατὰ τοῦτο ὑπὸ Καρχηδονίων οἰκούμεναι. Μελίτη, πόλις καὶ λιμήν· Γαῦλος, πόλις· Λαμπάς. Id eſt: *A Mercurii promontorio ad orientem Solem versùs, haud longè à promontorio, tres ſunt inſulæ parvæ; ob id ipſum à Carthaginienſibus habitatæ*. Carthaginienſium coloniæ quomodò adpellata ſint in Siciliâ prædicta opida *Solûs, Panormus, & Motya*, ſuprà lib. I. cap. II docui. nempe, à quo tempore primi Græcorum, anno à Troiâ captâ CCCCXLVIII, in inſulam hanc colonias ſuas deportare cœperunt, perpetuò cum iis belligerarunt Phœnices ſuper iis locis, quæ ipſi per annos fermè IↃ tenuerant: jamque totâ ferè inſulâ pulſi erant, niſi Carthaginienſes, conſangvinei eorum, in auxilium vocati, communi ope Græcos repreſſiſ-

preſſiſ-

preſſiſſent; conjunctiſque colonis tria prædicta opida occupaſſent. in quibus quum potior pars eſſent è Carthagine miſſi coloni, quumque hi Carthaginienſium in poſterum armis contra Græcos defenderentur; *Carthaginienſium* inde *coloniæ* dictæ ſunt. unde illa etiam Pauſaniæ verba in Eliacis; ubi perperam *Pachynum* nominat promontorium, quod erat *Lilybæum*: Ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἄκραν ἐν Σικελίᾳ, τὴν τετραμμένην ἐπὶ Λιβύης καὶ Νότου, καλουμένην δὲ Πάχυνον, Μοτύη πόλις· οἰκοῦσι δὲ Λίβυες ἐπ' αὐτῇ καὶ Φοίνικες. · * · Οἱ δὲ Φοίνικες καὶ Λίβυες στόλῳ ἀφίκοντο κοινῷ, καὶ ἄποικοι Καρχηδονίων εἰσίν. Id eſt: *Ad Pachynum Siciliæ promontorium, quod in Africam & auſtrum vergit, urbs eſt Motya; quam Afri & Phœnices habitant. * . Phœnices autem atque Afri communi expeditione in inſulam venerunt: Carthaginienſiumque ſunt coloni.* Sic & Marcianus Heracleenſis, in Orbis circuitu, enarratis Græcis civitatibus:

Τὰ δὲ λοιπὰ βάρβαρ' ἐστὶ τῶν πολισμάτων,
Καρχηδονίων ἐντειχισάντων τοὺς τόπους.

Hoc eſt:

Reliqua opida ſunt barbarica;
Loca à Carthaginienſibus communita.

Idem itaque in Melitâ etiam inſulâ factum, quamvìs Thucydides reticeat, tamen è præſcriptis Scylacis verbis adparet. de ſuo quidpe ævo loqui videtur, εἰσὶ ὑπὸ Καρχηδονίων οἰκούμεναι, id eſt: *à Carthaginienſibus habitatæ ſunt*. Nec Diodorus, Siculus auctor, CC annis Scylace poſterior, alios heic agnoſcere videtur incolas. quidpe verba eius integra, quibus inſulam dicto lib. V deſcribit, hæc ſunt: Μελίτη λιμένας ἔχει πολλοὺς καὶ διαφόρους ταῖς εὐχρηστίαις· τοὺς δὴ κατοικοῦντας ταῖς οὐσίαις εὐδαίμονας. τεχνίτας τε γὰρ ἔχει παντοδαποὺς ταῖς ἐργασίαις, κρατίστους δὲ τοὺς ὀθόνια ποιοῦντας, τῇ τε λεπτότητι καὶ τῇ μαλακότητι διαπρεπῆ· τάς τε οἰκίας ἀξιολόγους, καὶ κατεσκευασμένας φιλοτίμως γείσοις καὶ κονιάμασι περιττότερον. ἔστι δὲ ἡ νῆσος αὕτη Φοινίκων ἄποικος, οἳ, ταῖς ἐμπορίαις διατείνοντες μέχρι τοῦ κατὰ τὴν δύσιν Ὠκεανοῦ, καταφυγὴν εἶχον ταύτην, εὐλίμενον οὖσαν, καὶ κειμένην πελαγίαν. δι' ἣν αἰτίαν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, εὐχρηστούμενοι κατὰ πολλὰ διὰ τοὺς ἐμπόρους, ταχύ τε βίοις ἀνέδραμον καὶ ταῖς δόξαις ηὐξήθησαν. Hoc eſt: *Melita portubus compluribus iiſque percommodis inſtructa eſt. opibus abundant incolæ. variorum quidpe operum artifices habet: inter quos excellunt, qui lintea inſigni ſubtilitate ac mollitie texunt. domus illic ſunt perpulcræ; ſuggrundiis & albario opere magnificenter exornatæ. Colonia eſt hæc inſula Phœnicum: qui quum negotiationes ſuas ad Oceanum uſque orientalem extenderent, refugium in hanc inſulam, ob portuum commoditatem & in alto mari ſitum, habuerunt. quæ cauſa fuit, uti incolæ mercatorum beneficio brevi & opibus augerentur & nomine inclareſcerent.* At è diverſo Lycophron, antiquus & ipſe auctor, & Scylacis ferè æqualis, Græcorum huc quosdam à Troiâ captâ coloniam deduxiſſe tradit. ſic enim in poëmate eius Alexandra in vaticinio canit:

Ἄλλοι Μελίτην νῆσον Ὀθρωνοῦ πέλας
Πλαγκτοὶ κατοικήσουσιν, ἣν πέριξ κλύδων
Ἔμπλην Παχύνου Σικανὸς προσμάσσεται.

Id eſt:

Alii Melitam inſulam juxta Othronum
Errores inhabitabunt; quam undique fluctus
Sicanius prope Pachynum rigat.

Verùm hic poëta eſt: &, licèt aliàs haud facilè in eo poëmate ementitus ſit falſas colonias, quæ ex aliis veterum auctorum monimentis demonſtrari nequeant; tamen heic aliquid de Græcorum in Melitam deductâ coloniâ effinxiſſe fortaſſe potuit: utique quum Thucydides teſtetur, Phœnicas has inſulas tenuiſſe, etiam CCCC XLVIII ampliùs annis poſt Troiæ excidium. quapropter alia inveſtiganda erunt documenta paullo certiora. Phalaridem Agrigentinorum in Siciliâ fuiſſe tyrannum κατὰ τὴν νβ' ὀλυμπιάδα, id eſt: *ſub Olympiadem* LII, auctor eſt Svidas in Lexico. at quia apud hunc numerus is non integris verbis, ſed notis tantùm perſcriptus eſt; corruptus eſſe potuerit à librariis, potiorque videri Euſebii auctoritas; qui in Chronologiâ ſuâ initium illius tyrannidis refert in annum ſecundum Olympiadis XXXI; exitum verò in annum nomine Olympiadis XXXVIII. Huius igitur Phalaridis II quum duæ exſtent epiſtolæ Græcæ, ad Melitenſeis perſcriptæ; ſatis idoneo inde colligere licet argumento, Græci generis fuiſſe tum temporis Melitæ incolas. &, ſi lingvâ Græcâ etiam ad Phœnicas ſcribere potuiſſe ſuſpicêre Phalaridem, quas

posteà

poſteà interpres in Punicam lingvam interpretatus fuerit: maiori de Græco genere documento eſt, quòd alterâ dictarum epiſtolarum pecuniam Melitenſibus dat mutuam; quam ipſi ab eo petierant. id quod haud facilè facturi erant, ſi Phœnices ſeu Pœni fuiſſent: utique, acerrimo etiamtum inter hos & Græcos in Siciliâ flagrante bello. quidpe à primo anno Olympiadis XI, quo primam Græci coloniam in Siciliam deduxêre Naxon, ad Olympiadis XXXI annum ſecundum, quo Phalaris tyrannidem Agrigenti occupavit, anni ſunt haud ampliùs LXXX. Thucydides verò πολλὒς Ἕλληνας, *multos Græcos* in inſulam trajeciſſe teſtatur, antequàm Phœnices, pleriſque, quæ hic tenuerant, relictis, Solûntem tandem, Panormum, atque Motyam occuparent. quarum hanc, inter Lilybæum ac Drepana ſitam, Olympiade tandem L, id iſt, annis CLV pòſt, quàm Naxos deducta fuit, Græcis abstuliſſe Carthagininenſeis, ſuprà lib. I cap. II, & lib. II cap. I oſtenſum eſt. Nihil igitur certius, quàm jam tum ſub primum in Siciliam trajectum pulſos fuiſſe à Græcis è Melitâ inſulâ Phœnicas. eaque una ratio eſt, cur τὰ νησίδια, id eſt, *inſulas parvas*, Thucydides tribus illis locis, Solûnti, Panormo, ac Motyæ, non adnumeret. Huc jam accedunt & inſcriptiones antiquæ marmoris ac numiſmatum; de quibus ita tradit Ioannes Quintinus Heduus, in deſcriptione huius inſulæ: *Hanc inſulam* [quæ nunc vulgò dicitur *Malta*] *& eſſe & dici Melitam, ſunt teſtimonio geographici omnes atque hiſtorici. eſt inſuper ad fidem epigramma quoddam, ingenti marmoreo ſupulcro heic abſcriptum, ſequentibus notis*: Λ. ΚΑ. ΥΙΟΣ. ΚΥΡ. ΙΠΠΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ, ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. [Id eſt: L. Ca. filius. Cyr. eques Romanorum, primus Melitenſium.] *Numiſma vetus habeo ex ære, in quo alterâ parte excuſa deæ Iunonis effigies, alterâ remi latitudo, hac inſcriptione*; ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. *quæ nobis & nomen & inſignem gentis artem prodit*. Et Thomas Fazellus, decad. I lib. I cap. I: *Numiſmata ærea, affabrè quidem facta, paſſim ibi reperiuntur, ex unâ parte his literis* ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ *circumformatam remi latitudinem, ex alterâ Iunonis effigiem exprimentia*. Marmoris fides ſi cui levior minùſque ducenda videatur; quum etiam inter Pœnos Græcus homo ſub Romanorum tum imperio vixiſſe potuerit; & iſte eques Cyrenenſis natione fuiſſe videatur: certè numiſmata publicum fuêre univerſæ civitatis opus. Apud Ciceronem in Verrinâ IIII hæc leguntur: *Ab oppido non longè in promontorio fanum eſt Iunonis antiquum. quod tantâ religione ſemper fuit, ut non modò illis Punicis bellis, quæ in his ferè locis navali copiâ geſta atque verſata ſunt, ſed etiam in hac prædonum multitudine ſemper inviolatum ſanctumque fuerit. Quin etiam hoc memoriæ proditum eſt; claſſe quomdam Maſiniſſæ regis ad eum locum adpulsâ, præfectum regium denteis eburneos, incredibili magnitudine, è fano ſuſtuliſſe, & eos in Africam portaſſe, Maſiniſſæque donaſſe. regem quidem primò delectatum eſſe munere: pòſt, ubi audiſſet, unde eſſent, ſtatim certos homines in quinqueremi miſiſſe, qui eos denteis reportarent. itaque in his ſcriptum literis Punicis fuit; Regem Maſiniſſam imprudentem accepiſſe: re cognitâ, reportandos reſtituendoſque curaſſe*. Eamdem rem Veler. Maximus refert, lib. I cap. I. *Maſiniſſa rex*, inquit, *cuius quum præfectus claſſis Melitam adpuliſſet, éque fano Iunonis denteis eburneos eximiæ magnitudinis ſublatos ad eum pro dono attuliſſet; ut comperit, unde advecti eſſent, quinqueremi reportandos Melitam, inque templo Iunonis collocandos curavit, inſculptos gentis ſuæ literis, ſignificantibus, regem ignorantem eos accepiſſe; & libenter deæ reddidiſſe. factum, Maſiniſſæ plus animo, quàm Punico ſangvini, conveniens*. Punicis literis eam conſtitiſſe inſcriptionem dum uterque quaſi deditâ operâ teſtatur auctor, diverſam eam lingvam à Melitenſium lingvâ fuiſſe, haud obſcurè innuunt. Cicero prædictis hæc ſubtexit: *Erat præterea magna vis eboris, multa ornamenta: in quibus eburneæ Victoriæ, antiquo opere ac ſummâ arte perfectæ*. Nec operis nec artis fuiſſe Punicæ credas; ſed Græcæ. nam Græci ſummi omni ævo ac penè uni hac in re fuêre artifices. In eâdem oratione anteà ſic ſcribit: *Melitenſis Diodorus eſt; qui apud vos anteà teſtimonium dixit. is Lilybæi multos jam annos habitat; homo & domi nobilis, & apud eos, quò ſe contulit, propter virtutem ſplendidus & gratioſus. de hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata: in his pocula duo quædam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu, ſummo artificio facta. quod iſte ubi audivit, ſic cupiditate inflammatus eſt non ſolùm inſpiciundi, verùm etiam auferendi, ut Diodorum ad ſe vocaret, ac poſceret. Ille, qui illa non invitus haberet, reſpondet, ſe Lilybæi non habere: Melitæ apud quemdam propinquum ſuum reliquiſſe. Tum iſte continuò mittit homines certos Melitam. ſcribit ad quosdam Melitenſeis, ut ea vaſa perquirant. rogat Diodorum, ut ad illum ſuum propinquum det literas. Diodorus, homo frugi ac diligens, qui ſua ſervare vellet, propinquo ſuo*

ſcribit,

ſcribit, ut iis, qui à Verre veniſſent, reſponderet, illud argentum ſe paucis illis diebus miſiſſe Lilybæum. ipſe intereà recedit. abeſſe ab domo paullisper maluit, quàm præſens illud optimè factum argentum amittere. Quod ubi audivit iſte, * . * , *conquiri Diodorum totâ provinciâ jubet. Ille ex Siciliâ caſtra jam moverat, & vaſa collegerat. Homo, ut aliquo modo illum in provinciam revocaret, hanc excogitavit rationem: adponit de ſuis canibus quemdam, qui dicat, ſe Diodorum Militenſem rei capitalis reum velle facere.* Paullo pôſt: *Diodorus Romæ ſorditatus circùm patronos atque hoſpites curſare; rem omnibus narrare.* Et iterum poſteà: *Diodorus intereà prætore iſto propè triennium provinciâ domoque caruit.* In his ne minimum quidem ſuſpicionis veſtigium conſiſtere poteſt, *Melitenſem* hunc *Diodorum* fuiſſe natione Pœnum. contrà verò univerſa ac ſingula Græcum in eo genus apertè indicant. primò; ipſum hominis nomen planè ac purè Græcum. pocula Heraclea, & ipſa cognomento Græco. horum artifex homo Græcus, *Mentor.* de quo ita Plinius, lib. VII cap. XXX: *Phidiæ Iupiter Olympius quotidiè teſtimonium perhibet; Mentori Capitolinus, & Diana Epheſia: quibus fuêre conſecrata artis eius vaſa.* Et lib. XXXIII, cap. XI: *L. Craſſus orator duos habuit ſcyphos, Mentoris artificis manu cælatos, ſeſtertiis centum. confeſſus tamen eſt, numquàm ſe his uti, propter verecundiam, auſum.* Et cap. XII: *Mirum, in auro cælando inclaruiſſe neminem; argento multos. maximè tamen laudatus eſt Mentor, de quo ſuprà diximus. Quatuor paria denique ab eo omnino facta ſunt. ac jam nullum exſtare dicitur. Epheſiæ Dianæ templum jacet, Capitolium incendiis.* Locus corruptus eſt, & ſub finem aliquot verbis mutilus. niſi legeris, *Epheſiæ Dianæ templum & Capitolium jacent incendiis.* quidpe Capitolium & in eo templum Iovis Capitolini cremata fuiſſe bello Vitelliano, T. Vinio conſule, auctor luculentiſſimus eſt Tacitus, Hiſtoriar. lib. III. qui annus fuit ſeptimus antè, quàm Plinius ſuum Hiſtoriæ naturalis opus T. Veſpaſiano ſextùm conſuli dedicaret. unde patet, plurium id annorum fuiſſe opus. Sed ad Melitenſeis noſtros uti revertamur; ne prædictum Diodorum in Siciliâ tandem id nominis unà cum poculis Græci operis atque artis adeptum ſuſpiceris; en, *Melitæ ſe ea reliquiſſe*, dixit. Melitam autem ipſe non magis quàm in Siciliam per triennium illud, Verre Siciliæ prætore, redire auſus eſt, quia ſub eâdem cum hac erat provinciâ, ſub eodem prætore. ſic enim idem Cicero in eâdem oratione: *Inſula eſt Melita, ſatis lato ab Siciliâ mari perículoſoq; disjuncta; in qua eſt eodem nomine opidum: quò iſte numquam acceſſit: quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit.* Et commemoratis rebus ſuprà ſcriptis, quæ in Iunonis fano dicatæ erant: *Hæc iſte omnia uno impetu atq; uno nuncio per ſervos Venerios, quos eius rei causâ miſerat, tollenda atq; abſportanda curavit.* Hinc etiam ſuprà memorati geographi Melitam inſulam, cum Aegadibus ac Liparæis inſulis, Siciliæ deſcriptioni adjunxerunt. hinc illud Oroſii, in lib. IIII cap. VIII: *Atilius conſul Liparam Melitamq;, inſulas Siciliæ nobileis, pervagatus evertit.* Hinc item inter legatos provinciæ Siciliæ, qui Romam venerunt, uti C. Verrem repetundarum reum Cicerone actore poſtularent, Melitenſium quoque venerunt legati. unde illud Ciceronis, eodem loco paullo pôſt: *Dicunt legati Melitenſes publicè, ſpoliatum templum eſſe Iunonis: nihil iſtum in religioſiſſimo fano reliquiſſe. quem in locum claſſes hoſtium ſæpè acceſſerint; ubi piratæ ferè quotannis hiemare ſoleant: quod neque prædo violârit antè, neque hoſtis attigerit, id ab uno iſto ſic ſpoliatum eſſe, ut nihil omnino ſit relictum.* En, ut diſertè heic Melitenſium adpellat hoſteis, quos Punicis bellis circa hæc loca verſatos ſuprà dixit; nempe ipſos Pœnos. Ac bello quidem Punico primo Pœnorum præſidio urbem hanc atque inſulam preſſam fuiſſe, patet ex dictâ Oroſii narratione. quidpe A. Atilius Calatinus conſul fuit cum C. Sulpicio Paterculo anno eius belli ſeptimo. Victis tandem eo bello Carthaginienſibus ad Aegades inſulas, pacem eâ condicione datam eſſe, uti Siciliâ Sardiniâque inſulis decederent, ſuperiori capite intelleximus. Melitam quoque jam tunc Sicilienſi provinciæ titulo fuiſſe adnexam, haud dubium eſt. Occupatam mox iterum fuiſſe bello Punico ſecundo, cuius initium fuit anno XXII poſt exitum primi, patet ex Livii hiſtoriâ: qui lib. XXI ita narrat: *A Lilybæo conſul [T. Sempronius,] Hierone cum claſſe regiâ dimiſſo, relictoq;, prætore ad tuendam Siciliæ oram, ipſe in inſulam Melitam, quæ à Carthaginienſibus tenebatur, trajecit. Advenienti Amilcar, Giſgonis filius, præfectus præſidii, cum paullo minùs duobus millibus militum, opidumq; cum inſulâ traditur.* En, Punicum præſidium cum præfecto, opido, atque inſulâ, Romano traditur. à quibus hominibus? Ab opidanis. At hi cuius generis? Haud dubiè Græci. nam de Pœnis tale

quid cogitare, perquàm abſurdum foret. tum Silius, lib. XIIII, ubi Siciliæ populos atque urbeis, quarum aliæ Romanorum aliæ Carthaginienſium eodem bello ſequebantur parteis, enumerat, Melitam quoque & Gaulum atque Coſyram inſulas eis accenſet. Verba eius hæc ſunt:

Romanos Petræa duces, Romana petivit
Fœdera Callipolis, lapidoſique Engyon artus;
Hadranum, Hergentumque ſimul telâque ſuperba
Lanigerâ Melite, & litus piſcoſa Melacte
Quæque procelloſo Cephalœdias ora profundo
Cæruleis horret campis paſcentia cete.
Cætera Eliſæis aderat gens Sicana votis.

. * . * . * .

——— *Coſyraque parva*
Nec maior Megarâ Mutye concordibus auſis
Iuvêre, & ſtrato Gaulum ſpectabile ponto.

Hinc *Socii* poſteà adpellati ſunt *populi Romani*. Cicero, in Verrinâ V: *Teque Iuno regina, cui duo fana, duabus in inſulis poſita ſociorum, Melitæ & Sami, ſanctiſſima & antiquiſſima, ſimili ſcelere idem iſte omnibus donis ornamentiſque nudavit*. En, antiquiſſimum ait fuiſſe fanum Iunonis Melitenſis; nec tamen nec Phœnicas nec Carthaginienſeis eius conditores memorat: ſcilicet, quia nulli alii fuerant, quàm quorum poſteri facti ſunt Romanorum ſocii; nempe *Græci*. Ergo quia ex hactenus allatis documentis ſatis jam abundéque conſtat, Græcos incolas habuiſſe Melitam inſulam jam inde à primo Græcorum in vicinam ei inſulam Siciliam trajectu; concludendum erit, Scylacem atque Diodorum paullo negligentiùs illa ſua de eâ commentatos eſſe; præterita tempora à ſuis quemque ſæculis haud diſtingventeis. Scylacis æqualis poëta Lycophron, quum ſuo ævo Græcos Melitam incolere ſciret; & haud dubiè primam etiam eorum huc immigrationem non ignoraret; maluit per figmentum eos Troianis temporibus adſcribere; quò poëmati ſuo, innumeris hiſtoriis mirè vario, ritè inſereret. Neque tamen præfractè negaverim, exſtitiſſe quamdam apud antiquiores illos mortaleis eiusmodi hiſtoriam μυθολογικὴν. quam Ovidius quoque poëta ſequutus videtur in Faſtor. lib. III, ubi ita canit:

Idibus eſt Annæ feſtum geniale Perennæ,
Haud procul à ripis, advena Tibri, tuis.

. * . * . * .

Quæ tamen hæc dea ſit, quoniam rumoribus errat;
Fabula propoſito nulla tegenda meo.
Arſerat Aeneæ Dido miſerabilis igne;
Arſerat exſtructis in ſua fata rogis.
Protinus invadunt Numidæ ſine vindice regnum;
Et potitur captâ Maurus Iarba domo:
Seque memor ſpretum, Thalamis tamen, inquit, Eliſæ
En ego, quem toties reppulit illa, fruor.
Diffugiunt Tyrii, quò quemque agit error; ut olim
Amiſſo dubiæ rege vagantur apes.
Tertia nudatas acceperat area meſſeis;
Inque cavos ierant tertia muſta lacus:
Pellitur Anna domo. lacrumansque ſororia linquit
Mœnia. germanæ juſta dat antè ſuæ.
Nacta ratem comiteſque fugæ, pede labitur æquo
Mœnia reſpiciens, dulce ſororis opus.
Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſyræ,
Inſula; quam Libyci verberat unda freti:
Hanc petit, hoſpitio regis confiſa vetuſto.
Hoſpes opum dives rex ibi Battus erat.
Qui poſtquàm didicit caſus utriusque ſororis;
Hæc, inquit, tellus, quantulacumque, tua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Βάττος, *Battus*, Græcorum fuiſſe hominum nomen proprium, inter alios Svidas tradit in Lexico. Ovidius, quum ſciret, Battum ex Therâ inſulâ Græcam coloniam jam ante expeditionem Troianam in Africam deduxiſſe, quam Cyrenen adpellavit; Melitam verò jam antiquiſſimis poſt bellum Troianum temporibus à Græcis habitatam fuiſſe; regem in hac fingit ſub Troiæ excidium, quum adhuc Phœnices tenerent, nomine Græco *Battum*.

Sed de incolis huius inſulæ jam ſatis diſſertum. *Fertilitatem* eius indicare voluit Ovidius his verbis; *Fertilis eſt Melite*. Eamdem gloriam hodiéque obtinet, ſi agri ſatis excolantur; quum inſula tota ſaxea ſit, & minùs altâ humo tecta. Portus, ut ſuprà dictum, habet complureis, eosque tutiſſimos, contra ortum Solis æſtivi poſitos. quorum maximus vulgò nunc vocatur *Porto di S. Elmo*: & ei proximus, *Porto Muſetto*. ille verò introrſus ab oſtio in plureis diffunditur portus, ſive ſinus, navium capaceis. Præter hos ab auſtrino inſulæ latere alius eſt, quem vulgò dicunt *Porto Euro*. Inter oſtia prædictorum portuum, versùs orientem æſtivum, opidum nuper exſtructum, eſt in prælongâ peninſulâ ſive terræ lingvâ. Intus contra oſtium maioris portus antiquum eſt munimentum, naturâ arteque validiſſimum, itidem in peninſulâ ſitum. Ab hoc ad VII circiter millia paſſuum in medio fermè inſulæ aliud opidum poſitum eſt, eiusdem cum inſulâ nominis. id vetus illud MELITAM *opidum* eſſe deprehenditur. Ptolemæus: Πελάγιαι δὲ **MELITA *opidum*.**
νῆσοί εἰσι τῆς Ἀφρικῆς αἵδε· Κόσσυρα νῆσος καὶ πόλις. Μελίτη νῆσος· ἐν ᾗ Μελίτη πόλις, & Χερσόννησος, καὶ Ἥρας ἱερὸν, καὶ Ἡρακλέους ἱερόν. Id eſt: *Inſulæ in alto mari ad Africam ſunt iſtæ: Coſſyra inſula & opidum: Melita inſula; in qua Melita opidum, & Peninſula, & Iunonis templum, & Herculis fanum*. Numeros graduum longitudinis latitudinisque haud viſum eſt adponere; quando immanem in modum corrupti ſunt. Adparet tamen ex iis, opidum fuiſſe in medio; Iunonis templum ab hoc versùs ortum Solis æſtivi, Herculis versùs meridiem; & Peninſulam versùs occaſum. Cicero, ut ſuprà retulimus, Verrinâ IIII: *Inſula eſt Melita; in qua eſt eodem nomine opidum*. *. *Ab eo opido non longè, in promontorio fanum eſt Iunonis antiquum; quod tantâ religione ſemper fuit, ut non modo illis Punicis bellis, quæ in his ferè locis navali copiâ geſta atque verſata ſunt, ſed etiam in hac prædonum multitudine ſemper inviolatum ſanctumque fuerit. Quin etiam hoc memoriæ proditum eſt; claſſe quondam Maſiniſſæ regis ad eum locum adpulsâ, præfectum regium denteis eburneos, incredibili magnitudine, è fano ſuſtuliſſe.* Et mox de Verre loquens: *Dicunt legati Melitenſes publicè, ſpoliatum templum eſſe Iunonis: nihil iſtum in religioſiſſimo fano reliquiſſe. quem in locum claſſes hoſtium ſæpè acceſſerint; ubi piratæ ferè quotannis hiemare ſoleant; quod neque prædo violârit antè, neque hoſtis attigerit; id ob uno iſto ſic ſpoliatum eſſe, ut nihil omnino ſit relictum*. Vel ex his patet, paullo longiùs in mediterranea remotum fuiſſe à portu opidum. nam in ipſo portu ſi fuiſſet, piratæ ſanè & aliæ naves haud facilè tam audacter eum ingredi atque inibi hiemare fuiſſent auſi. De ædificiis eius ita tradit dicto lib. V Diodorus: Τοὺς δὲ κατοικοῦντας ἔχει ταῖς οὐσίαις εὐδαίμονας, * τάς τε οἰκίας ἀξιολόγους, καὶ κατασκευασμένας φιλοτίμως γείσοις καὶ κονιάμασι περιττότερον. Id eſt: *Incolas habet opibus adfluenteis*, *, *domosque perpulcras; ſuggrundiis & albario opere magnificè exornatas*. Hæ à Phœnicibus ſive Carthaginienſibus exſtructæ fuerint, an à poſterioribus incolis Græcis, incertum habeo. priores tamen cultores ita ædificaſſe potuerunt. ſic quidpe idem auctor lib. XIIII: Οὐ μακρὰν τοῦ Ἔρυκος λόφου Μοτύη πόλις ἦν, ἄποικος Καρχηδονίων. * . * . τῷ δὲ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν οἰκιῶν εἰς ὑπερβολὴν πεφιλοτεχνημένη, διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν κατοικούντων. Id eſt: *Haud procul ab Eryce monte Motya erat urbs, Carthaginienſium colonia; multitudine ædificiorum pariter & elegantiâ pulcritudineque præclarè inſtructa; quòd opidani opibus abundarent.*

Τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν, IVNONIS *fanum* Cicero *in promontorio* fuiſſe teſtatur, quò **IVNONIS *fanum & portus*.** *claſſes hoſtium* & *piratæ*, & *Maſiniſſæ præfectus adpellere potuerunt*. De hoc ita Fazellus, decad. I lib. I, cap. I: *Huius templi inter arcem & ſuburbium ex quadratis lapidibus, eisque ingentibus, in hæc usque tempora non aſpernandæ permanent reliquiæ*. Arcem intelligit S. Angeli, cui ſuburbium in eâdem peninſulâ junctum. De eodem templo ita in Melitæ deſcriptione prædictus Quintinus, Fazello prior: *Iunonis templum non ſolùm inter magna, ſed etiam inter magnifica numerari potuiſſe arbitror ex his, quæ pauca durant, medio ferè loco inter opidum & caſtellum. ruina ſparſa adparet in multa jugera; fundamen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

damentis & ſubſtructionibus templi bonam portus eius partem occupantibus, longè etiam in mari, in quo inædificatum erat, infra clivum promontorii, in planitie, undique à ventis & prealtis rupibus defenſa. Non ipſum templum, quod *in promontorio* fuiſſe teſtatur Cicero, tantum ſpatium occupabat; ſed vicus vel opidum ad portum ſitum. ſic enim & τὸ τοῦ Ἡρακλέους ἱερὸν, HERCVLIS *templum*, ad auſtrinum inſulæ litus ſitum, vicum habuit vel opidum ſibi junctum. Quintinus ibidem: *Herculani templi immenſæ adhuc reliquiæ patent, circuitu in paſſus ter mille & ultrà, in eo inſulæ angulo, quem ab argumento loci patriâ lingvâ Euri portum nominant. ima pars exſtat in plerisque, lapidum longitudinis craſſitudinisque ſtupendæ.* En, quis temerè crediderit, unum templum III ampliùs millia paſſuum occupaſſe? Nugæ ſunt. vicus erat circa portum poſitus. Atque ob hanc portuum celebritatem duo dicta templa ibi ab initio conſtructa fuêre. unde alter locus haud dubiè dictus fuit τῆς Ἥρας λιμὴν, IVNONIS *portus*; alter τοῦ Ἡρακλέους λιμὴν, HERCVLIS *portus*. Ac Diodori verba, quæ ſuprà perſcripſi integra, ubi de pulcritudine magnificentiâque ædificiorum agit, non ad unum opidum Melitam, ſed ad univerſam ſpectant inſulam.

Hercvlis templum & portus.

Ἡ Χερσόννησος, id eſt, PENINSVLA, in occidentali inſulæ parte ponitur à Ptolemæo. ea igitur fuerit extima inſulæ pars in occaſum Solis æſtivi proſpectans: quam amniculus, ad ſeptentriones versùs fluens in ſinum, efficit peninſulam.

Peninsvla.

De cætero Diodorus, dicto lib. V, de universâ inſulâ loquens, Λιμένας ἔχει, inquit, πολλοὺς καὶ διαφόρους ταῖς εὐχρηστίαις, τοὺς δὲ κατοικοῦντας ταῖς οὐσίαις εὐδαίμονας· τεχνίτας τε γὰρ ἔχει παντοδαποὺς ταῖς ἐργασίαις, κρατίστους δὲ τοὺς ὀθόνια ποιοῦντας τῇ τε λεπτότητι καὶ τῇ μαλακότητι διαπρεπῆ. Id eſt: *Portus habet plureis, eosque percommodos; & incolas opibus adfluenteis. variorum quidpe operum artifices habet: inter quos excellunt, qui lintea inſigni ſubtilitate mollitiêque texunt.* Hinc illud Ciceronis, in Verrinâ IIII: *Inſula eſt Melita; in qua eſt eodem nomine opidum: quò iſte numquàm acceſſit. quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit.* Et actione III: *Dico, te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam veſtem Melitenſem Syracuſis exportaſſe.* Et poſteà: *Iam non quæro, unde CCCC amphoras mellis habueris; unde tantum Melitenſium veſtium; unde quinquaginta tricliniorum lectos. non, inquam, jam quæro, unde hæc habueris: ſed quò tibi tantum opus fuerit; id quæro. Mitto de melle. ſed tantumne Melitenſium? quaſi etiam amicorum uxores; tantum lectorum? quaſi etiam omnes iſtorum villas ornaturus eſſes.* Et item iſtud Lucretii, lib. IIII:

Vngventa & pulcra in pedibus Sicyonia rident:
Scilicet & grandes viridi cum luce ſmaragdi
Auro includuntur; teriturque Thalaſſina veſtis
Adſiduè: & Veneris ſudorem exercita potat:
Et benè parta patrum fiunt anademata, mitræ:
Interdum in pallam & Melitenſia Ceaque vertunt:
Eximiâ veſte & victu, convivia, ludi,
Pocula crebra, ungventa, coronæ, ſerta, parantur
Nequidquàm.

Heſychius & Favorinus: μελίτεα, ὀθόνιά τινα διάφορα ἐκ Μελίτης τῆς νήσου. Id eſt: *Melitenſia dicuntur lintea quædam præſtantia ex Melitâ inſulâ.* Plinius, lib. XVIIII cap. I, ità tradit: *Superior pars Aegypti, in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui goſſipion vocant, plures xylon; & ideò lina inde facta xylina. parvus eſt; ſimilemque barbaræ nucis defert fructum; cuius ex interiore bombyce lanugo netur. nec ulla ſunt eis candore mollitiâve præferenda. veſtes inde ſacerdotibus Aegypti gratiſſimæ.* Hinc Quintinus, in prædictâ Melitæ deſcriptione: *Huic* inſulæ *pariter eſt cotonon familiare; unde magni proventus inſulanis. Hoc olim aliqui goſſipion vocavêre; plures xylina; inquit Plinius; Aegypto tantùm naſcens, dum is auctor vixit. nunc in Siciliâ, Calabriâ, Hiſpaniâ, & aliis locis pluribus ſeritur. verùm Melitenſe maximè horum laudatur: alterius enim nationis craſſius eſt. Cotonon cæteris, aptius Vlpianus* ἐριόξυλον *nominavit: quaſi diceres è ligno lanam: & lanæ adpellatione contineri, reſpondit lib. III de Legatis. Speciem eius non tradunt auctores: quos equidem legerim. prolixiùs itaque depingam: præſertim, quia*

eſt

eſt admirabile noſtratibus, aliquid ex arbore naſci, quod tam molle & laneum ab exotico aliquo animante detonſum putant. Frutex eſt, arbuſculæ modo, pedali magnitudine, cauli lignoſo; à quo rami terni quaternive frutificant. folia ni minora eſſent, vitium poterant videri. flos ſubcæruleus: fructum defert amplitudine avellanæ nucis. qui maturitate ruptus, præduras pilas oſtendit, tenui lanugine obductas; ex qua cotonon netur in textrinis, mirâ depectendi arte: ex quo & mappalia & veſtes heic muliebres conficiuntur. ut jam nobis laniferæ Indorum arbores goſſipinæque veſtes miraculo eſſe non debeant. ad vela navium etiam perutile, & multùm expetitum. Fallitur haud modicè, dum Plinii ævo in unâ Aegypto id natum tradit. quin hoc idem eſt illud, ex quo ante Plinium jam Diodori atque Ciceronis temporibus *veſtes* illæ *Militenſes* fiebant, *ſubtilitatis ac mollitiei mirandæ*; & ante Ciceronem Lucretii etiam tempeſtate. Hinc ſcilicet illud Silii, in lib. XIIII:

Hadranum Hergentumque ſimul, telâque ſuperba
Lanigerâ Melite.

CATVLI Melitenſes.

Cæterùm τὰ Μελιταῖα κυνίδια, id eſt MELITENSEIS *catulos* celebrant in hac inſula Strabo, dicto lib. VI. Πρόκειται, inquit, τοῦ Παχύνου Μελίτη, ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι Μελιταῖα. Id eſt: *Ante Pachynum jacet Melita: unde catuli ſunt, quos Melitenſeis vocant.* At alii auctores Melitæ in Adriatico ſinu eos tribuerunt, quæ Illyrico objacet. Plinius, lib. III cap. XXVI: *Corcyra, Melæna cognominata, inter quam & Illyricum Melita: unde catulos Melitæos adpellari Callimachus auctor eſt.* Stephani epitomator: Μελίτη, νῆσος μεταξὺ Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας· ὅθεν τὰ κυνίδια Μελιταῖα. Id eſt: *Melita, inſula inter Epirum & Italiam: unde catuli Melitenſes.* Sed in neutrâ hodiè reperiuntur. ac meritò quæritur, ubinam terrarum olim fuerint: licet Fazellus eos in Melitâ hac noſtrâ eiusmodi deſcribat, quales Iſlandia nunc gignit. cuiusmodi Melita hæc fert nullos. Meminit eorum Heſychius quoque; ſed ſine loco. Μελιταῖον, inquit, κυνίδιον, μικρόν. id eſt: *Melitæus, catellus parvus.* Etymologus verò magnus, ſive is Muſurus ſit, ita tradit: Μελιταῖα κυνίδια λέγεται, ὅτι πλησίον Ἰταλίας νῆσός ἐστι Μελίτη, ἐξ ἧς γίνεται· ἢ τὰ μικρὰ, τὰ ἐπιμελείας χρείαν ἔχοντα· παρὰ τὸ μέλω, τὸ φροντίζω. Hoc eſt: *Melitæi catuli dicuntur inde, quòd in Melitâ inſulâ, Italiæ vicinâ, gignantur: vel, quæ parva ſunt; & curâ opus habent: à verbo* μέλω, *quod eſt curam gero.* Hoc ſanè minùs aptè. Aliter Svidas ac Favorinus: Μελιταῖον κυνίδιον· τῶν γὰρ κυνῶν οἱ μὲν ἰχνευτικοὶ, οἱ δὲ ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσιν, οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων οἰκουροὶ, οἱ δὲ ἐπὶ τέρψει, ὡς τὰ μελιταῖα κυνίδια, καὶ μελιτηροὶ κύνες, οἱ ἐπὶ τέρψει τρεφόμενοι. Id eſt: *Melitæus catulus. canum quippe alii ſunt venatici; alii, qui unà cum animantibus progrediuntur; alii, qui domi cuſtodiam pecudum agunt; alii ſunt ad oblectationem, ut melitæi catuli & meliteri,* id eſt, *mellei; qui voluptatis ſive animi causâ aluntur.* Quin ipſam quoque inſulam ἀπὸ τοῦ μέλιτος, id eſt, *à melle*, nomen accepiſſe, nonnulli noſtri ſæculi homines conjecerunt; quoniam hodiéque ſumma eius heic eſt nobilitas; & jam olim fuiſſe teſtatur Cicero in verbis ſuprà è Verrinâ III citatis. Nomen id non nuper corruptum eſt in hodiernum MALTA; ſed jam ante ſexcentos ampliùs annos; quum Arabes inſulam unà cum Siciliâ occuparent: ut ex Arabibus geographis pariter atque hiſtoricis nobis expoſuit peritiſſimus hoc ſæculo Arabicæ lingvæ interpres cæteraque doctiſſimus, Thomas Erpenius. Hinc in antiquo Itinerario maritimo, quod falsò Antonini nomini adſcribitur: *Item inter Siciliam & Africam; Inſula Coſſura. à Lilybeo ſunt ſtadia* CLXXX. *à Clipea ex Africâ ſtadia* IↃXC. *Inſula Maltaciæ Feſta, & Falacron. Inſula Cercenna. hæc à Tapacis diſtat ſtadia* IↃCXXII. *Inſula Girba.* Ex hoc Itinerarii loco noſtri ævi homines ſtatuunt, inſulam tunc adpellatam fuiſſe *Maltaciam*. at errant vehementiſſimè. nam regium in Hiſpaniâ bibliothecæ Laurentinæ exemplar, teſte Hieronymo Suritâ, habet *Inſule Maltache Feſtia*; & Neapolitanum, *Maltatiæ Feſta*. Ipſe Surita verba vitiata emendare ita conatus eſt; *Inſulæ, Melita, Icæſia*: additque; *Icæſiæ Ptolemæus meminit inter inſulas Siciliæ adjacenteis; quæ mihi pro Feſtia ſubſtitui ex manu ſcriptorum corruptâ lectione videtur.* Atqui auctor Itinerarii inſulas heic recenſet inter Siciliam & Africam ſitas. Ptolemæi verò *Hiceſia*, ſive, ut Euſtathius ſcribit, *Hiceſion*, erat inter Liparenſeis inſulas; uti ſuprà cap. XIIII oſtenſum eſt. Ego in dicto Itinerario lego, *Inſulæ, Malta, Hephæſtia.* de hac autem poſteà dicetur. Cæterùm, falſos eſſe eos, qui *Melivetum* ſive *Milevitum* aliquando adpellatam fuiſſe inſulam,

atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

atque inde *concilium Milevitanum* cognominatum, rectè ac peritè oſtendit Ortelius in vocibus *Melita* & *Milevis*.

D. Pavli naufragium ad Melitam.

At nullâ re, poſt unicæ Salutis noſtræ Ieſu Chriſti incarnationem, magis nobilitata celebriſque reddita fuit hæc inſula, quàm naufragio divi Pauli. cuius hiſtoriam, ut à divo Lucâ in Actis Apoſtolorum deſcripta eſt, integram huc adponere conſilium eſt. Capite igitur XXVII, de navigatione Pauli, qui vinctus à Cæſareâ Stratonis, Palæſtinæ opido, Romam ad Neronem imperatorem mittebatur, ita loquitur: Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν, παρεδίδουν τόν τε Παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας ἑκατοντάρχῃ, ὀνόματι Ἰουλίῳ, σπείρας Σεβαστῆς. Ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ Ἀδραμυττηνῷ, μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους, ἀνήχθημεν. τῇ δὲ ἑτέρᾳ κατήχθημεν εἰς Σιδῶνα. κἀκεῖθεν ἀναχθέντες ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον, διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους εἶναι ἐναντίους. τό τε πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν διαπλεύσαντες, κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας· κἀκεῖ εὑρὼν ὁ ἑκατόνταρχος πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον, πλέον εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτό. ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες, καὶ μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον, μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην· μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτήν, ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ καλούμενον Καλοὺς λιμένας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία. ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου, καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοός, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι, παρῄνει ὁ Παῦλος, λέγων αὐτοῖς· Ἄνδρες, θεωρῶ ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας, οὐ μόνον τοῦ φορτίου καὶ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. ὁ δὲ ἑκατόνταρχος τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ ἐπείθετο μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις. Ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπάρχοντος πρὸς παραχειμασίαν, οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν ἀναχθῆναι κἀκεῖθεν, εἴ πως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης, βλέποντα κατὰ Λίβα καὶ κατὰ Χῶρον. Ὑποπνεύσαντος δὲ Νότου, δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι, ἄραντες ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην. μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικός, ὁ καλούμενος Εὐροκλύδων. συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα. νησίον δέ τι ὑποδραμόντες καλούμενον Κλαύδην, μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης· ἣν ἄραντες, βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον· φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, χαλάσαντες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο. σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν, τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο· καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν. μήτε δὲ ἡλίου μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων ἐπὶ πλείονας ἡμέρας, χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς. πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης, τότε σταθεὶς ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἶπεν· Ἔδει μέν, ὦ ἄνδρες, πειθαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν. καὶ τανῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν· ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν, πλὴν τοῦ πλοίου. παρέστη γάρ μοι τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ οὗ εἰμι, ᾧ καὶ λατρεύω· λέγων, Μὴ φοβοῦ Παῦλε· Καίσαρί σε δεῖ παραστῆναι· καὶ ἰδού, κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετά σου. διὸ εὐθυμεῖτε ἄνδρες· πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ, ὅτι οὕτως ἔσται καθ' ὃν τρόπον λελάληταί μοι. εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν. Ὡς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη νὺξ ἐγένετο, διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν. καὶ βολίσαντες, εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι. βραχὺ δὲ διαστήσαντες, καὶ πάλιν βολίσαντες, εὗρον ὀργυιὰς δεκαπέντε. φοβούμενοί τε μή πως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωσιν, ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας, ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι. τῶν δὲ ναυτῶν ζητούντων φυγεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάντων τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν, προφάσει ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν, εἶπεν ὁ Παῦλος τῷ ἑκατοντάρχῃ καὶ τοῖς στρατιώταις, Ἐὰν μὴ οὗτοι μείνωσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε. τότε οἱ στρατιῶται ἀπέκοψαν τὰ σχοινία τῆς σκάφης, καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν. Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, παρεκάλει ὁ Παῦλος ἅπαντας μεταλαβεῖν τροφῆς, λέγων· Τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν προσδοκῶντες, ἄσιτοι διατελεῖτε, μηδὲν προσλαβόμενοι· διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς προσλαβεῖν τροφῆς· τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει· οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. Εἰπὼν δὲ ταῦτα, καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαρίστησε τῷ Θεῷ ἐνώπιον πάντων· καὶ κλάσας ἤρξατο ἐσθίειν. Εὔθυμοι δὲ γενόμενοι πάντες, καὶ αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς. ἦμεν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ διακόσιαι ἑβδομήκοντα ἕξ. Κορεσθέντες δὲ τροφῆς, ἐκούφιζον τὸ πλοῖον, ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν. Ὅτε δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον· κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλόν, εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον. καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες εἴων εἰς τὴν θάλασσαν, ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων· καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ, κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν. περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον, ἐπώκειλαν τὴν ναῦν. καὶ ἡ μὲν πρῷρα ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος· ἡ δὲ πρύμνα ἐλύετο ὑπὸ τῆς βίας τῶν κυμάτων. τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο, ἵνα τοὺς δεσμώτας ἀποκτείνωσι, μή τις ἐκκολυμβήσας διαφύγοι· ὁ δὲ ἑκατόνταρχος, βουλόμενος διασῶσαι τὸν Παῦλον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος· ἐκέλευσέ τε τοὺς δυναμένους κολυμβᾶν,

σαν, ἀποῤῥίψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι· καὶ τοὺς λοιποὺς, οὓς μὲν ἐπὶ σανίσιν, οὓς δὲ ἐπί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου. καὶ οὕτως ἐγένετο πάντας διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν. Et capite XXVIII: Καὶ διασωθέντες, τότε ἐπέγνωσαν ὅτι Μελίτη ἡ νῆσος καλεῖται. Οἱ δὲ Βάρβαροι παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν. ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν προσελάβοντο πάντας ἡμᾶς, διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα, καὶ διὰ τὸ ψῦχος. Συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος, καὶ ἐπιθέντος ἐπὶ τὴν πυρὰν, ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ. ὡς δὲ εἶδον οἱ Βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, Πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν. Ὁ μὲν οὖν, ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ, ἔπαθεν οὐδὲν κακόν. οἱ δὲ προσεδόκουν αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων, καὶ θεωρούντων μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον, μεταβαλλόμενοι ἔλεγον, θεὸν αὐτὸν εἶναι. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, ὀνόματι Ποπλίῳ· ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς, τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξένισεν. Ἐγένετο δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ποπλίου πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον κατακεῖσθαι· πρὸς ὃν ὁ Παῦλος εἰσελθὼν, καὶ προσευξάμενος, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἰάσατο αὐτόν. τούτου οὖν γενομένου, καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ ἔχοντες ἀσθενείας ἐν τῇ νήσῳ, προσήρχοντο, καὶ ἐθεραπεύοντο· οἳ καὶ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς, καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν. Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ Ἀλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσκούροις. Καὶ καταχθέντες εἰς Συρακούσας, ἐπεμείναμεν ἡμέρας τρεῖς. ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον· καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐπιγενομένου Νότου, δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους. οὗ εὑρόντες ἀδελφοὺς, παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά· καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν. Hoc eſt; cap. XXVII: *Vt autem decretum fuit, uti in Italiam navigaremus; tunc Paulum ſimul cum aliis vinctis centurioni tradiderunt, cui nomen erat Iulius, cohortis Auguſtæ. Conſcenſo igitur navigio Adramytino, navigaturi juxta Aſiæ loca, provecti ſumus. alterâ autem die devecti ſumus Sidonem. illinc provecti, ſublegimus Cyprum: quòd venti eſſent adverſi. & Cilicium Pamphyliumque mare emenſi, devénimus Myra, opidum Lyciæ. Illic nactus centurio navem Alexandrinam, navigantem in Italiam, impoſuit nos in eam. Quumque haud paucis diebus tardè navigaremus, vixque perveniſſemus juxta Cnidum, adverſante nobis vento, ſublegimus Cretam juxta Salmonem. illamque ægrè præterlegentes, pervénimus in quemdam locum, Pulcros portus dictum: cui propinqua erat urbs Laſæa. Haud exiguo autem temporis ſpatio peracto; quum jam eſſet periculoſa navigatio; quòd jam jejunium quoque præteriiſſet; admonebat eos Paulus, dicens; Viri, video, cum injuriâ multoque damno, non ſolùm oneris atque navis, ſed & animarum noſtrarum, futuram navigationem. At centurio gubernatori potiùs credebat atque nauclero, quàm iis quæ à Paulo dicebantur. Quumque haud opportunus ad hibernandum eſt portus; plerique decreverunt, illinc etiam ſolvere; ſi quo modo poſſent Phœnicem pervenire; atque illic hiemare: qui portus eſt Cretæ, ſpectans ad Africum & Chorum. Quumque adſpiraſſet Auſter; viſi ſibi propoſiti facti compotes, inde ſolverunt: proximéque præterlegerunt Cretam. Verùm haud multo pòſt impegit in eam ventus turbulentus, qui vocatur Eurclydon. quumque abrepta eſſet navis, nec poſſet obniti vento; datâ eâ vento, ferebamur. & quum ſub parvam quamdam inſulam, nomine Claudam, curſu delati eſſemus; vix valuimus ſcaphæ compotes fieri. qua ſubductâ, adjumentis utebantur, ſuccinctâ navi. metuentesq; ne in Syrtin inciderent; demiſſis velis, ita ferebantur. Quum autem vehementi tempeſtate jactaremur, ſequenti die jacturam fecerunt. ac tertiâ die ipſi noſtris manibus armenta navis abjecimus. Quum verò neque Sol neque ſidera ad complureis dies adparerent; tempeſtasq; haud exigua incumberet; ablata in poſterum ſpes omnis erat ſalutis noſtræ. Et quum multa jam fuiſſet inedia, tunc ſtans Paulus in medio ipſorum, dixit, Oportebat quidem, ô viri, mihi ab initio obediendo non provectos eſſe à Cretâ, ac vitare injuriam hanc & damnum. Verùm nunc adhortor vos, ſitis bono animo. anima quidpe nulla peribit ex vobis; ſed tantùm navis. adſtitit enim mihi hac nocte angelus Dei, cuius ego ſum, & quem veneror: dicens; Ne metue Paule: oportet te ſiſti Cæſari. & ecce, gratificatus eſt tibi Deus omneis, qui tecum navigant. Proinde bono animo eſtote viri. credo namque Deo, ita fore, ut loquutus eſt mihi. In inſulam verò quamdam excidere nos oportet. Quum ergo quartadecima nox adveniſſet, & jactaremur in Adriâ; nautæ circa medium noctis ſuſpicabantur, adpropinquare ſibi aliquam terram. & demiſsâ bolide, invenerunt paſſus XX. paullumque inde progreſſi, rurſum demiſsâ bolide, invenerunt paſſus XV. Metuentes itaque, ne fortè in loca aſpera inciderent; jactis è puppi ancoris IV, optabant diem oriri. Quum autem nautæ quærerent fugere è navi, quumque demiſiſſent ſcapham in mare, eo obtentu, quaſi à prorâ ancoras extenſuri; dixit Paulus centurioni; Niſi hi in navi manſerint, vos ſervari non poteſtis. Tunc absciderunt milites funeis ſcaphæ; & ſiverunt eam excidere. Die verò jam adpetente, hortabatur Paulus omneis, uti caperent cibum, inquiens; Dies hodiè eſt quartadecima ex qua exſpectantes jejuni*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

permanetis, nihil ſumentes. itaque vos hortor, uti ſumatis cibum. hoc enim ad ſalutem veſtram ſpectat. nullius quidpe veſtrûm capillus de capite cadet. Et quumhoc dixiſſet, accepiſſet ue panem, gratias egit Deo in conſpectu omnium: & quum fregiſſet, cœpit edere. Omnes verò quum jam animum recepiſſent, & ipſi cibum ſumſerunt. Eramus autem univerſæ animæ in navi ducentæ ſeptuaginta ſex. Cæterùm ſatiati cibo, adlevabant navim, projicientes frumentum in mare. Die autem exortâ, terram non agnoſcebant. ſinum verò quemdam animadverterunt, habentem litus: in quem decreverant, ſi poſſent, extrudere navim. ancoris itaque undique ablatis, permiſerunt eam mari: ſimul laxatis gubernaculorum vinculis, & ſublato artemone ad venti flatum, tendebant ad litus. Sed quum incidiſſent in locum bimarem, impegerunt navim. ac prora quidem infixa, manebat immota: puppis verò ſolvebatur præ fluctuum violentiâ. Militum autem conſilium erat, ut vinctos occiderent; ne quis, quum enataſſet, effugeret. at centurio volens ſervare Paulum, prohibuit eos ab hoc conſilio: juſſitq́, ut, qui poſſent natare, abjicerent ſe primos, & in terram evaderent: cæteri verò partim in tabulis, partim quibusdam navis fragmentis. atque ita factum eſt, ut omnes ſalvi evaderent in terram. Et cap. XXVIII: *Et quum ſalvi evaſiſſent, tunc cognoverunt, inſulam vocari Melitam. Barbari verò præſtabant nobis haud vulgarem humanitatem. accenſo quidpe rogo exceperunt nos omneis, propter imbrem ingruentem & propter frigus. Quum autem Paulus in faſcem collegiſſet nonnihil ſarmentorum, rogoque impoſuiſſet; vipera è calore prodiens, manum eius arripuit. Vt verò viderunt Barbari beſtiam è manu eius; alii aliis dicebant, Omnino homicida eſt homo iſte; quem, poſtquàm ſalvus evaſit è mari, ultio non ſinit vivere. At ille, excuſſâ beſtiâ in ignem, nihil mali paſſus eſt. Illi verò exſpectabant dum intumeſceret, aut concideret repentè exanimis. Verùm quum diu exſpectaſſent, & viderent nihil incommodi illi evenire; mutatâ ſententiâ, dicebant eum eſſe deum. Cæterò circa locum illum erant prædia principis inſulæ, nomine Publii. qui quum nos excepiſſet, per triduum comiter hoſpitio detinuit. Contigit autem, ut pater Publii, febribus ac dyſenteriâ detentus, decumberet. ad quem Paulus ingreſſus, & precatus, impoſitis ei manibus, ſanavit eum. Hoc igitur facto, reliqui etiam, qui morbis tenebantur in inſulâ, accedebant, & ſanabantur. qui etiam multis honoribus nos honoraverunt: & quum proveheremur, impoſuerunt quæ neceſſaria erant. Poſt treis itaque menſeis provecti ſumus navi Alexandrinâ, quæ in inſulâ hiemaverat: cui erat inſigne Caſtor & Pollux. Et devecti Syracuſas, triduum illic manſimus. inde circumlegentes devénimus Rhegium. & alterâ pòſt die, quum ſuperveniſſet Auſter, ſecundâ die vénimus Puteolos. ubi inventis fratribus, rogati ſumus, ut permaneremus apud eos dies ſeptem. & ità vénimus Romam.* Hactenus divi Lucæ verba. quæ licèt perſpicua ſint ac ſatis clara, nec alio lumine egeant; tamen non defuêre, qui in controverſiam traherent, in utram Melitam naufragio iſto ejectus fuerit divus Apoſtolus; in hanc noſtram Africi maris, an in alteram illam in ſinu Adriatico ad Illyricum in conſpectu Epidauri, ſive, ut nunc vocatur, Raguſii opidi ſitam. Nec nupera hæc quorumdam eſt opinio: ſed jam ante ıↄc annos ita ſenſit Conſtantinus Porphyrogenitus imperator: & haud dubiè alii cum ipſo. Verba eius, in libro de Adminiſtrando imperio ad Romanum filium, cap. XXXVI, de inſulis Illyrici litoris hæc ſunt: Κρατοῦσι δὲ καὶ ταύτας τὰς νήσους· νῆσος μεγάλη ἡ Κούρκρα, ἤτοι τὸ Κίκερ· ἐν ᾗ ἐστι καὶ κάστρον. νῆσος ἑτέρα μεγάλη τὰ Μέλετα, ἤτοι τὸ Μαλοζεάται. ἣν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων ὁ ἅγιος Λουκᾶς μέμνηται, Μελίτην ταύτην προσαγορεύων· ἐν ᾗ καὶ ἔχις τὸν ἅγιον Παῦλον ἀπὸ τοῦ δακτύλου προσήψατο, ἣν καὶ τῷ πυρὶ ὁ ἅγιος Παῦλος κατέφλεξε. νῆσος ἑτέρα μηγάλη τὸ Φάρα· νῆσος ἑτέρα μεγάλη ὁ Βράτζης. Id eſt: *Tenent & inſulas has: Vna eſt inſula magna, quæ Curcra ſive Cicer dicitur; in qua & opidum. alia magna eſt, quæ Meleta ſeu Malozeatæ vocatur: cuius in Actis Apoſtolorum meminit ſanctus Lucas, Melitam eam nominans: ubi & vipera, ſancti Pauli digitum mordens, ab eo excuſſa igni concremata eſt. alia eſt magna, Phara dicta. alia item magna, quæ Bratzes.* Eædem inſulæ Plinio, lib. III, cap. XXVI, dicuntur *Brattia, Pharia, Melita, Corcyra Melæna*, id eſt, *Nigra.* hodiè vocantur, *Brazza, Pago, Méleda, Corzuóla.* Sed age; rationes ſeu argumenta eorum, qui iſtam Conſtantini ſententiam hodiéque defendere conantur, paullo diligentiùs, pro more atque inſtituto noſtro, quod ubique obſervamus, excutere liceat; ne quid præteritum aut in re tam gravi diſſimulatum à nobis videatur. Primùm igitur aiunt, quum compluribus eisque certiſſimis oſtendi poſſit documentis, incolas Melitæ in Africo mari jam inde à primo Græcorum in Siciliam trajectu fuiſſe Græcos; divus verò Lucas eos, ad quos naufragio pervênit divus Paulus, adpellet Barbaros; fruſtra eſſe, ſi quis in hanc Africi maris inſulam Paulum ejectum exiſtimare velit: magisque id convenire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

alteri illi apud Illyricum ſive Dalmaticum litus Melitæ. cuius incolæ haud dubiè, ut ipſius continentis Dalmatiæ, fuêre Barbari. nam illa Stephani grammatici, ſive epitomatoris eius deſcriptio falſa eſt; Μελίτη, νῆσος μεταξὺ Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας· id eſt; *Melita, inſula inter Epirum & Italiam.* quidpe à Melitâ iſtâ ad Epirum, cuius initium erat circa Aulonem opidum, quòd vulgò nunc dicitur *Valona*, CC fermè ſunt millia paſſuum; intercedente magnâ parte Dalmatiæ & omni Macedoniæ orâ maritimâ. Ex illâ porrò imperitâ Stephani deſcriptione multo ineptior compilata conflataque eſt iſta, quæ in Onomaſtico ſacrorum Bibliorum legitur: *Melita, inſula inter Epirum & Italiam, ſpectans Siciliam ad ſeptemtrionem.* Sic ſcilicet non minùs aptè dici poterit, Britannia eſt inſula inter Iſlandiam & Galliam, ſpectans Africam ad ſeptemtrionem. Sed ille Onomaſticus, quiſcumque fuerit, duas diverſas Melitas per ignorantiam in unam confudit. De cætero, Melita apud Illyricum quum portubus prædita ſit undique quamplurimis, iiſque tutiſſimis; tum ſolo etiam feraciſſimo, quo cœnobium religioſorum hominum inibi conditum nunc fruitur; his quoque argumentis à divi Lucæ Melitâ minimè diſcrepare videtur. Huc accedere aliud haud minùs grave argumentum, quòd divus Lucas in narratione tam accuratâ ac ferè anxiâ nullius meminit opidi vel urbis; quum tamen urbs fuerit in Africi maris Melitâ omni ævo clara incoliſque frequens: præterque duo portus, *Iunonis* alter, alter *Herculis*, haud minùs celebres; ut ſuprà demonſtratum eſt. In horum igitur aliquo, maximè verò in opido, haud dubiè per treis illos menſeis moraturum fuiſſe, non in agris, centurionem cum militibus ſuis. nam in ſpecu, quæ haud procul urbis mœnibus vulgò nunc dicitur *La grotta di S. Paolo*, id eſt, *Crypta* ſeu *Specus divi Pauli*, trimeſtri eo ſpacio egiſſe Apoſtolum, adfirmatu perquàm abſurdum eſſe; ceu carceres in urbe tam celebri fuiſſent nulli, quò centurio vinctos ſuos abdere atque cuſtodire potuiſſet. &, ſi liberum ſine vinculis Paulum habere voluiſſet; ſaltem ſub conſpectu ſuo in urbe habuiſſet: niſi & ipſum unà cum militibus ac cæteris vinctis in eâdem ſpecu tam diu egiſſe, credere libeat. Nec maioris eſſe momenti, quod de lapillis ex hac ſpecu exciſis fertur: eorum ſcilicet virtute ſcorpionum & angvium exitiale venenum domari & ab humanis procul cispelli corporibus: ſcorpioneſque, pernicioſum alibi animal, in hac inſulâ manſveſcere, lædendique vim atque naturam penitus exuere. quod Apoſtoli virtuti atque beneficio, poſtquàm is heic à viperæ morſu non læſus fuit, incolæ ſe debere fatentur. quidpe de vicinâ ei inſulâ, quæ V tantùm millia paſſuum abeſt, ita ſcribit Solinus cap. XXXII: *Ex parte, qua Cercina eſt, accepimus Gaulon inſulam; in qua ſerpens neque naſcitur neque vivit invecta. propterea jactus ex eâ quocúmque gentium pulvis, arcet angveis; ſcorpiones ſuperjactu ſuo illicò perimit.* Et de aliâ inſulâ, longiùs à Melitâ inter Sardiniam & Africam ſitâ, ita tradit Plinius lib. V, cap. VII: *Mox Gaulos & Galata: cuius terra ſcorpionem, dirum animal Africæ, necat. Dicuntur & in Clupeâ emori.* Hoc ipſius Africæ, haud ita procul Carthagine, fuit opidum. *Ebuſus* item eſt in eodem mari interno prope Hiſpaniam inſula; de qua idem Plinius ita lib. III, cap. V: *Ebuſi terra ſerpentes fugat, Colubrariæ parit. ideò infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus.* Et diſertiùs copioſiúsque de eâdem Mela, lib. III cap. I: *Ebuſus omnium animalium, quæ nocent, adeò expers, ut nec ea quidem, quæ de agreſtibus mitia fiunt, aut generet, aut, ſi invecta ſunt, ſuſtineat. contrà eſt Colubraria; cuius meminiſſe ſuccurrit, quòd, quum ſcateat multo ac malefico genere ſerpentum, & ſit ideò inhabitabilis; tamen ingreſſis eam, intra id ſpacium, quod Ebuſitanâ humo circumſignaverunt, ſine pernicie tuta eſt; iiſdem illis ſerpentibus, qui ſolent obvios adpetere, adſpectum eius pulveris procul & cum pavore fugientibus.* Harum igitur inſularum humo quum tanta inſit fugandi necandique dira animalia virtus, quæritur an heic etiam aliquando fuerit divus Paulus; an his etiam gratiam ſuam atque beneficium impertiverit? Verùm his omnibus ſatis reſponſum erit, ſi ex divi Lucæ hiſtoriâ veluti divino oraculo probavero, in nullam aliam inſulam, quàm in hanc noſtram Africi maris Melitam adpuliſſe naufragio divum Paulum. Primùm omnium, quòd divus Lucas ait jactatos fuiſſe ad noctem usque XIIII *in Adriâ*, eâque nocte adpropinquaſſe eos inſulæ, quam poſteà cognoverunt eſſe *Melitam*; id huic noſtræ apud Siciliam Melitæ cummaximè convenit. quidpe ad finem operis de Italiâ ex compluribus idoneis probatiſque auctoribus demonſtravi, *Adriatici maris* nomen non in Adriatico tantùm ſinu, qui vulgò nunc vocatur *Golfo di Vinetia*, id eſt,

Sinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Sinus Venetus, ſed & extra eum, ab hac noſtrâ Melitâ ad Peloponneſum usque extenſum fuiſſe. Porrò, in plerisque vulgatis Græcis exemplaribus venti, quo tam diu jactabantur, nomen ſcriptum eſt Εὐροκλύδων, novo, nusquàm aliàs lecto, nec ſatis apto vocabulo. quod enim peculiare erit vento nomen vel cognomen, quod omnibus reliquis eodem jure tribui poſſit. quidpe ſi Εὐροκλύδων, ut noſtros homines interpretari video, eſt *fluctuoſus* ſive *impetuoſus ventus*, qui *fluctus maiores concitet*; certè ab eodem argumento & Νοτοκλύδων rectè dicetur, & Ζεφυροκλύδων, & Βορροκλύδων. at hæc ventorum vocabula quis umquàm apud auctores legit, quis ſomniavit? Video equidem *Euroclydonem* nonnullos interpretari ventum, qui flat ab ortu brumali. qualis equidem ventus divum Paulum non ad noſtram hanc, ſed ad alteram illam in Adriatico ſinu Melitam versùs ſeptemtriones vel occaſum æſtivum egiſſet. At eo vento ſpirante quomodò navis à Cretæ litore in occaſum hibernum infra *Gaudum* inſulam, quæ vulgò hodiè vocatur *Gozo*, atque hinc porrò in *Syrtin* abripi potuiſſet? Nugæ ſanè ſunt. ego amplectendam heic omnino cenſeo vocem, quam divus Hieronymus, & ante hunc auctor Vulgatæ ſacrorum Bibliorum verſionis, in ſuis exemplaribus legerunt Εὐροακύλων, *Euroaquilo*. quod vocabulum, ex duabus vocibus, alterâ Græcâ Εὖρος, alterâ Latinâ *Aquilo*, compoſitum, eum denotat ventum, qui inter Aquilonem & Eurum medius ſpirat. qui rectà ab meridionali Cretæ latere navim infra Gaudum versùs Syrtin abripere poterat. Vox autem Εὐροακύλων tam facilè à poſterioribus librariis corrumpi potuit in Εὐροκλύδων, quàm Κῶρον in Χῶρον, Γαύδην ſeu Καύδην in Κλαύδην. namque inſula, Cretæ à meridie objecta, Melæ ac Plinio dicitur *Gaudos*. unde hodièque antiquum hoc illi vocabulum, licèt detortum, manet *Gozo*. Apud Ptolemæum eadem inſula legitur κλαῦδος, *Claudus*: haud probiore ſanè ſcriptione, quàm Samnitium in Italiâ urbs Καύδιον, *Caudium*, in quibusdam eius exemplaribus reperitur Κλαύδιον, *Claudium*, & in plerisque Κλούσιον, *Cluſium*: & apud Strabonem, lib. I & VII, Γαῦλος, *Gaulus* inſula, Melitæ vicina, variis in exemplaribus modò Καῦδος, modò κλαῦδος, modò Καῶος. Sed vulgata Bibliorum verſio habet *Cauda*. Ceterò urbis quoque *Laſææ* nomen falſum atque vitiatum meritò ſuſpiceris; quando id planè aliàs incognitum & in divi Hieronymi verſione legitur *Thalaſſa*. Sic *Melitæ* etiam nomen in Vulgatâ verſione corruptum eſt, *Mitylene*. Verùm de vocabulo Εὐροακύλων jam ſatis probatum puto. Hoc igitur vento ab Cretâ inſulâ infra dextram Gaudum abrepti, quum metuerent, ne ulteriùs eodem curſu in Syrtin impellerentur; *demiſſis velis, ita ferebantur*: nempe ex ortu in occaſum, versùs Melitam inſulam; gubernaculi adjumento eam Mundi regionem tenentes. tandemque, quum Melitæ, quà ortum ſpectat æſtivum, circa medium quartædecimæ noctis adpropinquaſſent, ancoras tam prope eam jecerunt, uti ex eo loco poſtridiè non modò inſulam, ſed etiam certum *ſinum* in eâ conſpicerent, *litus habentem*; id eſt, oram apertam, in quam eſcendere poterant. ancoris itaque ſublatis, permiſerunt navim prædicto ſimul vento Euroaquiloni ſimulque maris fluctibus; qui, in dictum ſinum devectam, *loco bimari*, id eſt, iſthmo ſeu cervici peninſulæ cuiusdam (& plures, ut ſuprà dictum, ex hoc inſulæ latere in mare procurrunt) *impegerunt*. Hinc locus in medio ferè hoc litore etiamnunc vocatur vulgò *La Cala di S. Paolo*; id eſt, *Portus* ſive *adpulſus S. Pauli*: apud quem ædicula ei ſacra eſt. At in Adriaticum ſinum eo vento nullâ prorſus ratione ſine velis deferri potuerunt. &, ſi qua mirâ ſorte incredibilique caſu eò in conſpectum usque Melitæ inſulæ delati fuiſſent; certè tam prope continentem hæc eſt, uti in quamcumque eius partem adpellas, in conſpectu habeas Illyrici litora; partibus inſulæ, quæ longiùs, VIIII, quæ propiùs, vix IIII millia paſſuum diſtantibus. unde minimè credibile eſt, maluiſſe eos in inſulam confugere, quam in continentem. Sed inquies, ignorabant, apud quam terram eſſent. Eſto; ignorabant, antequàm adpellerent. ecquid verò poſteà etiam cenſes maluiſſe centurionem cum militibus atque vinctis in inſulâ minùs cultâ per treis integros menſeis hiemare, quàm in celeberrimo Epidauri portu, qui in conſpectu huius inſulæ ad XX millia ſitus eſt? Idem verò de aliâ etiam navi illâ Alexandrinâ quæro, qua poſteà Puteolos usque pervecti ſunt. Sed hæc unde, aut quorſum in hoc ſinu; in hac inſulâ; Puteolos petitura? In Africi maris Melitam deferri ab Alexandriâ, vel iis partibus, eâdem

tempeſtate vel paullo antè poterat. Hinc porrò Siciliæ litus à ſiniſtris, Italiæ à dextris legendo, tandem Puteolos pervenerunt. Litora terrarum ut ſemper legerint, Phœniciæ, Cypri, Ciliciæ, Pamphyliæ, Lyciæ, Cariæ, Cretæ, & poſt hibernationem in Melitâ, Siciliæ, & Italiæ, quæque loca in iis adierint, diligenter adnotavit divus Lucas. igitur, quia inter Melitam & Syracuſas nulla nominat loca; longè probabilius eſt, à noſtrâ hac ad Siciliam Melitâ profectos fuiſſe, quàm ab Illyricâ. à qua ſi fretum Siculum petiiſſent, magnus Italiæ tractus multaque in eo opida circumlegenda fuiſſent; quæ haud dubiè, ut priora illa, memoraſſet divus Lucas: Brunduſium ſcilicet, Hydruntum, & trajecto ſinu Tarentino, Crotonem, Scylacium, Locros, Herculis promontorium, Leucopetram. neque enim opus habuiſſent Syracuſas adire: niſi rurſus adverſo aliquo vento eò usque abrepti fuiſſent. qua de re nihil divus Lucas. Satis igitur jam & abundè ex hactenus allatis documentis manifeſtum eſt, in noſtram Siciliæ vicinam Melitam naufragio ejectum fuiſſe divum Paulum. Huc jam adde, quòd in Dalmatici litoris Melitâ veſtigia vel memoria huius Apoſtoli exſtat nulla, præter ſuprà memoratum Conſtantini imperatoris teſtimonium: licèt hodiè eam gloriam prædicti cœnobii fratres religioſi ſibi arrogare velint. Contrà verò in hac noſtrâ Melitâ templum urbis Melitæ cathedrale, ſatis antiqui, ut adparet, operis, divo Paulo ſacratum eſt. tum ædicula ad ſuprà dictum portum. Et, ſi poſtulas, quod Conſtantini auctoritati opponam; en Arator Diaconus, qui ſub Iuſtiniano imperatore, annis circiter IↃL à nato Ieſu, vixiſſe traditur, ita canit in commentationibus ad Acta Apoſtolorum:

Lux revocata micat, velamine noctis aperto
Pandere viſa ſolum, quod præbuit hoſpita nautis
Sicanio lateri remis vicina Melite.

Quum igitur ex tot tantisque documentis ſatis jam conſtet, & divum Paulum in hanc Melitam naufragio fuiſſe expulſum, & Græcos eam tum inhabitaſſe inſulam; neceſſariò concludendum eſt, Barbarorum etiam quosdam eodem tempore vel ſaltem in agris unà incoluiſſe. Hi verò nulli alii fuerint, quàm Pœni; vel primo bello Punico relicti, vel poſtmodùm, pace inter Romanos & Carthaginienſeis firmatâ, regreſſi; vel etiam finito bello Punico III, Carthagine deletâ. nam in Siciliâ quoque eorum genus ad poſteriora etiam tempora manſiſſe apud Solûntem, Panormum, Lilybæum, & alia loca; unde *trilingveis* vocat Siculos Apuleius, id eſt, Siculè, Græcè, ac Punicè loquenteis; ſuprà lib. I, cap. II docui. & in Hiſpaniâ item pleraque Turditaniæ opida etiam Strabonis ævo ſub Romanorum imperio tenuiſſe Pœnos, ibidem oſtendi. Falli interim puto eos, qui incolas huius inſulæ hodiéque Punicâ lingvâ uti opinantur; quum dialectus ſit potiùs corrupta Arabicæ lingvæ, ab Arabibus, qui olim inſulam, ut antè dixi, ſimul cum Siciliâ occupaverunt, unà cum gentis parte relicta. Cæterùm, quod divus Lucas in ſuprà ſcriptâ hiſtoriâ nullius heic meminit opidi, id contrà tot alia validiſſima argumenta nihil valere poteſt. quidpe neglexiſſe eius mentionem ille potuit, quia nihil memorabile vel nihil novi illic geſtum; niſi quòd ægrotantibus ſanitatem reſtituerit divus Paulus: qui non ſolùm ex opido, ſed ex totâ inſulâ undique ad eum confluebant. Id verò notatu digniſſimum, & inter alia argumenta cummaximè numerandum, quòd prædictus *Publius* apud Lucam vocatur ὁ Πρῶτος τῆς νήσου, id eſt, *Primus* ſive *Princeps inſulæ*; quemadmodùm in inſcriptione antiquâ illę Λ. Κα. υἱὸς Κυρ. ἱππεὺς Ῥωμαίων, πρῶτος Μελιταίων· id eſt, *L. Ca. filius Cyr. eques Romanorum, princeps Melitenſium.* Sed de his jam ſatis.

A Melitâ ad V millia paſſuum versùs occaſum æſtivum alia inſula, magnitudine quidem illi inferior, ut quæ XXX tantùm millia ambitu ſuo complectatur, at fertilitate par eſt. Vocabulum ei hodiè vulgare eſt apud Siculos atque Italos *Gozo*; ſed apud indigenas *Gaudiſch*. quod & ipſum ab Arabibus, qui eam inſulam unà cum Melitâ occuparunt, manſit: in quorum libris eſt *Gaudoſch*. in qua voce ſonus literarum *ſch*, quæ Germanicæ noſtræ lingvæ propriæ ſunt, idem eſt, qui Anglis in *ſh*, Hungaris in ſimplici *ſ*, Boiohæmis in gemino *ſſ*, Polonis in *ſz*, Italis in *ſc*, ſequenti *e* vel *i*; ut in *ſcemo*, *ſcempio*, *ſciagura*, *ſciolto*; Gallis in *ch*, ut *chambre*,

GAVLOS *inſula.*

chambre, chemin; Hiſpanis in *x*. Sed antiquum eius apud Græcos atque Romanos nomen fuit Γαῦλος, GAULUS. quod poſteà corruptum fuit variè apud Strabonem in Γαῦδος, Κλαῦδος, Καῦος· ex quibus doctiſſimus aliàs commentator eius delegit, ut omnium optimum ac maximè genuinum, Γαῦδος, *Gaudus*. ſcilicet, quia hoc nomine inſula erat prope Cretam; de qua ſuprà dictum: quæ & ipſa vulgò nunc dicitur *Gozo*. ac fortè id nominis apud Arabes de hac noſtrâ *Gaulo* legerat: unde ei auctoritas atque fides. Sed genuinum eius nomen fuiſſe Γαῦλος, *Gaulos*, præter tot antiquos auctores, quos mox citabimus, teſtatur vetus quoque inſcriptio, quæ ad opidulum huius inſulæ portæ adpoſita eſt huiusmodi:

GALLIO . C . F . QVIR . EQVO . PVBLICO
EXORNATO . A . DIVO . ANTONINO . AVG . PIO
PLEBS . GAVLITANA . EX . AERE . CONLATO
OB . MERITA . ET . IN . SOLATIVM . GALLII
POSTVMI . PATONI . MVNICIP . AL .
PATRIS . EIVS . POSVIT

Sed veteres videamus auctores. Mela lib. II, cap. VII: *Circa Siciliam, in Siculo freto eſt Aeæ; quam Calypſo habitaſſe dicitur: Africam verſus Gaulos, Melita, Coſyra.* Plinius lib. III, cap. VIII: *In Siculo freto inſulæ ſunt, in Africam verſæ, Gaulos, Melita, Coſyra.* Et lib. V, cap. VII: *Gaulos & Galata; cuius terra ſcorpionem, dirum animal Africæ, necat.* Solinus, cap. XXXII: *Ex parte, qua Cercina eſt, accepimus Gaulon inſulam; in qua ſerpens neque naſcitur, neque vivit invecta. propterea jactus ex eâ quocumque gentium pulvis, arcet angueis. ſcorpiones ſuperjactu ſuo illicò perimit.* Martianus Capella, lib. VI: *In Siculo etiam freto inſulas eſſe non dubium eſt; Africam verſùs, Gaulos, Melita, Coſſura.* Procopius Vandilicar. rer. lib. I; de Beliſarii navigatione è Siciliæ portu Caucanis in Africam ſcribens: Ἀράμενοι δὲ κατὰ τάχος τὰ ἱστία, Γαύλῳ τε καὶ Μελίτῃ ταῖς νήσοις προσέσχον. Id eſt: *Velis celeriter ſublatis, Gaulo & Melitæ inſulis adpulerunt.* Silius, lib. XIIII, neutro genere eam adpellavit *Gaulum*. quod poſteà corruptum eſt in vulgatis eius exemplaribus in *Caulum*; in his verſibus:

——— Coſyraque parva,
Nec maior Megarâ Mutye concordibus auſis
Iuvère, & ſtrato Gaulum ſpectabile ponto.

Sed hoc poëticâ licentiâ metri causâ factum. niſi legere malis, *ſtratum Gaulos ſpectabile ponti*. Cæterùm Stephani epitomator: Γαῦλος, νῆσος πρὸς τῇ Καρχηδόνι· Ἑκαταῖος, ἐν Περιηγήσει. ὁ νησιώτης Γαυλίτης. Id eſt: *Gaulus, inſula apud Carthaginem, auctore Hecatæo, in Orbis deſcriptione. Inſulanus inde dicitur Gaulites.* Latinis GAULITANUS; teſte dictâ inſcriptione. ſic ſcilicet & *Tauromenitani* dicebantur, & *Tyndaritani*, & *Panormitani*, & *Drepanitani* & *Lilybætani*: qui Græcis erant Ταυρομενῖται, Τυνδαρῖται, Πανορμῖται, Δρεπανῖται, Λιλυβαῖται. Illud ſanè de ſitu ſatis ſimpliciter; ut alia innumera apud eumdem epitomatorem; quum longiſſimè inſula à Carthagine ſit diſſita. Verùm Carthaginienſium eſſe coloniam, alicubi legerat grammaticus, hiſtoriarum geographiæque ignarus. Scylax, ἐν Περίπλῳ· Ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, μικρὸν ἀπὸ Ἑρμαίας, εἰσὶ νῆσοι τρεῖς μικραὶ, κατὰ τοῦτο ὑπὸ Καρχηδονίων οἰκούμεναι. Μελίτη πόλις καὶ λιμήν· Γαῦλος πόλις· Λαμπάς. Id eſt: *A Mercurii promontorio verſùs orientem Solem, haud procul à promontorio, inſulæ ſunt tres parvæ, ob id ipſum à Carthaginienſibus habitatæ: Melita, opidum cum portu; Gaulus opidum; Lampas.* Diodorus lib. V: Τῆς δὲ Σικελίας ἐκ τοῦ κατὰ μεσημβρίαν μέρους νῆσοι τρεῖς πρόκεινται πελάγιαι, καὶ τούτων ἑκάστη πόλιν ἔχει καὶ λιμένας δυναμένους τοῖς χειμαζομένοις σκάφεσι παρέχεσθαι τὴν ἀσφάλειαν· καὶ πρώτη μέν ἐστι Μελίτη. * . * . μετὰ δὲ τὴν Μελίτην νῆσός ἐστιν ἑτέρα, τὴν προσηγορίαν ἔχουσα Γαῦλος, πελάγια δὲ καὶ λιμέσιν εὐκαίροις κεκοσμημένη, Φοινίκων ἄποικος. Id eſt: *Siciliæ verſùs meridiem tres inſulæ medio in pelago objacent, quarum unaquæque urbem habet & portus, qui tutos navibus tempeſtate jactatis receptus præbent. earum prima eſt Melita.* Et hac deſcriptâ: *Poſt Melitam inſula altera eſt, quæ Gaulus vocatur; in alto pelago & ipſa, portuumque commoditate præſtans; Phœnicum colonia.* Quando à Phœnicibus primùm unà cum Melitâ ſit occupata, & quomodò poſteà *Carthaginienſium* dicta *colonia* Scylaci; ſuprà in Melitæ antiquitatibus dictum. Sed hanc quoque eodem

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

cum Melitâ tempore Græcos accepiſſe cenſeo colonos. idque ex Silii colligo verbis, quæ ſunt dicto lib. XIIII: ubi Siciliæ adjacentiumque inſularum populos & urbeis enumerat, quarum aliæ Romanorum aliæ Carthaginienſium ſecundo bello Punico ſequebantur parteis.

Romanos Petræa duces, Romana petivi
Fœdera Callipolis, lapidoſiq. Engyon artus,
Hadranum Hergentumq. ſimul, telâq. ſuperba
Lanigerâ Melite, ac litus piſcoſa Melacte,
Quæque procelloſo Cephalœdias ora profundo
Cæruleis horret campis paſcentia cete.
Cætera Eliſæis aderat gens Sicana votis
*. * . * . —— Coſyraque parva*
Nec maior Megarâ Mutye concordibus auſis
Iuvère, & ſtrato Gaulum ſpectabile ponto.

Phœnices ſive *Pœni* ſi tunc fuerunt *Gaulitani*, Carthaginienſium coloni; liberum atque integrum ipſis non erat in alterutrius populi parteis concedere. ſatiſque hoc ipſo argumento adparet, fuiſſe eos alieni generis. Neque verò probabile eſt, Græcos, qui ex pleriſque Siciliæ locis & item è Melitâ ejecerant Phœnicas, in inſulâ tam vicinâ vel noluiſſe vel minùs potuiſſe eamdem gentem movere.

Cæterùm antiquo auctori Callimacho Gaulus inſula credita eſt τῆς Καλυψοῦς νῆσος, CALYPSVS *inſula*, ab Homero celebrata. Strabo lib. I: Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ, συνηγορῶν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένη, διότι, καίπερ γραμματικὸς ὤν, παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ὑπόθεσιν, καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων, περὶ οὓς τὴν πλάνην φράζει, Γαῦλον καὶ Κέρκυραν ὀνομάζει. Id eſt: *Apollodorus, Eratoſthenem defendens, Callimachum reprehendit, quòd is, licèt grammaticus eſſet, tamen & contra Homeri inſtitutum, & locorum in Oceano ab hoc expoſitorum, ad quæ Vlyſſes pervenerit, Gaulum & Corcyram nominaverit.* Et lib. VII: Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναί φησιν ὁ Ἀπολλόδωρος, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς· ὃς τὴν Γαῦλον Καλυψοῦς νῆσόν φησι, τὴν δὲ Κέρκυραν Σχερίαν. Id eſt: *Atque cæteris quidem ignoſci poſſe ait Apollodorus; Callimacho verò minimè: qui, grammaticum ſeſe profeſſus, Gaulon tamem Calypsûs inſulam facit, & Corcyram Scheriam.* Hinc puto illud Melæ, ſummo errore plenum, lib. II cap. VII: *Circa Siciliam in Siculo freto eſt Aeæ; quam Calypſo habitaſſe dicitur: Africam versùs Gaulos, Melita, Coſura.* Atqui Aeæa Homeri erat eadem, quæ Circæus mons dicebatur in Italiâ. Verùm unde ei hic natus ſit error, ſequenti hinc capite patebit. Calypsûs inſula proprio vocabulo Homero dicitur Ὠγυγία, OGYGIA: deſcribiturque Odyſſ. lib. V his verbis:

OGYGIA *ſive* CALYPSVS *inſula.*

Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἀφίκετο τηλόθ' ἐοῦσαν,
Ἔνθ' ἐκ πόντου βὰς ἰοειδέος, ἤπειρόνδε
Ἤϊεν, ὄφρα μέγα σπέος ἵκετο, τῷ ἔνι Νύμφη
Ναῖεν ἐϋπλόκαμος· τὴν δ' ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν.
Πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόθι δ' ὀδμὴ
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
Δαιομένων. ἡ δ' ἔνδον ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῇ,
Ἱστὸν ἐποιχομένη, χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν.
Ὕλη δὲ σπέος ἀμφιπεφύκει τηλεθόωσα,
Κλήθρη τ' αἴγειρός τε καὶ εὐώδης κυπάρισσος,
Ἔνθα δέ τ' ὄρνιθες τανυσίπτεροι εὐνάζοντο,
Σκῶπές τ' ἴρηκές τε τανύγλωσσοί τε κορῶναι
Εἰνάλιαι, τῇσίν τε θαλάσσια ἔργα μέμηλεν.
Ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπείους γλαφυροῖο
Ἡμερὶς ἡβώωσα, τεθήλει δὲ σταφυλῇσι.
Κρῆναι δ' ἑξείης πίσυρες ῥέον ὕδατι λευκῷ,
Πλησίαι ἀλλήλων τετραμμέναι ἄλλυδις ἄλλη·
Ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ ἴου ἠδὲ σελίνου
Θήλεον. Hoc eſt:

Sed quum jam in inſulam perveniſſet longè jacentem;
Tum è mari conſcendens cæruleo, ad continentem

Ibat; donec ad ingentem ſpecum pervênit, in quo Nympha
Habitabat pulcricoma. hanc verò intus invênit.
Ignis ibi ad focum ingens ardebat: procul verò odor
Cedri fiſſilis thuriſque per inſulam redolebat
Ardentium. Ipſa autem intus cantillans voce pulcrâ,
Telam percurrens, aureo radio texebat.
Cæterùm ſilva ſpecum circumcreſcebat vireſcens;
Alnus populuſque & benè odorata cupreſſus.
Ibi quoque aves, extenſas alas habentes, nidulabantur;
Bubones, accipitres, lataſque linguas habentes coturnices
Marinæ; quibus marina opera curæ ſunt.
Prætereà illic extenſa erat circùm ſpeluncam cavam
Vitis pubeſcens; quæ uvis florebat.
Tum quatuor ſerie fontes fluebant aquâ lympidâ,
Vicini inter ſe, verſi alius aliò.
Circùm verò mollia prata violarum atque apii
Virebant.

Ad hæc ita ſcholiaſtes poëtæ Euſtathius: Ἰστέον, ὅτι οὐχ οἷον ἀληθῶς ἐστι τὸ τῆς Καλυψοῦς σπήλαιον, ἱστορεῖ ὁ ποιητής· ἀλλ' οἷον ἂν ὡς εἰκὸς εἴη τὸ καλῶς ἔχον εἰς ἐνδιαίτημα ἐνδόξου προσώπου. Id eſt: *Sciendum, non, quale re verâ eſt Calypsûs antrum, deſcripſiſſe poëtam: ſed quale debebat eſſe optimè comparatum ad luxurioſum victum illuſtris perſonæ.* Atqui iſta omnia, non equidem in Gaulo, ſed in Melitâ inſulâ hodiéque reperiuntur. Ioannes Quintinus in huius inſulæ deſcriptione: *Fontibus rigua eſt, hortis conſita, palmas, ſed ſterileis, nec ſponte genitas, ferentibus, oleaſque ac viteis, & cum reliquorum pomorum genere ficus: breviter; eosdem omneis, quos & Italia fructus producunt. roſas quoque gignunt odoris ſvaviſſimi: ut ſunt hortenſium, quibus abundant, omnia odoratiſſima ac ſaporis gratiſſimi apud eos, quia ſicca. roſa tamen præ cæteris, quæ propriè ruderatum agrum amat; qualis eſt Melitenſis. quare fiunt optima & hoc tractu mella, ut quæ ſint thymi, violarum, florumque apibus & alveariis convenientium, condita. ſic, ut nomen traxiſſe videri poſſit inſula, ipſo nomine mellis gloriam ſtatim præferens.* Et poſteà: *Campi latè pleni lapidibus. ſub quibus tamen gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli ſuppeditatur ubertas. Atque hæ rupes magnâ ex parte ſerpillo, cythiſo, thymo, ſcatent. Troglodytæ in eâ multi. ſpecus excavant. hæ illis domus.* Et inter has ſpecus illa ſub urbis mœnibus, quam divi Pauli cognominant. De eâdem inſulâ Fazellus, decad. I, lib. I. cap. I: *Quà Aquilonem ſpectat, omnino aquarum eſt indiga. quà verò occidentem; aquis irrigua, & domeſticarum arborum ferax. Sed tota ipſa inſula frumenti, lini, leuconii, & cumini fecunditate celebris eſt.* Sed ne ἐριόξυλον, ſive *goſſipium*, de quo ſuprà nobis dictum, immemoratum Homerus tranſivit. id quidpe his verbis innuere voluit:

——— Ἡ δ' ἔνδον ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῇ
Ἱστὸν ἐποιχομένη, χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν.

Id eſt:

——— *Ipſa verò intus cantillans voce pulcrâ*
Telam percurrens, aureo radio texebat.

Et haud ita parvam fuiſſe inſulam, uti ii ſcopuli, admodùm exigui, qui Lacinio promontorio in Italiâ adjacent, vel etiam Nymphæa inſula ante Epiri promontorium Nymphæum, de quibus ſequenti agam capite, pro eâ accipi poſſint, oſtendit Iulianus in epiſtolâ. Ὀδυσσέα δὲ, inquit, τὸν σοφὸν, νῆσον οἰκοῦντα μικρὰν ὁμοῦ καὶ τραχεῖαν, καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ τὴν Ἰθάκην, οὔτε Καλυψὼ πέπεικεν, οὔτε φύσεως ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴ, τὸ μὴ τὴν Ἰθάκην ἀντὶ τούτων αἱρεῖσθαι. Id eſt: *Vlyſſem, ſapientiâ ſummâ præditum, exiguamque & aſperam inſulam habitantem (quid enim aliud præter Ithacam?) neque Calypſo allicere aut perſvadere potuit, neque naturæ in melius commutatio, quo minùs his Ithacam anteponendam cenſeret.* Huc adde, quòd, quum πελάγια, id eſt, *in medio ſita pelago* eſſet Melita, Vlyſſes apud Phæacas ita loquitur, Odyſs. lib. VII:

Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται,
Ἔνθα μὲν Ἄτλαντος θυγάτηρ δολόεσσα Καλυψὼ
Ναίει.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Id eſt:

Ogygia quædam inſula longè in mari jacet;
Vbi Atlantis filia, doloſa Calypſo,
Habitat.

Sed diſertiùs Odyſs. lib. I:

Νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, ὅθι τ᾽ ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης
Νῆσος δενδρήεσσα· θεὰ δ᾽ ἐν δώμασι ναίει
Ἄτλαντος θυγάτηρ.

Hoc eſt:

In inſulâ circumfluâ: ubi umbilicus eſt maris
Inſula ſilvoſa. dea verò heic domicilium habet,
Atlantis filia.

Et ne mireris, unde ſimul hæc de *Melitâ*, ſimul illa de *Aegusâ*, ſive *Caprariâ* inſulâ, tam accuratè comperta habuerit Homerus; en Strabo lib. III ita ſcribit: Ὁ τοίνυν ποιητὴς τὰς τοσαύτας στρατιὰς [τῶν Φοινίκων] ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας ἱστορηκὼς, πυνθανόμενος δὲ καὶ πλοῦτον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς (οἱ γὰρ Φοίνικες ἐδήλουν τοῦτο) ἐνταῦθα τὸν τῶν εὐσεβῶν ἔπλασε χῶρον καὶ τὸ Ἠλύσιον πεδίον. Id eſt: *Itaque Homerus, quum ſciret huiusmodi Phœnicum expeditiones ultima Hiſpaniæ attigiſſe, & eorum locorum opulentiam atque alia bona, Phœnicibus indicantibus, cognoviſſet; piorum ibi ſedeis & campum Elyſium finxit.* Scilicet Phœnices vel Pœni Homeri tempeſtate tenebant maritimam Siciliæ oram unà cum Aegadibus inſulis adjacentibus, & Melitâ Gauloque; ut ſuprà libro primo, capite II patuit. Cæterùm apud Heſiodum, in fine de Generatione deorum hæc leguntur verba:

Ναυσίθοον δ᾽ Ὀδυσῆϊ Καλυψὼ δῖα θεάων
Γείνατο. Id eſt:
Nauſithoum Vlyſſi Calypſo excellentiſſima dearum
Peperit.

En, ut ex fabulis ſæpè nectuntur fabulæ, ac mirificè inter ſe confunduntur. Nauſithoum Phæacum fuiſſe in Melitâ regem, atque inde eos in Scheriam ſive Corcyram eos deduxiſſe, ſuprà oſtendi. ad cuius poſteà filium Alcinoum Vlyſſem perveniſſe, tradit Homerus. At heic Heſiodus quum ſciret, & Nauſithoum fuiſſe quondam in inſulâ Melitâ, & Calypsô; Vlyſſemque ad hanc in longo illo ſuo errore perveniſſe; Nauſithoum horum fecit filium. Vnum argumentum adhuc addam; quod eſt apud Aethicum & Oroſium. quorum hic lib. I, cap. II, *Syrtes*, inquit, *maiores & Troglodytæ; contra quos inſula Calypsûs eſt*. quæ Aethicus ita refert: *Syrtes maiores & Troglodytæ; qui habent econtrà inſulam Calypsûs*. Sed & apud Svidam, in voce Χάρυβδις, hæc leguntur de Vlyſſe: Ἐκεῖσε ὁ Ὀδυσσεὺς πάντας σὺν ἑταίρους μετὰ τῶν πλοίων ἀποβαλὼν, αὐτὸς μόνος, περικαθίσας σανίδι, ἐν τοῖς ῥεύμασι τῆς θαλάσσης ἐφέρετο. τοῦτον ἑωρακότες Φοίνικές τινες ἐν τοῖς ὕδασι πλέοντα, ἀναλαβόντες ἤγαγον εἰς Κρήτην πρὸς Ἰδομενέα γυμνόν· ὃ αὐτὸν ἐξενοδόχησε τῇ ὥρᾳ τοῦ χειμῶνος, καὶ ἀπέπεμψεν εἰς Φαιακίαν, τὴν νῦν λεγομένην Κέρκυραν· οἱ δὲ πέμπουσιν αὐτὸν σὺν δυσὶν ναυσὶ καὶ ἑταίροις [εἰς Ἰθάκην.] Id eſt: *Illic Vlyſſes omnibus ſociis cum navibus amiſſis, ipſe ſolus inſidens tabulæ, in fluctibus pelagi ferebatur. quem conſpicati Phœnicum quidam in undis natantem, exceptum in Cretam ad Idomeneum deduxerunt nudum: qui ipſum tempore hiemis hoſpitio excepit; miſitque in Phæaciam; quæ nunc dicitur Corcyra. Phæaces autem miſerunt eum cum duabus navibus ac ſociis [in Ithacam.]* Illud de Cretâ & eius rege Idomeneo neſcio unde hauſerit: quandoquidem ad Phæaciam nudum ejectum fuiſſe quum à Calypsûs inſulâ eò adveniret, ipſe tradit Homerus & omnes eius interpretes. nec veri eſt ſimile, Phænicas nudum tradituros fuiſſe Idomeneo. Quòd Phœnices autem eum tabulæ inſidentem exceperint, id ex haud falsâ profluxit hiſtoriâ. quidpe Melitam, ut ſuperiori capite dictum, paullo ante Troianam expeditionem occupavit ea gens; tenuitque CCCCL circiter annos etiam poſt Troiam captam.

Porrò inter Melitam & Gaulon parvula quædam inſula jacet, vulgari vocabulo *Comino* dicta. Antiquum huius nomen videtur fuiſſe Ἡφαιστία, HEPHAESTIA; id eſt, ſi Latinè reddas, VVLCANIA. Itinerarium inſulare: *Inſule Mal-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

tache Feſtia & Falacron. Sic equidem regium in Hiſpaniâ habere Laurentinæ bibliothecæ exemplar, teſtatur Hieronymus Surita. ex quibus priora jam anteà correxi in hunc modum: *Inſulæ, Malta, Hephæſtia*. reliquum vocabulum *Falacron* debere eſſe *Gaulon*, ipſe ſitus indicat.

Cap. XVII.

De erroribus Vlyſſis.

ITaliâ atque Siciliâ, minoribusque harum litori objacentibus inſulis hactenus deſcriptis, commodum jam fuerit de erroribus Vlyſſis, quos antiquiſſimus poëtarum Homerus ingenti Odyſſéæ ſuæ opere celebravit, nonnihil dicere: quandoquidem priſci etiam mortales controverſos fecerunt. Atque equidem exſtitiſſe aliquando decennale ad Troiam bellum, Vlyſſemque ei interfuiſſe, & poſt excidium urbis per decennium circa Siciliam atque Italiam erraſſe, inter omnes convênit ſcriptores; donec tandem Eratoſthenes, belli Punici ſecundi æqualis auctor, an Vlyſſes poſt id bellum & ubi erraverit, in dubium vocare cœpit; τοὺς τ' ἐξηγητὰς φλυάρους ἀποφαίνων καὶ αὐτὸν τὸν ποιητήν, id eſt, *nugatores adpellans cùm interpretes tùm ipſum poëtam*; ut inquit Strabo lib. I. qui ſatis longâ, doctâ, & exquiſitâ poëtam diſputatione contra Eratoſthenem eiusque ſectatorem Apollodorum defendit; omnisque geographiæ peritiſſimum ac principem fuiſſe probat. Ἐρατοσθένης δέ φησιν, inquit Strabo, τότ' ἂν εὑρεῖν τινα ποῦ Ὀδυσσεὺς πεπλάνηται, ὅταν εὕρῃ τὸν σκυτέα τὸν συρράψαντα τὸν τῶν ἀνέμων ἀσκόν. Id eſt: *Tum denique inventurum aliquem, ait Eratoſthenes, ad quæ loca vagando delatus fuerit Vlyſſes, quum invenerit ſutorem, qui utrem ventorum conſuit*. Hinc etiam ita Philoſtratus in Heroicis, in Proteſilao, de Vlyſſe loquens: Ἐς Ἴλιον μὲν οὖν παρηβηκὼς ἦλθεν, ἐς δὲ Ἰθάκην γεγηρακώς. μακροτέρᾳ γὰρ ἐχρήσατο τῇ πλάνῃ, διὰ τὸν πόλεμον, ὃς πρὸς Κίκονας αὐτῷ διεπολεμήθη, κατατρέχοντι τὰ ἐπὶ θαλάττῃ τοῦ Ἰσμάρου. τὰ γὰρ Πολυφήμου καὶ Ἀντιφάτου καὶ Σκύλλης, καὶ τὰ ἐν ᾅδου, καὶ ὁπόσα αἱ Σειρῆνες ἐν τῇ νήσῳ ᾖδον, οὐδὲ ἀκούειν ξυγχωρεῖ ὁ Πρωτισίλεως, ἀλλ' ἐπαλείφειν ἡμᾶς κηρὸν τοῖς ὠσὶ, καὶ παραιτεῖσθαι αὐτὰ, οὐχ ὡς οὐ πλέα ἡδονῆς, καὶ ψυχαγωγῆσαι ἱκανὰ, ἀλλ' ὡς ἀπίθανά τε καὶ παρευρημένα· καὶ τὴν νῆσον δὲ τὴν Ὠγυγίαν, καὶ τὴν Αἰαίαν, καὶ ὡς ἤρων αὐτοῦ αἱ θεαὶ, παραπλεῖν κελεύει, καὶ μὴ προσορμίζεσθαι τοῖς μύθοις. Id eſt: *Ilium jam puberem transgreſſus ætatem venit: in Ithacam verò ſenio jam confectus rediit. longinquiore quidpe ob id bellum uſus eſt errore, quod ſibi in Iſmaro Thraciæ urbe maritimâ prætercurrenti adversùs Ciconas geſtum eſt. nam quæ ad Polyphemum & Antiphaten, Scyllamque & inferos pertinent, & quæcumque Sirenes in inſulâ canebant, ne audire quidem concedit Proteſilaus: ſed cerâ oblitis auribus, ea renuere: non quòd minùs voluptatis referta ſint; & ad oblectandum animum ſatisfaciant: verùm minimè veri ſimilia atque ficta. Ogygiam præterea inſulam, Aeæamque, & quòd eius amore captæ fuerint deæ, prænavigare jubet, nec fabulis adpelli*. Argumenta Eratoſthenis, quibus contra Homerum uſus eſt, confutat compluria ibidem Strabo. ſed eorum præcipua duo fuiſſe videntur. primum hisce includit verbis Strabo: Τὸ δὲ πάντα πλάττειν, οὐ πιθανὸν, οὐδ' Ὁμηρικὸν εἶναι φησὶ Πολύβιος· τὴν γὰρ ἐκείνου ποίησιν φιλοσόφημα πάντας νομίζειν, οὐχ ὡς Ἐρατοσθένης φησὶ, κελεύων μὴ κρίνειν πρὸς διάνοιαν τὰ ποιήματα, μηδ' ἱστορίαν ἀπ' αὐτῶν ζητεῖν· πιθανώτερόν τε τὸ

Ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν,

ἐν βραχεῖ διαστήματι δέχεσθαι, (οἱ γὰρ ὀλοοὶ οὐκ εὐθύδρομοι) ἢ ἐξωκεανίζειν, ὡς ἂν οὐρίων πνεόντων συνεχῶς. συνθεὶς δὲ τὸ διάστημα τὸ ἐκ Μαλεῶν ἐπὶ Στήλας σταδίων δισμυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων, εἰ, φησι, τοῦτο θείημεν ἐν ταῖς ἐννέα ἡμέραις διηνύσθαι ἰσοταχῶς, ἑκάστης ἂν ἡμέρας ὁ πλοῦς συμβαίνοι σταδίων δισχιλίων πεντακοσίων. τίς οὖν ἱστόρηκεν, ἐκ Λυδίας ἢ Ῥόδου δευτεραῖόν τινα ἀφιγμένον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων τετρακισχιλίων. Id eſt: *Omnia confingere, neque conſentaneum eſſe ait Polybius, neque Homericum. nam huius poëma omneis ſcriptum eſſe philoſophicum cenſere; ſecus quàm Eratoſtheni viſum; qui negat debere de ſententiâ poëtæ judicium fieri: neque in poëmatibus quæri vult hiſtoriam. probabiliusque eſſe*, ait Polybius, *hæc verba*,

Hinc

Hinc per novem dies jactabar diris ventis,

de non longo itinere accipi, (venti enim diri ſeu pernicioſi non faciunt ad rectum curſum tenendùm) quàm, extra Oceanum hoc temporis ſpacio navigatum fuiſſe, comminiſci; perinde ac ſi ſecundis uſus ille eſſet ventis. Supputato autem, quod eſt à Maléis ad Columnas, ſpatio XXII *millium ac* IↃ *ſtadiorum; ſi, inquit, hoc eum novem hiſce diebus, æquali in ſingulos portione, ponamus confeciſſe; quotidiè eum navigaſſe bis mille ac quingenta ſtadia, conſequetur. atqui, inquit, quis umquàm fando accepit, è Lyciâ aut Rhodo aliquem biduo Alexandriam perveniſſe? quod quater millium ſtadiorum eſt intervallum.* Alterum Eratoſthenis argumentum eſt in his: Μὴ γάρ πω τὸ ἔκρηγμα τῆς θαλάττης τὸ κατὰ τὰς Στήλας γεγονέναι νομίζει ὁ Ἐρατοσθένης. * . Τίνα οὖν ἔχομεν ἱστορίαν περὶ τοῦ ἐκρήγματος τούτου, διότι πρὸ τῶν Τρωικῶν οὔπω ὑπῆρχεν; Id eſt: *Cenſet enim Eratoſthenes, nondum fuiſſe terram apud Columnas perruptam.* * . *At qua hiſtoriâ confirmabitur, rupturam eam ante bella Troiana non eſſe factam?* Falſam iſtam eſſe Eratoſthenis ſententiam, ſuprà lib. I, cap. I ſatis clarè patuit. de priore illo eius argumento poſteriùs videbimus. Vetuſtiſſimos mortaleis in plerisque Homeri narrationi adſenſiſſe, docet Strabo eodem libro his verbis: Χωρὶς γὰρ τῶν λεχθέντων περὶ τῆς πρεπούσης Ὁμήρῳ μυθοποιΐας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν συγγραφέων, τῶν ταὐτὰ θρυλλούντων, καὶ τὸ τῆς κατὰ τοὺς τόπους ἐπιχωριαζούσης φήμης διδάσκειν δύναται, ὅτι ταῦτα οὐ ποιητῶν πλάσματά ἐστιν οὐδὲ συγγραφέων, ἀλλὰ γεγενημένων ἴχνη καὶ προσώπων καὶ πράξεων. καὶ Πολύβιος δ᾽ ὀρθῶς ὑπονοεῖ τὰ περὶ τῆς πλάνης. Id eſt: *Quidpe, præter ea, quæ de dignis Homero fabularum commentis diximus, cùm ſcriptorum multitudo, eadem perhibentium, tùm fama, quæ iis in locis obtinuit, docere poteſt, hæc non eſſe poëtarum aut rerum ſcriptorum figmenta; ſed hominum qui tum fuerunt rerumque geſtarum veſtigia.* Veris tamen hiſtoriis haud parum fabularum Homerus poëtarum more adfinxit. Idem Strabo: Καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ καὶ φυσικοὶ μυθογράφοι. Ἅτε δὴ πρὸς τὸ παιδευτικὸν εἶδος ἀναφέρων τοὺς μύθους ὁ ποιητής, ἐφρόντισε πολὺ μέρος τἀληθοῦς. ἐν δ᾽ ἐτίθει καὶ ψεῦδος· τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τῷ δὲ δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη.

Ὡς δ᾽ ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνήρ,

οὕτως ἐκεῖνος ταῖς ἀληθέσι περιπετείαις προσεπετίθει μῦθον, ἡδύνων καὶ κοσμῶν τὴν φράσιν· πρὸς δὲ τὸ αὐτὸ τὸ τέλος τοῦ ἱστορικοῦ καὶ τοῦ τὰ ὄντα λέγοντος βλέπων. οὕτω δὴ τόν τε Ἰλιακὸν πόλεμον γεγονότα παραλαβὼν, ἐκόσμησε ταῖς μυθοποιΐαις, καὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην ὡσαύτως. Ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάπτειν καινὴν τερατολογίαν, οὐχ Ὁμηρικόν. προσπίπτει γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὡς πιθανώτερον, ἂν οὕτω τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τι καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν· ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι, περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης ἐπιχειρῶν. τοιοῦτο δ᾽ ἐστὶ καὶ τὸ

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

οὐ γὰρ πάντα, ἀλλὰ πολλά, ἐπεὶ· οὐδ᾽ ἂν ἦν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Ἔλαβεν οὖν παρὰ τῆς ἱστορίας τὰς ἀρχάς. καὶ γὰρ τὸν Αἴολον δυναστεῦσαί φησι τῶν περὶ τὴν Λιπάραν νήσων· καὶ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην καὶ Λεοντίνων Κύκλωπας, καὶ Λαιστρυγόνας ἀξένους τινάς· διὸ καὶ τὰ περὶ τὸν πορθμὸν ἀπροσπέλαστα εἶναι τοῖς τότε· καὶ τὴν Χάρυβδιν καὶ τὸ Σκύλλαιον ὑπὸ λῃστῶν κατέχεσθαι. οὕτω δὲ καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ὑπὸ Ὁμήρου λεγομένων ἐν ἄλλοις τόποις ἱστοροῦμεν· οὕτω δὲ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς, οἰκοῦντας τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον πρὸς Βορρᾶν, καὶ ζοφώδη, μετήγαγεν οἰκείως εἰς σκοτεινόν τινα τόπον, τὸν καθ᾽ ᾅδην, χρήσιμον ὄντα πρὸς τὴν μυθοποιΐαν, τὴν ἐν τῇ πλάνῃ. ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς Κόλχους εἰδὼς, καὶ τὸν Ἰάσονος πλοῦν, τὸν εἰς Αἶαν, καὶ τὰ περὶ Κίρκης καὶ Μηδείας μυθολογούμενα καὶ ἱστορούμενα περὶ τῆς φαρμακείας, καὶ τῆς ἄλλης ὁμοιοτροπίας, συγγενείας τε ἔπλασε τῶν οὕτω διῳκισμένων, τῆς μὲν ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Πόντου, τῆς δ᾽ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ ἐξωκεανισμὸν ἀμφοῖν. Id eſt: *Et quidem primi etiam hiſtorici ac naturæ rerum deſcriptores fabulas ſcripſerunt. Enimverò poëta, fabulas ad morum formationem referens, veritatis magnâ ex parte rationem habuit: interdum tamen etiam mendacio adhibito: veritatem quidem amplectens; mendacio autem demulcens atque gubernans, ducis inſtar, multitudinem. &,*

Vt faber aliquis argento circumfundit auro;

ſic ille veris eventis fabulas admiſcuit; dictionem hac ratione condiens & ornans: interim, qui vera narranti eſt propoſitus, eum ipſe quoque ad finem reſpiciens. Hoc modo Iliacum ille bellum, rem nimirum geſtam, ſumſit; ac fabularum commentis exornavit: itemque Vlyſſis errores. Nova verò fabularum portenta proferre, quæ à nullo vero dependeant, non eſt Homeri. Nimirum veri videntur ſimiliora auditori, quæ quis ita mentitur, ut vera falſis admiſceat. id quod, de Vlyſſis erroribus diſſerens, Polybius etiam adfirmat. Tale eſt etiam hoc;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Dixit; mendacia multa loquens veris ſimilia.

Neque enim omnia falſa dixit: ſed tantùm multa. alioquin ea veris ſimilia non eſſent. Accepit igitur principia ſuæ poëſeos ex hiſtoriâ, quum adfirmat, Aeolum inſulis Liparæis imperaſſe: & circa Aetnam & Leontinorum agrum Cyclopas incoluiſſe Læſtrygonasque quosdam inhoſpitaleis. item loca circa fretum tum temporis inacceſſa fuiſſe: Charybdin verò & Scylleum à latronibus inſeſſa. eodemque modo alibi alios habitaſſe, quorum Homerus meminit. Atque ita, quum noſſet Cimmerios versùs ſeptemtriones habitare ad Boſphorum Cimmerium, loco caliginoſo; transtulit eos in tenebricoſum locum apud inferos; qui opportunus erat ad commentum in Vlyſſis aberratione. Adſimiliter, quum Colchos noſſet, & Iaſonis ad Aeam navigationem, & quæ de Circe ac Medeâ feruntur fabulæ; quæque de earum veneficiis ac morum ſimilitudine traduntur: cognatas eas inter ſe finxit; licèt longiſſimè diſſitas; alteram in intimo Ponti receſſu, in Italiâ alteram: & utramque in Oceano exteriore collocavit. Hinc illud Juvenalis, in Satyrâ XV:

Carnibus humanis veſci licet. Attonito quum
Tale ſuper cœnam facinus narraret Vlyſſes
Alcinoo, bilem aut riſum fortaſſe quibusdam
Moverat, ut mendax aretalogus. In mare nemo
Hunc abicit, ſævâ dignum veràque Charybdi;
Fingentem immaneis Læſtrygonas & Cyclopas?
Nam citiùs Scyllam, vel concurrentia ſaxa
Cyanes, plenos & tempeſtatibus utreis,
Crediderim; aut tenui percuſſum verbere Circes,
Et cum remigibus gruniſſe Elpenora porcis.
Tam vacui capitis populum Phœaca putavit?
Sic aliquis meritò, nondum ebrius, & minimum qui
De Corcyrææ temetum duxerat urnâ.
Solus enim hoc Ithacus nullo ſub teſte canebat.

Sed ex his, quæ geographica ſunt, pòſt ſuo quodque loco examinabimus. Vetuſtiſſimos quosque ſcriptores in interno mari circa Siciliam Italiamque intellexiſſe Vlyſſis errores, patet ex Heſiodi, Euripidis, Thucydidis, Theocriti, Apollonii, Lycophronis, Dionyſii Halicarnaſſenſis, Diodori, Hygini, Melæ, Plinii, Dionis, Apollodori, aliorumque, ſcriptis: item ex Homeri prædictorumque nonnullorum auctorum interpretibus ſive ſcholiaſtis. atque ex his Heſiodus centum tantùm circiter annis Homero fuit poſterior. Alii poſteà mortales de termino dubitarunt: ut patet ex proximè perſcriptis Strabonis verbis. unde illa apud Agellium, lib. XIIII, cap. VI: *Vtrùm* ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ *Vlyxes erraverit,* κατὰ Ἀρίσταρχον· *an* ἐν τῇ ἔξω, κατὰ Κράτητα. Id eſt: *utrùm in interno mari Vlyſſes erraverit; ut voluit Ariſtarchus: an verò in externo; ut Crates tradidit.* Hinc etiam iſta Tibulli, lib. IIII:

Non Pylos aut Ithace tantos genuiſſe feruntur
Neſtora vel parva magnum decus urbis Vlyſſem;
Vixerit ille ſenex quamvìs, dum terna per Orbem
Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis;
Ille per ignotas audax erraverit urbeis,
Quà maris extremis tellus includitur undis.

Et enarratis breviter eius variis erroribus:

Atque hæc ſeu noſtras inter ſunt cognita terras,
Fabula ſive novum dedit his erroribus Orbem;
Sit labor illius.

At Claudianus ne dubitaſſe quidem videtur. cuius verba in Rufinum lib. I hæc ſunt:

Eſt locus, extremum pandit quà Gallia litus,
Oceani prætentus aquis: quo fertur Vlyſſes
Sangvine libato populum moviſſe Silentum.
Illic Vmbrarum tenui ſtridore volantum
Flebilis auditur queſtus. ſimulacra coloni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Pallida, defunctaſque vident migrare figuras.
Hinc dea proſiluit; Phœbique egreſſa ſerenos
Infecit radios; ululatuque æthera rupit
Terrifico. ſenſit ferale Britannia murmur;
Et Senonum quatit arva fragor; revolutaque Tethys
Subſtitit; & Rhenus projectâ torpuit undâ.

Locum ſcilicet inferorum indicare voluit; quos apud Cimmerios Homerus finxit. Hos verò interpretes in Italiâ apud Cumas ſtatuerunt; ut in opere de Italiâ oſtenſum eſt. Alii ad Britanniæ usque extima Vlyſſis errores produxerunt. unde iſtud Solini, cap. XXV. *Finis erat Orbis ora Gallici litoris: niſi Britannia inſula non qualibet amplitudine nomen propè Orbis alterius mereretur. octingentis enim & amplius millibus paſſuum longa porrigitur; ita, uti eam in Calidonicum usque angulum metiamur. in quo receſſu Vlyſſem Calidoniæ adpulſum, manifeſtat ara Græcis literis inſcripta voto.* Sed Alii hanc in Germaniâ collocaverunt. Tacitus in libro de Germaniâ: *Cæterùm & Vlixem quidam opinantur, longo illo & fabuloſo errore in hunc Oceanum delatum, adiſſe Germaniæ terras; Aſciburgiumque, quod, in ripâ Rheni ſitum, hodiéque incolitur, ab illo conſtitutum, nominatumque* Ἀσκιπύργιον. *aram quin etiam Vlixi conſecratam, adjecto Laërtæ patris nomine, eodem loco olim repertam: monumentaque & tumulos quoſdam, Græcis literis inſcriptos, in confinio Germaniæ Rhætiaque adhuc exſtare. quæ neque confirmare neque refellere in animo eſt. ex ingenio ſuo quisque demat vel addat fidem.* En; graviſſimus rerum cenſor *fabuloſum* hunc adpellat *errorem*. Alii rurſum cenſuerunt, Vlyſſem equidem in interno tantùm mari circa Siciliam Italiamque vagatum; ſed poëtam eam vagationem in externum mare tranſtuliſſe. unde ille commentatoribus poëtæ ſæpius memoratus ἐκτοπισμὸς, ſive ἐξωκεανισμός. Strabo lib. VII: Ἐπιτείνει δ᾽ ὁ Ἀπολλόδωρος καὶ τοῖς περὶ Σικελίαν τὴν πλάνην λέγουσι καθ᾽ Ὅμηρον τὴν Ὀδυσσέως. εἰ γὰρ αὖ, χρῆναι τὴν μὲν πλάνην ἐκεῖ γεγονέναι φάσκειν· τὸν δὲ ποιητὴν ἐξωκεανικέναι, μυθολογίας χάριν. Id eſt: *Apollodorus eos quoque inſectatur, qui de ſententiâ Homeri Vlyſſem circa Siciliam vagatum fuiſſe adfirmant. nam, ſi quid tale credere oportuerit; dicendum fuiſſe, Vlyſſem quidem eò locorum erroribus actum; ſed poëtam, fabularum inducendarum gratiâ, in Oceanum eos deportaſſe.* Et dicto lib. I: Ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς Κόλχους εἰδὼς, καὶ τὸν Ἰάσονος πλοῦν, τὸν εἰς Αἶαν, καὶ τὰ περὶ Κίρκης καὶ Μηδείας μυθολογούμενα, καὶ ἱστορούμενα περὶ τῆς φαρμακείας, καὶ τῆς ἄλλης ὁμοιοτροπίας, συγγενείας τε ἔπλασε τῶν οὕτω διῳκισμένων, τῆς μὲν ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Πόντου, τῆς δ᾽ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ ἐξωκεανισμὸν ἀμφοῖν. Hoc eſt: *Similiter, quum Colchos noſſet, & Iaſonis ad Aeam navigationem, & quæ de Circe ac Medeâ feruntur fabulæ, quæque de earum veneficiis ac reliquâ morum ſimilitudine traduntur; cognatas eas inter ſe finxit, licèt longiſſimè diſſitas; alteram in intimo Ponti receſſu, in Italiâ alteram: & utramque in Oceano collocavit.* Et lib. III: Οὐ δὴ θαυμάζοι τις ἂν οὔτε τοῦ ποιητοῦ τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην μυθογραφήσαντος τοῦτον τὸν τρόπον, ὥστε τὰ ἔξω τῶν Στηλῶν ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει τὰ πολλὰ διαθέσθαι τῶν λεγομένων περὶ αὐτοῦ· τὰ γὰρ ἱστορούμενα ἐγγὺς ἦν καὶ τόποις καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ὑπ᾽ ἐκείνου πεπλασμένων. Hoc eſt: *Ne quis igitur miretur, Homerum errores Vlyſſis ita fabulæ in morem deſcripſiſſe, ut pleraque extra Columnas in Atlantico mari geſta ab eo fingeret. quæ enim in hiſtoriis traduntur, parum abſunt à locis reliquisque ab eo confictis circumſtantiis.* Item lib. V: Αἱ δὲ τοιαῦται μυθοποιίαι τεκμήρια τῶν λεγομένων ὑφ᾽ ἡμῶν ἐστιν, ὅτι οὐ πάντα Ὅμηρος αὐτὸς ἔπλαττεν· ἀλλ᾽ ἀκούων θρυλλουμένων τῶν τοιούτων πολλῶν, αὐτὸς προσετίθει μήκη διαστημάτων καὶ ἐκτοπισμῶν. καὶ καθάπερ τὸν Ὀδυσσέα εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἐξέβαλε, παραπλησίως καὶ τὸν Ἰάσονα, γενομένης καὶ τούτῳ πλάνης τινὸς, κἀκείνῳ, καθάπερ καὶ Μενελάῳ. Id eſt: *Huiusmodi porrò fabulæ id confirmant, quod diximus, Homerum non omnia finxiſſe: ſed, quum multa id genus ferri rumoribus vulgi audiret; ipſum de ſuo intervallorum longitudines & remotos ab hominibus ſitus addidiſſe. utque Vlyſſem, ita etiam Iaſonem in Oceanum eduxiſſe: quum eorum uterque vagatus fuerit; ſicut & Menelaus.* At in interno tantùm mari ad Siciliam & Italiam usque vagatum eſſe Vlyſſem, Homerum verò ad augendam rei magnitudinem extra Columnas in Oceanum eum eduxiſſe, minimè ipſe credidit Strabo. ſic quidpe lib. I ſcribit: Δεῖ δὲ ταῦτα προϋποθέμενον σκοπεῖν τί λέγουσιν οἱ φήσαντες περὶ Σικελίαν ἢ Ἰταλίαν γενέσθαι τῷ Ὀδυσσεῖ τὴν πλάνην καθ᾽ Ὅμηρον, ἢ μὴ γενέσθαι· ἔστι γὰρ ἀμφοτέρως τοῦτο δέξασθαι· καὶ βέλτιον καὶ χεῖρον. βέλτιον μὲν οὖν, ἂν οὕτω δέχηται, ὅτι πεισθεὶς, ἐκεῖ τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ γενέσθαι, λαβὼν ἀληθῆ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν, διεσκεύασε· τοῦτο γὰρ οἰκείως ἂν λέγοιτο περὶ αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον γε περὶ Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς Ἰβηρίας ἔστιν εὑρεῖν ἴχνη τῆς ἐκείνου πλάνης

καὶ ἄλλων πλειόνων. χεῖρον δὲ, ἐάν τις καὶ τὴν διασκευὴν ὡς ἱστορίαν δέχηται, ἐκεῖνο Ὠκεανὸν καὶ ᾅδην, καὶ Ἡλίου βόας, καὶ ἐπὶ θεαῖς ξενίας, καὶ μεταμορφώσεις, καὶ μεγέθη Κυκλώπων καὶ Λαιστρυγόνων, καὶ μορφὴν Σκύλλης, καὶ διαστήματα πλοῦ, καὶ ἄλλα πλείω τοιαῦτα τερατολογεῖ φοῦντος φανερῶς. οὔτε δὲ πρὸς τοῦτον ἄξιον ἀντιλέγειν, οὕτω φανερῶς καταψευδόμενον τοῦ ποιητοῦ, καθάπερ οὐδ᾽ εἰ φαίη τοῦτον τὸν τρόπον γενέσθαι τὸν εἰς Ἰθάκην κατάπλουν τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ τὴν μνηστηροφονίαν, καὶ τὴν ἐπὶ ἀγροῦ συστᾶσαν μάχην τοῖς Ἰθακησίοις πρὸς αὐτόν· οὔτε πρὸς τὸν δεξάμενον οἰκείως προσπλέκεσθαι δίκαιον. Hoc eſt: *His ita poſitis, conſiderandum eſt, quid dicant, qui Vlyſſem ita, uti Homerus ſcripſit, ad Siciliam atque Italiam evagatum fuiſſe adſerunt; quique negant. in utramque enim partem rectè ac ſecus ſentire licet. rectè, ſi quis ita Homero adſentiatur, ut qui, pro certo habens eò perveniſſe Vlyſſem, hoc verum argumentum ſumtum tractaverit poëticè. id enim de eo propriè dici poteſt. neque circa Italiam modò, ſed & usque ad Hiſpaniæ extrema invenire licet veſtigia eius errorum, aliorumque plurium. Perperam verò, ſi quis commenta etiam eius pro hiſtoriâ putet; Oceanum ſcilicet, inferos, Solis boves, dearum hoſpitia, formarum permutationes, vaſta Cyclopum Læſtrygonumque corpora, formam Scyllæ, ſpacia navigationis; aliaque id genus multa, quæ Homerus apertè finxit, portentoſa. Is, inquam, qui ita manifeſtè de poëta mentitur, non magis dignus eſt, contra quem diſputes; quàm ſi quis adſeveraret, Vlyſſem ita in Ithacam revectum eſſe; procos occidiſſe, pugnam cum Ithacenſibus in agro conſeruiſſe: uti ea Homerus deſcripſit. neque verò cum eo litigandum eſt, qui convenienter à poëtâ dicta accipit.* Neſcio, an *Oliſſiponem* intellexerit urbem, extra Columnas ad oſtium Tagi ſitam vulgò nunc *Lisbona* dictam. nam *Mneſthei* quoque *portus* erat extra Columnas, apud Gadeis inſulam, quæ hodiè vulgò vocatur *Cadiz*, & *Caliz*. Solinus, cap. XXV: *In Luſitaniâ opidum Vlyſſipo, ab Vlyſſe conditum*. Cæterùm ipſe Strabo lib. III, in Hiſpaniæ deſcriptione, ita tradit: Καὶ ἡ τοῦ Ὀδυσσέως δὲ στρατιὰ δοκεῖ μοι δεῦρο γενηθεῖσα καὶ ἱστορηθεῖσα ὑπ᾽ αὐτοῦ παραδοῦναι πρόφασιν. ὥς τε καὶ τὴν Ὀδύσσειαν, καθάπερ καὶ τὴν Ἰλιάδα, ἀπὸ τῶν συμβάντων μεταγαγεῖν εἰς ποίησιν, καὶ τὴν συνήθη τοῖς ποιηταῖς μυθοποιΐαν. οὐ γὰρ μόνον οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν τόποι καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν τοιούτων σημεῖα ὑπογράφουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ Ὀδύσσεια πόλις δείκνυται, καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν, καὶ ἄλλα μυρία ἴχνη τῆς πλάνης καὶ ἄλλων τῶν ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου γενομένων, καὶ ὀπίσω κακωσάντων τούς τε πολεμηθέντας καὶ τοὺς ἑλόντας τὴν Τροίαν. Id eſt: *Vlyſſis quoque expeditio, hucusque progreſſa, & cognita Homero, anſam ei videtur præbuiſſe, uti is, ſicut Iliadem, ita Odyſſéam quoque ex hiſtoriâ in fabuloſam poëtarum more narrationem torqueret. Non enim Italiæ modò & Siciliæ loca, & alia quædam, huius rei indicia ſuggerunt: ſed in Hiſpaniâ quoque urbs Vlyſſéa oſtenditur, & Minervæ templum, & alia innumera errorum Vlyſſis veſtigia, aliorumque, qui, è bello Troiano quum evaſiſſent, non minùs Troiæ victores quàm victos infeſtarunt.* Supra Maleam & Abderam quæ loca nunc vulgò adpellantur *Malaga* & *Adera*, in mediterraneis fuiſſe *Vlyſséam*, eodem libro poſteà docet. Sed quid de Vlyſſis erroribus priſci ſenſerint mortales, generatim hactenus expoſitum eſt. Nos, an decennium poſt Troiam captam & ubi locorum re verâ erraverit, nihil heic examinabimus. Homerus per quæ loca eum traxerit, diſpicere ſedulò conabimur. Atque hoc quo faciliùs fiat, Virgilii Aeneam ſemper cum Vlyſſe conferemus. quidque ad nulla hunc deduxit loca Homerus, quin ad eadem poſteà adpulſus narretur Aeneas: niſi quòd hic paullo alio itineris ordine. ſcilicet, quia non reducendus erat in Græciam vel ad Ilium; quemadmodùm poſt longum errorem ille in Ithacam ſuam. Atque hinc factum, uti alii ex antiquiſſimis auctoribus Aeneam unâ cum Vlyſſe in Italiam veniſſe tradiderint. Dionyſius, Antiquitat. Rom. libro primo: Ὁ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τὰ καθ᾽ ἑκάστην πραχθέντα συναγαγὼν, Αἰνείαν φησὶν ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ᾽ Ὀδυσσέως, οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως· ὀνομάσαι δ᾽ αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων Ῥώμης. Id eſt: *Is qui mulieres recenſet ſacerdotio apud Argos functas, & quidquid geſtum ſit cuiusque tempore, Aeneam ait, è Moloſſis in Italiam cum Vlyſſe delatum, urbis exſtitiſſe conditorem: nomenque illi indidiſſe à Româ, feminâ quadam Ilienſi.* Obſervavit hanc itinerum geſtorumque ſimilitudinem Macrobius, in Saturnalior. lib. V. cap. II. *Iam verò*, inquit, *Aeneas ipſa nonne ab Homero ſibi mutuata eſt errorem primùm ex Odyſſeâ, deinde ex Iliade pugnas? quia operis ordinem neceſſariò rerum ordo mutavit, quum apud Homerum priùs Iliacum bellum geſtum ſit, deinde revertenti de Troiâ error contigerit Vlyſſi; apud Maronem verò Aeneæ navigatio bella, quæ poſteà in Italiâ ſunt geſta, præceſſerit. Rurſus, Homerus in primo quum vellet iniquum Græcis Apollinem facere; cauſam ſtruxit de ſacerdotis injuriâ.*

hic,

hic, ut Troianis Iunonem faceret infeſtam, cauſarum ſibi congeriem comparavit. Nec illud cum curâ magnâ relaturus ſum; licèt, non omnibus obſervatum; quòd, quum primo verſu promiſiſſet producturum ſeſe de Troiæ litoribus Aeneam;

——— Troiæ qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lavinaque venit
Litora:

ubi ad januam narrandi venit, Aeneæ claſſem non de Troiâ, ſed de Siciliâ producit:

Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

quod totum Homericis filis texuit. ille enim vitans in poëmate hiſtoricorum ſimilitudinem, quibus lex eſt, incipere ab initio rerum, & continuam narrationem ad finem uſque perducere; ipſe poëticâ diſciplinâ à rerum medio cœpit, & ad initium pòſt reverſus eſt. Ergo Vlyſſis errorem non incipit à Troiano litore deſcribere: ſed facit eum primò navigantem de inſulâ Calypſonis; & ex perſonâ ſuâ perducit ad Phæacas. illic in convivio Alcinoi regis narrat ipſe, quemadmodùm de Troiâ ad Calypſonem uſque pervenerit. poſt Phæacas rurſus Vlyſſis navigationem uſque ad Ithacam ex perſonâ propriâ poëta deſcribit. Quem ſequutus Maro, Aeneam de Siciliâ producit: cuius navigationem deſcribendo, perducit ad Libyam. Illic in convivio Didonis narrat ipſe Aeneas uſque ad Siciliam de Troiâ navigationem ſuam: & addit uno verſu, quod copioſè poëta deſcripſerat:

Hinc me digreſſum veſtris deus adpulit oris.

Poſt Africam quoque rurſus poëta ex perſonâ ſuâ iter claſſis uſque ad ipſam deſcribit Italiam. Et mox: *Vt Venus in Nauſicaæ locum, Alcinoi filiæ, ſucceſſit. ipſa autem Dido refert ſpeciem regis Alcinoi, convivium celebrantis. Scylla quoque & Charybdis & Circe decenter attinguntur. & pro Solis armentis Strophades inſulæ finguntur. At pro conſultatione inferorum, deſcenſus ad eos cum comitatu ſacerdotis inducitur. Ibi Palinurus Elpenori, ſed & infeſto Aiaci infeſta Dido, & Tireſiæ conſiliis Anchiſæ monita reſpondent.* Non primum hanc de Aeneâ, ad Homerici Vlyſſis imitationem, fabulam ita confinxiſſe Virgilium; ſed jam antiquiſſimos ante eum ſic tradidiſſe μυθολόγους, paſſim cum ex ſcholiaſtis eius tùm ex aliis ſcriptoribus didici. Prædictus Dionyſius ibidem: Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος Ἀχαιῶν τινας ἱστορεῖ τῶν ἀπὸ Τροίας ἀνακομισαμένων περιπλέοντας Μαλέαν, ἔπειτα χειμῶνι βιαίῳ καταληφθέντας, τέως μὲν ὑπὸ τῶν πνευμάτων φερομένους πολλαχῆ τοῦ πελάγους πλανᾶσθαι· τελευτῶντας δ᾽ ἐλθεῖν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς Ὀπικῆς, ὃς καλεῖται Λάτιον, ἐπὶ τῷ Τυῤῥηνικῷ πελάγει κείμενος. ἀσμένους δὲ τὴν γῆν ἰδόντας, ἀνελκύσαι τε τὰς ναῦς αὐτόθι, καὶ διατρίψαι τὴν χειμερινὴν ὥραν, παρασκευαζομένους ἔαρος ἀρχομένου πλεῖν. ἐμπρησθεισῶν δὲ αὐτοῖς ὑπὸ νύκτα τῶν νηῶν, οὐκ ἔχοντας ὅπως ποιήσονται τὴν ἄπαρσιν, ἀβουλήτῳ ἀνάγκῃ τοῦ βίου ἐν ᾧ κατήχθησαν χωρίῳ ἱδρύσασθαι. συμβῆναι δὲ αὐτοῖς τοῦτο, διὰ γυναῖκας αἰχμαλώτους, ἃς ἔτυχον ἔχοντες ἐξ Ἰλίου. ταύτας δὲ κατακαῦσαι τὰ πλοῖα, φοβουμένας τὴν οἴκαδε Ἀχαιῶν ἄπαρσιν, ὡς εἰς δουλείαν ἀφιξομένας. *Ariſtoteles philoſophus ſcribit, Achæorum quoſdam, à bello Troiano redeunteis, circùm Maléam curſum flexiſſe: correptoſque à ventis, tempeſtatis vi ultro citroque diu per altum jactatos, tandem adpuliſſe ad eam Opicæ regionis oram, quæ vocatur Latium, Tyrrhenoque mari adluitur. quumque optati litoris deſiderio naveis illò ſubduxiſſent, exegiſſe ibi totam hiemen, ineunte vere abnavigare paratos. ſed quum naveis eis nocturno incendio conflagraſſent, ademtâ profectionis facultate. neceſſitatem in voluntatem vertiſſe, vitæque ſedeis in agris, ad quos adpulerant, fixiſſe. eum caſum obveniſſe illis captivarum Ilienſium operâ; quod, metuentes, ne ſe domum in ſervitutem abducerent, ignem in naveis conjeciſſent.* Heic quæ Ariſtoteles de Græcis narrat, alii ſcriptores Aeneæ tribuerunt; ut in opere de Italiâ in Latii urbisque Romæ deſcriptione plurimis exemplis, ex antiquiſſimis itidem auctoribus productis, oſtenſum. Simile quoddam navium incendium ab Ilienſibus mulieribus, cum Aeneâ navigantibus, ad Erycem montem in Siciliâ factum, unde Aegeſta urbs cepit primordium ſuum, tradit Virgilius Aeneid. lib. v; &, non è Virgilio, cuius æqualis erat; ſed ex longè antiquioribus monimentis Dionyſius eodem lib. I. Hiſtoriam omnem de Aeneâ narraturus, ſic infit: Τῆς δὲ ἐπὶ Ἰταλίαν Αἰνείου καὶ Τρώων ἀφίξεως Ῥωμαῖοί τε πάντες βεβαιωταὶ, καὶ τὰ δρώμενα ὑπ᾽ αὐτῶν ἔν τε θυσίαις καὶ ἑορταῖς μηνύματα, Σιβύλλης τε λόγια, καὶ χρησμοὶ Πυθικοὶ, καὶ ἄλλα πολλά: * . πολλὰ δὲ καὶ παρ᾽ Ἕλλησι γνωρίσματα καὶ φανερὰ εἰς τόδε χρόνου λείπεται, ἔνθα ὡρμίσαντο, καὶ παρ᾽ οἷς διατριβὴν ἀπλοίας ἕνεκα ἐποιήσαντο.

ὧν ἐγὼ

ὧν ἐγὼ μνήμην ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πολλῶν ὄντων, διαβραχυτάτων ποιήσομαι. Hoc eſt: *Aeneam & Troianos in Italiam perveniſſe, confirmant Romani omnes; eorumque ſacra & feſti dies indicant: & Sibyllini item libri, atque oracula Pythica, aliaque multa. quin & apud Græcos multa ac manifeſta in hanc usque diem eius rei exſtant indicia; in quos portus adpulerint, & apud quos tempeſtatibus aduerſis detenti ſint. quæ quum multa ſint, referam, quàm potero, breviſſimè.* Ad Africam tamen & Didonis ſive Eliſæ novam urbem Carthaginem Aeneam acceſſiſſe, non narrat: ſed breviſſimâ navigatione à Troiâ circùm Thraciæ, Græciæ, Epiri, & hinc Italiæ litora ad fretum Siculum, inde verò circùm orientale & meridionale Siciliæ latus ad Erycem, atque hinc tandem ad Latii litus deducit. At Ariſtoteles, loco ſuprà ſcripto, *Achæos illos, circùm Maléam,* quod de Vlyſſe ſuo canit Homerus, *curſum flectenteis, correptos à ventis, tempeſtatis vi ultro citroque diu per altum iactatos, tandem adpuliſſe ad Latium.* unde illud etiam de Aeneâ Virgilius in exordio operis:

Arma virumque cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lavinaque venit
Litora. multum ille & terris iactatus & alto,
Vi ſuperûm, ſævæ memorem Iunonis ob iram:
Multa quoque & bello paſſus, dum conderet urbem,
Inferretque deos Latio.

Sed Virgilium non primum fuiſſe hiſtoriæ de Aeneæ erroribus inventorem, ſatis conſtat. Homerum igitur de Vlyſſe videamus. Eius errorum compendium voluit referre Tibullus, dicto lib. IIII, his verſibus:

Ille per ignotas audax erraverit urbeis,
Quà maris extremis tellus includitur undis.
Nam Ciconumque manus adverſis reppulit armis.
Non valuit Cyclops cœptos avertere curſus.
Ceſſit & Aetnæa Neptunius incola rupis,
Victa Maroneo fœdatus lumine Baccho.
Vexit & Aeolios placidum per Nerea ventos.
Incultos adiit Læſtrygonas, Antiphatenque;
Nobilis Artaciæ gelidos quos irrigat unda.
Solum nec doctæ verterunt pocula Circes:
Quamvis illa foret Solis genus; apta vel herbis
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.
Cimmeriωn etiam obſcuras acceſſit ad arceis:
Queis numquàm candente dies adparuit ortu,
Sive ſuper terras Phœbus ſeu curreret infrà.
Vidit, ut inferno Plutoni ſubdita regna
Magna deûm proles lenibus diſcurreret Vmbris.
Præteriitque citâ Sirenum litora puppi.
Illum, inter geminæ nantem confinia mortis,
Nec Scyllæ ſævo conterruit impetus ore,
Quum canibus rapidas inter freta ſerperet undas;
Nec violenta ſuo conſumſit more Charybdis;
Vel, ſi ſublimis fluctu conſurgeret imo;
Vel, ſi interrupto nudaret gurgite pontum.
Non violata vagi ſileantur paſcua ſolis:
Non amor & ſecunda Atlantidos arva Calypsûs:
Finis & errorum miſero Phæacia tellus.

Lotophagos, ad quos primos à Maleâ adpulit, omiſit. Homerus igitur Odyſſ. VIIII Vlyſſem introducit, apud Alcinoum in Scheriâ, ſive in Phæacum inſulâ, errores ſuos enarrantem. ubi ita incipit:

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν,
Ἰσμάρῳ. ἔνθα δ' ἐγὼν πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς.
Ab Ilio me ferens ventus Ciconibus adpulit
Ad Iſmarum. ibi ego, urbem depopulatus, occîdi ipſos.

Virgilius,

Virgilius, Aeneid. lib. III, ſuum Aeneam ita loquentem canit:

Litora tum patriæ lacrumans portusque relinquo,
Et campos ubi Troia fuit. feror exſul in altum
Cum ſociis, natoque, penatibus, & magnis diis:
Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis,
(Thraces erant) acri quomdam regnata Lycurgo;
Hoſpitium antiquum Troiæ, ſociique penates,
Dum fortuna fuit. feror huc: & litore curvo
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus inquis:
Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

Hinc Mela, lib. II cap. II, in deſcriptione Thraciæ: *Eximia eſt Aenos, ab Aeneâ profugo condita. circa Hebrum Cicones. trans eumdem Doriſcos: ubi Xerxem copias ſuas, quia numero non poterat, ſpatio menſum ferunt.* Et Plinius, lib. IIII cap. XI; in eiusdem Thraciæ deſcriptione: *Heraclea, Olynthos, Abdera; ſtagnum Biſtonum, & gens. opidum fuit Tinda, Diomedis equorum ſtabulis dirum. nunc ſunt Diceæ; Iſmaron, locus: Parthenion, Phaleſina, Maronea: mons Serrium, & Zoone. tum locus Doriſcus, centum viginti millium hominum capax. ita Xerxes ibi dinumeravit exercitum. Os Hebri. portus Stentoris. opidum Aenos: Ciconum quomdam regio.* Orpheus in Argonauticis:

Ὀρφεῦ, Καλλιόπης τε καὶ Οἰάγρου φίλε κοῦρε,
Βιστονίη Κικόνεσσι πολυῤῥήνοισιν ἀνάσσων,
Orpheu, Calliopes & Oeagri dilecte fili,
In Biſtoniâ Ciconum divitum rex.

Hoc igitur diſcrimen inter Vlyſſis & Aenei hiſce in locis res geſtas eſt, quòd hic urbem inibi *Aenum* condidiſſe fertur, ille deſtruxiſſe *Iſmarum*. Auſonius in Periochâ Odyſſ. lib. VIIII: *Ab Alcinoo rogatus ſeriem multiplicis erroris exponit: ut ab Ilio profectus, primùm ad Ciconas delatus ſit; atque illic, expugnatâ Iſmaro civitate, multis amiſſis fugatus abſceſſerit: utque inde Maléam Laconiæ promontorium circumegerit; ac dein ad Lotophagos venerit; mox ad Cyclopum inſulam.*

Hinc diſceſſum eius è Ciconibus ita deſcribit ipſe Homerus:

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἐϋπλόκαμος τέλεσ᾽ ἠὼς,
Ἱστοὺς στησάμενοι ἀνά θ᾽ ἱστία λευκ᾽ ἐρύσαντες
Ἥμεθα· τὰς δ᾽ ἄνεμός τε κυβερνῆταί τ᾽ ἴθυνον.
Καί νύ κεν ἀσκηθὴς ἱκόμην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Ἀλλά με κῦμα ῥόος τε, περιγνάμπτοντα Μάλειαν,
Καὶ Βορέης ἀπέωσε, παρέπλαγξεν δὲ Κυθήρων.
Ἔνθεν δ᾽ ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισι
Πόντον ἐπ᾽ ἰχθυόεντ᾽. αὐτὰρ δεκάτῃ ἐπέβημεν
Γαίης Λωτοφάγων, οἵ τ᾽ ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσιν.
Ἔνθα δ᾽ ἐπ᾽ ἠπείρου βῆμεν, καὶ ἀφυσσάμεθ᾽ ὕδωρ.
Αἶψα δὲ δεῖπνον ἕλοντο θοῇς παρὰ νηυσὶν ἑταῖροι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιό τ᾽ ἐπασσάμεθ᾽ ἠδὲ ποτῆτος,
Δὴ τότ᾽ ἐγὼν ἑτάρους προΐην πεύθεσθαι ἰόντας,
Ἄνδρε δύω κρίνας, τρίτατον κήρυχ᾽ ἅμ᾽ ὀπάσσας,
Οἵτινες ἀνέρες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες.
Οἱ δ᾽ αἶψα οἰχόμενοι μίγεν ἀνδράσι Λωτοφάγοισιν.
Οὐδ᾽ ἄρα Λωτοφάγοι μήδονθ᾽ ἑτάροισιν ὄλεθρον
Ἡμετέροις, ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι.
Τῶν δ᾽ ὅς τις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν,
Οὐκ ἔτ᾽ ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι.
Ἀλλ᾽ αὐτοῦ βούλοντο μετ᾽ ἀνδράσι Λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.
Τοὺς μὲν ἐγὼν ἐπὶ νῆας ἄγον κλαίοντας ἀνάγκῃ,
Νηυσὶ δ᾽ ἐνὶ γλαφυρῇσιν ὑπὸ ζυγὰ δῆσα ἐρύσσας.
Αὐτὰρ τοὺς ἄλλους κελόμην ἐρίηρας ἑταίρους
Σπερχομένους νηῶν ἐπιβαινέμεν ὠκειάων,
Μή πώ τις λωτοῖο φαγὼν, νόστοιο λάθηται.
Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ.

Κυκλώ-

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων
Ἱκόμεθα. Id eſt:

Sed quando jam tertiam diem pulcricoma perfecit aurora,
Malis erectis, veliſque albis explicatis,
Sedimus; illas ventus gubernatoreſq; dirigebant.
Et illæſus quidem perveniſſem in patriam terram;
Sed me unda æſtusque, circumflectentem Maléam,
Et Boreas abjecit; avocavitque Cytheron.
Hinc itaque novem diebus ferebar diris ventis
Mare per piſcoſum. decimâ tandem die conſcendimus
Terram Lotophagorum; qui floridum cibum edunt.
Heic litus conſcendimus, & hauſimus aquam.
Statimque prandium ceperant celeres apud naveis ſocii.
Poſtquàm verò cibum guſtavimus & potum,
Tunc ego ſocios præmittebam, ut profecti ſcitarentur,
Viris duobus ſelectis, quibus tertium præconem ſimul adjunxi,
Quinam viri eſſent in terrâ cibum ſumentes.
Hi ſtatim digreſſi venerunt ad viros Lotophagos.
Neque ſanè Lotophagi parabant ſociis mali quidpiam
Noſtris: ſed ipſis præbuerunt lotum guſtare.
Horum quicumque loti comediſſet dulciſſimum fructum,
Non jam renunciare rurſum voluit, neque redire:
Sed illic volebat, cum viris Lotophagis
Lotum edens, manere, reditusque oblivisci.
Hos igitur ego ad naveis ducens, flenteis ob neceſſitatem,
Navibus in cavis ſub tranſtra ligavi attractos.
Cæteros verò juſſi jucundos ſocios
Feſtinanteis naveis coſcendere celeres;
Ne quis fortè lotum comedens reditus oblivisceretur.
Illinc igitur ulteriùs navigavimus, triſtes corde;
Cyclopumque ad terram ferocium ac nefariorum
Pervénimus.

A Maleâ, Peloponneſi ſive Laconiæ extimum versùs ortum Solis promontorium, facilè ſe potuiſſe, ait, & ſine aliquo damno in patriam Ithacam reverti; quæ ab occidentali erat Peloponneſi parte; ni Boreas ventus inde in Lotophagorum litus eum abripuiſſet. Hæc Lotophagorum terra qua Orbis parte fuerit, quæritur. Commentator poëtæ Euſtathius, de Aeoliis loquens inſulis, ita tradit: Ὅμηρος δὲ μιᾶς μέμνηται νήσου· ἣν τινες ἐκτοπισμένην φασὶν πλάττεσθαι τῷ ποιητῇ, καθὰ καὶ τὴν τῶν Φαιάκων, καὶ τὴν Καλυψοῦς, καὶ τοὺς Κυκλώπας. Id eſt: *Homerus autem unius tantùm meminit inſulæ: quam quidam extra loca nobis cognita à pcëtâ fictam eſſe volunt; quemadmodùm & Phæacum inſulam, & Calypsûs; item Lotaphagos & Cyclopas.* Hinc illud Polybii apud Strabonem, ut ſuprà citatum lib. I. Πιθανώτερον δέ φησι τὸ

Ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν,

ἐν βραχεῖ διαστήματι δέχεσθαι, (οἱ γὰρ ὀλοοὶ οὐκ εὐθύδρομοι) ἢ ἐξωκεανίζειν, ὡς ἂν οὐρίων πνεόντων συνεχῶς. Συνθεὶς δὲ τὸ διάστημα τὸ ἐκ Μαλεῶν ἐπὶ Στήλας σταδίων δισμυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων, εἰ, φησι, τοῦτο θείημεν ἐν ταῖς ἐννέα ἡμέραις διηνύσθαι ἰσοταχῶς, ἑκάστης ἂν ἡμέρας ὁ πλοῦς συμβαίνοι σταδίων δισχιλίων πεντακοσίων. τίς οὖν ἱστόρηκεν, ἐκ Λυδίας ἢ Ῥόδου δευτεραῖόν τινα ἀφιγμένον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων τετρακισχιλίων. Id eſt: *Probabilius ait eſſe, hæc verba*

Hinc per novem dies jactabar diris ventis,

de non longinquo itinere accipi, (venti enim diri atque pernicioſi non faciunt ad rectum curſum tenendum) quàm, extra Oceanum hoc temporis ſpacio navigatum fuiſſe, comminiſci; perinde ac ſi ſecundis ille uſus eſſet ventis. Supputato autem, quod eſt à Maléis ad Colomnas, ſpatio XXII *millium ac* IↃ *ſtadiorum; ſi, inquit, hoc eum novem hisce diebus, æquali in ſingulos dies portione, ponamus confeciſſe; quotidiè eum navigaſſe bis mille ac quingenta ſtadia, conſequetur. atqui, inquit, quis umquàm fando accepit, è Lyciâ aut Rhodo aliquem biduo Alexandriam perveniſſe? quod* IIII *millium ſtadiorum eſt intervallum.* Stadia vicies bis mille ac quin-

ac quingenta conficiunt milliaria Romana bis mille octingenta & duodecim, cum paſſibus 10. ſtadia verò quater mille millia paſſuum faciunt 10. Porrò Euſtathius ſuprà ſcriptis ſubnectit iſta: Ἄλλοι δέ γε ἀπεναντίας τούτοις ἰόντες καὶ περὶ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν πεπλανῆσθαι τὸν Ὀδυσσέα εἰπόντες, οὐ μόνον τοὺς Κύκλωπας οἴδασι Λεοντίνους καλουμένους, ἀλλὰ καὶ Λωτοφάγους παρὰ τῷ ποιητῇ φασιν εἶναι τοὺς νῦν Ἀκραγαντίνους· οἱ δὲ τοὺς Καμαριναίους. Hoc eſt: *Alii verò, contrarium ab his ſentientes, circaque Siciliam atque Italiam Vlyſſem erraſſe adfirmantes; non tantùm Cyclopas agnoſcunt eos, qui nunc vocantur Leontini; ſed & Lotophagos poëtæ aiunt eſſe eos, qui nunc dicuntur Agrigentini: alii verò Camarinenſeis.* Hinc etiam ad Pachynum promontorium adpuliſſe Vlyſſem nonnulli ex antiquiſſimis tradiderunt mortalibus. unde ad poſteriora tempora heic manſit *portus & promontorium* cognomento *Vlyſſis*; & ibidem *Hecatæ fanum* & *Hecabæ cenotaphium*, utrumque ab Vlyſſe erectum; ut ſuprà lib. I cap. XIIII oſtenſum. Sed falsò & contra Homericæ narrationis filum, quod pòſt patebit, quum heic ponantur in Leontinorum agro & circa Aetnam Cyclopes, ad quos pervênit Vlyſſes; de Lotophagis etiam levis iſtorum auctorum fuerit fides. Potior ſanè ſit Polybii ac Strabonis ſententia: qui, haud dubiè & ipſi antiquiores ſequuti auctores, Lotophagos iſtos Homeri in *Meningi* ponunt, Syrtis minoris ad Africam inſulâ, vulgò hodiè *Le Gerbe* dictâ. Polybius, lib. I; de Romanorum claſſe loquens: Καὶ διάραντες εἰς τὴν Σικελίαν, ἀφώρμησαν ἐντεῦθεν εἰς τὴν Λιβύην. κομιζόμενοι δὲ παρὰ τὴν χώραν, ἐποιοῦντο καὶ πλείστας ἀποβάσεις· ἐν αἷς οὐδὲν ἀξιόλογον πράττοντες, παρεγίνοντο πρὸς τὴν τῶν Λωτοφάγων νῆσον, ἣ καλεῖται μὲν Μῆνιγξ, οὐ μακρὰν δ' ἀπέχει τῆς μικρᾶς Σύρτεως. Id eſt: *Sublatis velis, in Siciliam trajiciunt: unde mox in Africam proficiſcuntur. navigantes autem juxta huius litora, plurimis locis exſcenſionem faciunt. nullâ tamen re memorabili geſtâ, ad Lotophagorum inſulam, quæ Meninx dicitur, neque longè à Syrti minore abeſt, deveniunt.* Strabo lib. XVII, memoratâ maiore Syrti & Cercinnâ inſulâ: Συνεχὴς δ' ἐστὶν ἡ μικρὰ Σύρτις, ἣν καὶ Λωτοφαγῖτιν Σύρτιν λέγουσι. καθ' ἑκατέραν τὴν ἄκραν, ποιοῦσαν τὸ στόμα, προσεχεῖς εἰσι νῆσοι τῇ ἠπείρῳ, ἥ τε λεχθεῖσα Κέρκιννα καὶ ἡ Μῆνιγξ, πάρισοι τοῖς μεγέθεσι. τὴν δὲ Μήνιγγα νομίζουσιν εἶναι τὴν τῶν Λωτοφάγων γῆν, τὴν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένην· καὶ δείκνυταί τινα σύμβολα, καὶ βωμὸς Ὀδυσσέως, καὶ αὐτὸς ὁ καρπός. πολὺ γάρ ἐστι τὸ δένδρον ἐν αὐτῇ τὸ καλούμενον λωτόν, ἔχον ἥδιστον καρπόν. πλείους δ' εἰσὶν ἐν αὐτῇ πολίχναι· μία δ' ὁμώνυμος τῇ νήσῳ. Hoc eſt: *Continua eſt Syrtis minor: quam Lotophagitin Syrtin etiam vocant. Iuxta utrumque promontorium, quæ os efficiunt, inſulæ adjacent continenti; Cercinna ſcilicet, antè memorata, & Meninx; magnitudine æquales. Meningim Lotophagorum terram eſſe putant cuius meminit Homerus. & ſigna quædam inibi exſtant, & Vlyſſis ara, & fructus ipſe. nam lotos arbor crebra in eâ eſt, fructu ſuaviſſimo. Opidula in ipsâ compluria ſunt: quorum unum eodem eſt, quo inſula, nomine.* Scylax, in Περίπλῳ· τὰ δὲ ἔξω τῆς Σύρτιδος παροικοῦσι Λωτοφάγοι, Λιβύης ἔθνος, μέχρι τοῦ στόματος τῆς ἑτέρας Σύρτιδος. οὗτοι λωτῷ χρῶνται, σίτῳ καὶ ποτῷ. Id eſt: *Quæ extra Syrtim ſunt, incolunt Lotophagi, Africa gens, usque ad oſtium alteræ Syrtidis. hi loto utuntur pro cibo ac potu.* Atque huc jam rectiùs convenit id, quod Vlyſſes apud Homerum ait, ſe à Maleâ promontorio Boreâ vento abreptum ab inſtituto versùs Ithacam curſu ad Lotophagorum terram; quàm vel externo mari, vel Camarinenſi in Siciliâ agro Pachynoque promontorio: quidpe quod ſeptemtrionalius eſt ipsâ Maleâ. Atque idem ſenſiſſe de Lotophagorum ſede eos, qui Aeneæ compoſuêre fabulam, patet ex Virgilii poëmate. hic quidpe, circa omnia loca ductans Aeneam ſuum, circa quæ Homerus ſuum duxit Vlyſſem, ab Eryce monte & Drepano portu, quum Italiam peteret, vento Boreâ ſive Aquilone in eadem Africæ loca abreptum narrat. Verba eius, Aeneid. lib. I, ſunt iſta:

Talia jactanti ſtridens Aquilone procella
Velum adverſa ferit, fluctusque ad ſidera tollit.

* *

Treis Notus abreptas in ſaxa latentia torquet:
Saxa, vocant Itali mediis quæ in fluctibus Aras;
Dorſum immane mari ſummo. treis Eurus ab alto
In brevia & Syrteis urget,

* * * * * *

Defeſſi Aeneadæ, quæ proxima litora, curſu
Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras.

Hinc narrat, quo pacto Aeneas acceſſerit Didonem, novam urbem condentem Carthaginem. apud quam quum amore implicitus diutius hæreret, jamque Italiæ, in quam tendebat, obliviſceretur; juſſus tandem à diis abiit ferè invitus. Hinc poëta, Aeneid. lib. IIII:

At pius Aeneas, quamquàm lenire dolentem
Solando cupit, & dictu avertere curas,
Multa gemens, magnoque animum labefactus amore;
Iuſſa tamen divûm exſequitur, claſſemque reviſit.

Atque hac ipſâ etiam de Didonis & Aeneæ amore hiſtoriâ lotum Homeri exprimere voluit. Sed & VIIII dierum navigatio à Maleâ hucusque haud malè convenit. quidpe quum ſit intervallum IↃCCC ferè millium paſſuum; Boreæque vi obluctati ſint toto eo curſu remiges gubernatorque Vlyſſis, ne in meridiem versùs ad propiora Africæ litora abriperentur; vix citiùs eò usque pervenire potuerunt.

Porrò ab Africæ litoribus & Carthaginis urbe Aeneas deducitur ad Drepanum portum & Erycem montem; quò jam anteà ex Epiro navigans, adpulerat; & unde, amiſſo patre Anchiſâ, quum Italiam peteret, ad Africæ litora abreptus erat. Verba Virgilii, Aeneid. lib. V, hæc ſunt:

Vt pelagus tenuêre rateis, nec jam ampliùs ulla
Occurrit tellus; cælum undique & undique pontus;
Olli cæruleus ſupra caput adſtitit imber,
Noctem hiememq; ferens; & inhorruit unda tenebris.
Ipſe gubernator puppi Palinurus ab altâ,
Heu quinam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidve pater Neptune paras? Sic deinde loquutus,
Colligere arma jubet, validisque incumbere remis;
Obliquatque ſinus in ventum; ac talia fatur:
Magnamine Aenea; non, ſi mihi Iupiter auctor
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cœlo.
Mutati tranſverſa fremunt & veſpere ab atro
Conſurgunt venti: atque in nubem cogitur aër,
Nec nos obniti contrà nec tendere tantum
Sufficimus. ſuperat quoniam fortuna, ſequamur:
Quòque vocat, vertamus iter. nec litora longè
Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos;
Si modò ritè memor ſervata remetior aſtra.
Tum pius Aeneas; Equidem ſic poſcere ventos
Iamdudum, & fruſtra, cerno, te tendere contrà.
Flecte viam velis. an ſit mihi gratior ulla,
Quòque magis feſſas optem dimittere naveis,
Quàm quæ Dardanium tellus mihi ſervat Aceſten,
Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?
Hæc ubi dicta, petunt portus, & vela ſecundi
Intendunt Zephyri: fertur cita gurgite claſſis:
Et tandem læti notæ advertuntur arenæ.
At, procul excelſo miratus vertice montis
Adventum, ſociasque rateis, occurrit Aceſtes.

Ad eumdem hunc Drepanum portum & Erycem montem Vlyſſem ſuum deduxiſſe Homerum, ex narratione eius diſertè patet, quæ talis eſt:

Αὐτὰρ τοὺς ἄλλους κελόμην ἐρίηρας ἑταίρους
Σπερχομένους νηῶν ἐπιβαινέμεν ὠκειάων
Μή πώ τις, λωτοῖο φαγὼν, νόστοιο λάθηται.
Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν, ἀκαχήμενοι ἦτορ.
Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων
Ἱκόμεθα. * . * .
Ἀλλ' οἵ γ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι.

Νῆσος ἔπειτα λάχεια παρὲκ λιμένος τετάνυσται
Γαίης Κυκλώπων, οὔτε σχεδὸν, οὔτ᾽ ἀποτηλοῦ
Ὑλήεσσ᾽· ἐν δ᾽ αἶγες ἀπειρέσιαι γεγάασιν
Ἄγριαι. * . * . * .
Οὐ μὲν γάρ τι κακή γε, φέροι δέ κεν ὥρια πάντα.
Ἐν μὲν γὰρ λειμῶνες ἁλὸς πολιοῖο παρ᾽ ὄχθας
Ὑδρηλοὶ, μαλακοί. * .
Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν᾽ οὐ χρέω πείσματός ἐστιν,
Οὔτ᾽ εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι᾽ ἀνάψαι,
Ἀλλ᾽ ἐπικέλσαντας μεῖναι χρόνον, εἰσόκε ναυτέων
Θυμὸς ἐποτρύνῃ, καὶ ἐπιπνεύσωσιν ἀῆται.
Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ,
Κρήνη ὑπὸ σπείους· περὶ δ᾽ αἴγειροι πεφύασιν.
Ἔνθα κατεπλέομεν. * . * . * .
Κυκλώπων δ᾽ ἐς γαῖαν ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντων.
Καπνόν τ᾽, αὐτῶν τε φθογγὴν ὀΐων τε καὶ αἰγῶν.

. * . * . * .

Ὣς εἰπὼν, ἀνὰ νηὸς ἔβην·
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ τὸν χῶρον ἀφικόμεθ᾽ ἐγγὺς ἐόντα,
Ἔνθα δ᾽ ἐπ᾽ ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν ἄγχι θαλάσσης.
Ἔνθα δ᾽ ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος.

Hoc eſt:

Cæteros verò juſſi jucundos ſocios
Feſtinanteis naveis conſcendere celeres,
Ne quis fortè lotum comedens reditus obliviſceretur.
Illinc igitur ulteriùs navigavimus triſtes corde.
Cyclopum verò ad terram ferocium nefariorumq;
Pervénimus. * . * .
Ipſi verò celſorum montium inhabitant cacumina,
In ſpeluncis cavis.
Inſula hinc parva portui obtenditur
Terræ Cyclopum; non propinqua, neque remota;
Silvoſa: in qua capræ innumeræ naſcuntur
Silveſtres. * . * . * .
Neque enim maligno ſolo eſt. ſed ferret tempeſtiva omnia.
Inſunt quidpe prata ad litus maris cani,
Irrigua, mollia. * .
Eſtque portus in eâ opportunus; ut non opus funibus ſit,
Neque ancoras ejicere, neque rudenteis alligare:
Sed qui adpulerint, manere aliquamdiu poſſint, donec nautarum
Animo libeat, & adſpiraverint venti.
Cæterùm ad initium portus fluit limpida aqua,
Fons ſub ſpecu: circùm autem populi naſcuntur.
Huc adpulimus. * . * . * .
Cyclopumque ad terram proſpicimus; qui propè erant.
Fumumque, ipſorumque murmur oviumq; & caprarum.

. * . * . * .

Sic fatus, navim conſcendi.
Sed quum jam in locum pervénimus propinquum;
Heic in extremâ parte ſpeluncam vidimus prope mare,
In qua vir habitabat ingens.

Heic quid egerit Vlyſſes, breviter ita recenſet Auſonius in Periochâ eiusdem lib. VIIII: *Mox* [*exponit, ut*] *ad Cyclopum inſulam, quæ Lotophagis adjacet, cum unâ nave proceſſerit; eâque ſedulò occultatâ, ipſe cum duodecim ſociis in antrum Polyphemi penetraverit: qui cruentis dapibus expletus, quas cæde ſociorum eius inſtruxerat, vino etiam, quod Vlixes*

ingeſſerat, temulentus, quum in ſomnum procubuiſſet, ab Vlixe cæcatus, pœnas immanitatis perſolvit. Hoc *Polyphemi antrum* fuiſſe in Eryce monte; Vlyſſemque è Lotophagorum litore in unam ex tribus Aegadibus inſulis, nomine Αἰγοῦσαν, id eſt, *Caprariam* adpuliſſe, atque hinc in objectum ei portum Drepanum; ſuprà huius lib. II cap. XV oſtenſum eſt. Hinc igitur Aeneiæ fabulæ auctores, ad eumdem montem eumdemque portum Aeneam quoque ab Africæ litore deduxerunt. Quòd autem Vlyſſes ait, ex iſtâ caprarum inſulâ ſe murmur Cyclopum eorumque ovium & caprarum, in montis ſpeluncis ſtabulantium, audiviſſe, id poëtico more confinxit Homerus, paſſim falſa, ut Strabo ait, veris intermiſcens. ſic ſcilicet poſteà, Odyſſ. lib. XII, ingenti mendacio tam anguſtum dixit eſſe fretum Siculum, uti à Cæny Italiæ promontorio Pelorum Siciliæ jaculo contingere poſſis: quum paſſus, ut lib. I cap. V oſtenſum, intercedant CIↃIↃ. Illi poëtæ interpretes, licèt antiquiſſimi, ut lib. I cap. II adnotatum, immensùm errarunt, qui Vlyſſem, è Lotophagorum terrâ navigantem, ad Aetnam montem adpuliſſe tradiderunt. primùm enim non obſervarunt, quòd poëta, quoties Vlyſſem ſuum tranquillo mari & procul tempeſtatum abreptionibus facit navigantem; ut è Lotophagorum terrâ in Caprarum inſulam, hinc in Aeoliam, inde ad Læſtrygonas, ac tandem ad Circen; ubique utitur iſtis verbis; Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν· id eſt; *Hinc ultra* ſive *prorſus*, ἐς τοὔμπροσθεν, navigavimus. Illi enim, ſive in Meninge inſulâ, ſive in Agrigentino agro, ſeu denique in Camarinenſi circa Pachynum ponant Lotophagos; tamen hinc non prorſus, ſed retrorſus ad Aetnam, atque hinc rurſus retro circùm Pachynum & maiorem inſulæ partem ad Aeolias inſulas deducunt. quod planè ab Homeri mente abhorret. Secundò non obſervarunt, ante Aetnæ litora, imò ante omne hoc orientale inſulæ latus, inſulam eiusmodi eſſe nullam, qualem Caprariam inſulam poëta deſcribit. Apud Strabonem equidem, lib. I, ita ſcriptum eſt: Ἐρατοσθένης δὲ Ἡσίοδον μὲν εἰκάζει πεπυσμένον περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης, ὅτι κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν γεγένηται, πιστεύσαντα τῇ δόξῃ, μὴ μόνον τῶν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένων μεμνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ Αἴτνης καὶ Ὀρτυγίας τοῦ πρὸς Συρακούσαις νησίου, καὶ Τυρρηνῶν. Id eſt: *Eratoſthenes Heſiodum conjicit, quum is accepiſſet de Vlyſſis circa Italiam ac Siciliam errore, fidemque huic opinioni haberet; non eorum modò feciſſe mentionem, quæ Homerus commemorat; ſed & Aetnæ, & Ortygiæ, quæ exigua jacet apud Syracuſas inſula, & Tyrrhenorum.* Ergo hic primus Vlyſſem ad Aetnam deduxit, centum circiter annis Homero poſterior. Atque apud Aetnam quidem poſteriùs eum Læſtrygonas adiſſe putavit in Leontino Catanenſique agro; ut ex Euſtathii ſuprà ſcriptis colligere eſt: priùs verò apud Ortygiam, è Lotophagorum terrâ adveniens, Cyclopas. unde etiam illud hauſit in Idyllio VII Theocritus:

Ἆρά γέ πα τῆνον τὸν ποιμένα, τὸν πόκ' Ἀνάπῳ,
Τὸν καρτερὸν Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι λᾶας ἔβαλλε,
Τοῖον νέκταρ ἔπεισε κατ' αὔλια ποσσὶ χορεῦσαι;

Hoc eſt:

Num paſtorem illum olim ad Anapum,
Fortem illum Polyphemum, qui in montibus ſaxa torquebat,
Tale nectar movit, ut per ſtabula pedibus ſaltaret?

Heſiodum, cur Ortygiam intellexerit inſulam, hæc verba Homeri moviſſe videntur:

Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν
Οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι.

Id eſt:

Portus in eâ eſt opportunus; ut non opus ſit funibus;
Neque ancoras ejicere, neque rudenteis alligare.

Quod ille de minore Syracuſarum ſive Laccio portu intellexiſſe potuit: nam in maiori portu aut ancoris opus erat, aut ſi ad litus propiùs accederes, funibus. At in minorem portum minùs jam quadrabunt iſta:

Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ,
Κρήνη ὑπὸ σπείους.

Id eſt:

Cæterùm ad initium portus fluit limpida aqua,
Fons ſub ſpecu.

Quod ille tamen de Arethuſâ haud dubiè accepit fonte. At in eamdem Ortygiam quomodò jam quadrabunt hæc:

Νῆσος ἔπειτα λάχεια παρὲκ λιμένος τετάνυσται
Γαίης Κυκλώπων, οὔτε σχεδὸν, οὔτ' ἀποτηλοῦ.
. * . * . * .
Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντων,
Καπνόν τ', αὐτῶν τε φθογγὴν οἰῶν τε καὶ αἰγῶν.

Hoc eſt:

Inſula hinc parva portui obtenditur
Terræ Cyclopum, neque prope neque longè ſita.
. * . * . * . * .
Cyclopum autem ad terram proſpicimus, qui propè erant;
Fumumque, ipſorumque murmur, oviumque & caprarum.

Nam Ortygia anguſtiſſimo à continenti ſeparata fuit euripo; ut hodiéque adparet, & ex antiquis auctoribus docuimus ſuprà lib. I cap. XII. ita, ut parum tutum Vlyſſi in hanc à continenti fuiſſet à Polyphemi irâ effugium. Sed neque hoc in eam congruit:

Ὑλήεσσ'· ἐν δ' αἶγες ἀπειρέσιαι γεγάασιν
Ἄγριαι. * . * . * .
Οὐ μὲν γάρ κακή γε, φέροι δέ κεν ὥρια πάντα.
Ἐν μὲν γὰρ λειμῶνες ἁλὸς πολιοῖο παρ' ὄχθας
Ὑδρηλοὶ, μαλακοί. μάλα κ' ἄφθιτοι ἄμπελοι εἶεν.
Ἐν δ' ἄροσις λείη· μάλα κεν βαθὺ λήϊον αἰεὶ
Εἰς ὥρας ἀμῷεν· ἐπεὶ μάλα πῖαρ ὑπ' οὖδας.

Hoc eſt:

Silvoſa: in qua capræ innumeræ gignuntur
Silveſtres. * . * .
Neque enim maligna eſt. ſed ferret tempeſtiva omnia.
Inſunt enim prata ad litus maris cani
Irrigua ac mollia. atque in primis perennes vites forent.
Eſtque in eâ facilis aratio; & profundus ſegetum campus ſemper
Suo tempore meteretur: quando valde pingue ſolum eſt.

Hæc ſanè maiori inſulæ, quàm Ortygia eſt, conveniunt. in *Aeguſam* verò noſtram ſive *Caprariam*, ante Erycem montem & Drepanum portum, cùm iſta tùm ſuperiora omnia omnibus numeris ac partibus congruunt. unde etiam Aeneæ fabula, ut antè dictum, eódem à Carthaginienſi litore tracta fuit.

Sequitur itaque poëta Homerus ita in ipſo fine lib. VIIII & principio lib. X:

Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν, ἀκαχήμενοι ἦτορ,
Ἄσμενοι ἐκ θανάτοιο, φίλους ὀλέσαντες ἑταίρους.
Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἴολος Ἱπποτάδης, φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι
Πλωτῇ ἐν νήσῳ.

Id eſt:

Hinc ultrà navigavimus, triſtes corde,
Læti ex morte evitatâ, poſtquàm caros amiſimus ſocios.
In Aeoliam autem pervénimus inſulam: ubi habitabat
Aeolus Hippotades, carus immortalibus diis,
Natanti in inſulâ.

Heic quid egerit, compendioſè ita enarrat Auſonius, in Periochâ Odyſſ. lib. X: *Hinc refert Aeoliam ſe fuiſſe pervectum; donisq; donatum ab Aeolo, rege ventorum. qui, omnibus comiter præbitis, quò ſecurior navigaret, ventos etiam dederit utre concluſos. utque, quum jam Ithacæ propinquaret, refuſus ſit in ſoporem; ſociique eius, opes aliquas in ſcorto ineſſe exiſtimantes, dormiente ipſo vincula diſſolverint; adverſiſque flatibus ab ipſâ patriâ jam ſint relati. inde ut ad Antiphaten Læſtrygonasque delatus ſit.* Ipſe Homerus:

Δῶκε δέ μοι δείρας ἀσκὸν βοὸς ἐννεώροιο·
Ἔνθα δὲ βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα.
Νηῒ δ' ἐνὶ γλαφυρῇ κατέδει μέρμιθι φαεινῇ
Ἀργυρέῃ, ἵνα μή τι παραπνεύσῃ ὀλίγον περ.
Αὐτὰρ ἐμοὶ πνοιὴν Ζεφύρου προέηκεν ἀῆναι.
Ἐννῆμαρ μὲν ὁμῶς πλέομεν νύκτας τε καὶ ἦμαρ·
Τῇ δεκάτῃ δ' ἤδη ἀνεφαίνετο πατρὶς ἄρουρα·
Καὶ δὴ πυρπολέοντας ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντας.

* * *

Ἀσκὸν μὲν λῦσαν· ἄνεμοι δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν.
Τοὺς δ' αἶψ' ἁρπάξασα φέρεν πόντονδε θύελλα
Κλαίοντας, γαίης ἀπὸ πατρίδος.
—— Οἱ δ' ἐφέροντο κακῇ ἀνέμοιο θυέλλῃ
Αὖτις ἐπ' Αἰολίην νῆσον.

Hoc eſt:

Dedit autem mihi excoriatum utrem bovis novennis,
In quo procelloſorum ventorum ligavit flatus.
Ego navi in cavâ adligavi funiculo ſplendido,
Argenteo: ne paululum quidquam præterflaret.
Cæterùm flatum Zephyri mihi immiſit, ut flaret.
Per novem dies continuò navigavimus nocte dieq;
Decimâ verò jam adparebat patria tellus.
Et jam, qui faces præferebant, vidimus propè exſiſtenteis.

* * *

Vtrem ſolverunt: ventique omnes eruperunt.
Illosque ſtatim furens ferebat in pontum procella,
Flenteis, terrâ à patriâ.
—— Illi autem ferebantur malo venti turbine
Rurſus ad Aeoliam inſulam.

En, ex hoc jam iterum loco manifeſtè adparet, in interno eum vagatum eſſe mari, non extra Columnas in Oceano. unde nullâ ratione VIIII dierum noctiumque ſpatio, niſi ventorum alis per aërem vectus, in Ithacam, quæ inter Acarnaniam & Peloponneſum juxta Cephaleniam vulgò nunc dicitur *Valle di Compare*, deferri potuit. At ab Aeoli ſive Liparâ inſulâ circùm Siciliam (per fretum enim non, niſi à Circe poſteà dimiſſus, navigavit) ad Ithacam usque tantumdem ferè ſpatii eſt, quantum à Maleâ ad Meningin. Quòd autem unâ eadémque tempeſtate ab Ithacâ ad Aeoliam circùm Lilybæum promontorium delatus ſit, id fortè fabuloſum ac manifeſtè confictum videri poterit. quamquàm haud diſertè id adfirmat poëta: variique potuerint eo ſpatio flaſſe venti. Cæterùm hic quoque ad imitationem Homeri conficta videtur navigatio Aeneæ. hic quidpe, quum jam plurimam longinqui itineris partem ab Ilio juxta Thraciam, Peloponneſum, Epirum, Italiæ partem, quæ Ionio adluitur mari, item Siciliæ orientale ac meridionale latus ad Drepanum usque & Erycem, emenſus eſſet, jamque minimum abeſſet, quin in exoptato tandem atque à diis ſibi dato Latio copias exponeret; ventorum vi ab reliquo itineris curſu retro in Africum litus actus fuit: moxque ad eumdem Drepanum portum montemque Erycem rediit. unde tandem in Latium devectus eſt. Sed & juxta Aeolias inſulas ipſum navigaſſe, refert Ovidius, Μεταμορφώσεων lib. XIII, his verbis:

Scylla loco manſit. quumque eſt data copia primùm,
In Circes odium ſociis ſpoliavit Vlyſſem.
Mox eadem Teucras fuerat merſura carinas;
Ni priùs in ſcopulum, qui nunc quoque ſaxeus exſtat,
Transformata foret. ſcopulum quoque navita vitat.
Hunc ubi Troianæ remis avidamque Charybdin
Evicère rates, quum jam prope litus adeſſent
Auſonium, Libycas vento referuntur ad oras.
Excipit Aeneam illic animoque domoque
Non benè diſſidium Phrygii latura mariti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Sidonis: inque pyrâ, ſacri ſub imagine factâ,
Incubuit ferro; deceptaque decipit omneis.
Rurſus arenoſæ fugiens novæ mœnia terræ,
Ad ſedeis Erycis fidumque relatus Aceſten,
Sacrificat; tumulumque ſui genitoris honorat.
Quaſque rateis Iris Iunonia penè cremârat,
Solvit: & Hippotadæ regnum, terraſque calenti
Sulfure fumanteis Acheloidumque relinquit
Sirenum ſcopulos: orbataque præſide pinus
Inarimen Prohytenque legit, ſterilique locatas
Colle Pythecuſas, habitantium nomine dictas.

Hinc etiam illud, quod de Aluntii, Aeoliis inſulis objecti opidi, conditore narrat Dionyſius Halicarnaſſenſis, dicto lib. I. Ἐκ δὲ Βουθρωτοῦ διαίρουσι τὸν Ἰόνιον, ἡγεμόνας ἔχοντες τῆς ναυτιλίας, οἱ συνέπλευσαν αὐτοῖς ἐθελούσιοι, συνεπισπώμενοι τοὺς σὺν Πάτρωνι τῷ Θουρίῳ. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν πλείους, ἐπειδὴ σῶος ὁ στρατὸς εἰς Ἰταλίαν ἀφίκετο, ἐπ᾽ οἴκου αὖθις ἀνεκομίσθησαν. Πάτρων δὲ πεισθεὶς ὑπ᾽ Αἰνείου κοινωνεῖν τῆς ἀποικίας, καὶ σὺν αὐτῷ τινες τῶν φίλων, ὑπέμειναν ἐν τῷ στόλῳ· οὓς ἔνιοί φασιν ἐν Ἀλουντίῳ κατοικῆσαι τῆς Σικελίας. Hoc eſt: *A Buthroto,* Epiri opido, *Ionium ſinum trajiciunt, ductoribus navigationis aliquot, qui ſe ultro comites addiderant; adſumto etiam Patrone Thurio cum ſuis. Horum plerique, poſtquàm exercitus in Italiam pervênit incolumis, retro, unde venerant, reverterunt. Patron, ab Aeneâ perſvaſus, ut unà in coloniam iret, & quidam ex eius ſociis, manſerunt in claſſe. quos nonnulli aiunt ſedeis fixiſſe in Aluntio Siciliæ opido.*

Porrò ab Aeolo quum non reciperetur reverſus Vlyſſes, ad *Læſtrygonas* hinc navigavit; inde ad *Circen*. Verba poëtæ, dicto Odyſſ. lib. x hæc ſunt:

Ὣς εἰπὼν, ἀπέπεμπε δόμων βαρέα στενάχοντα.
Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ.
Ἑξῆμαρ μὲν ὁμῶς πλέομεν νύκτας τε καὶ ἦμαρ·
Ἑβδομάτῃ δ᾽ ἱκόμεσθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον
Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην. *
Ἔνθ᾽ ἐπεὶ εἰς λιμένα κλυτὸν ἤλθομεν, ὃν περὶ πέτρη
Ἠλίβατος τετύχηκε διαμπερὲς ἀμφοτέρωθεν·
Ἀκταὶ δὲ προβλῆτες ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
Ἐν στόματι προὔχουσιν· ἀραιὴ δ᾽ εἴσοδός ἐστιν
—— Οὐ μὲν γάρ ποτ᾽ ἀέξετο κῦμά γ᾽ ἐν αὐτῷ,
Οὔτε μέγα οὔτ᾽ ὀλίγον. *
Ἔστην δὲ, σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθών·
Ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν οὔτ᾽ ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα,
Καπνὸν δ᾽ οἷον ὁρῶμεν ἀπὸ χθονὸς ἀΐσσοντα.
Δὴ τότ᾽ ἐγὼν ἑτάρους προΐειν πεύθεσθαι ἰόντας,
Οἵτινες ἀνέρες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες.
Οἱ δ᾽ ἴσαν ἐκβάντες λείην ὁδὸν, ᾗπερ ἅμαξαι
Ἄστυ δ᾽ ἀφ᾽ ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον ὕλην.
Κούρῃ δὲ ξύμβληντο πρὸ ἄστεος ὑδρευούσῃ,
Θυγατέρ᾽ ἰφθίμῃ Λαιστρυγόνος Ἀντιφάταο·
Ἡ μὲν ἄρ᾽ ἐς κρήνην κατεβήσετο καλλιρέεθρον
Ἀρτακίην· ἔνθεν γὰρ ὕδωρ προτὶ ἄστυ φέρεσκον.

· * · * ·

Φοίτων ἴφθιμοι Λαιστρυγόνες ἄλλοθεν ἄλλος,
Μυρίοι, οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ γίγασι.

· * · * ·

Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν·
Αἰαίην δ᾽ ἐς νῆσον ἀφικόμεθ᾽· ἔνθα δ᾽ ἔναιε
Κίρκη. *
Ἔνθα δ᾽ ἐπ᾽ ἀκτῆς νηῒ κατηγαγόμεσθα σιωπῇ
Ναύλοχον ἐς λιμένα.
Καρπαλίμως παρὰ νηὸς ἀνήϊον ἐς περιωπὴν,
Εἴ πως ἔργα ἴδοιμι βροτῶν, ἐνοπήν τε πυθοίμην.

Ἔστην δ᾽, σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθών.
Καί μοι ἐείσατο καπνὸς ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Κίρκης ἐν μεγάροισι, διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην.

· * · * ·

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ σχεδὸν ἦα κιὼν νεὸς ἀμφιελίσσης,
Καὶ τότε τίς με θεῶν ὀλοφύρατο μοῦνον ἐόντα,
Ὅς ῥά μοι ὑψίκερων ἔλαφον μέγαν εἰς ὁδὸν αὐτὴν
Ἧκεν· ὁ μὲν ποταμόνδε κατήϊεν ἐκ νομοῦ ὕλης.

· * · * · * · * ·

Εἶδον γὰρ, σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθὼν,
Νῆσον, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.
Αὐτὴ δ᾽ χθαμαλὴ κεῖται, καπνὸν δ᾽ ἐνὶ μέσσῃ
Ἔδρακον ὀφθαλμοῖσι διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην.

· * · * ·

Βῆ δ᾽ ἰέναι, ἅμα τῷ γε δύω καὶ εἴκοσ᾽ ἑταῖροι.
Εὗρον δ᾽ ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης
Ξεστοῖσι λάεσσι, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ.

Hoc eſt:

Sic fatus, dimiſit ex ædibus graviter ſpirantem.
Hinc verò ulteriùs navigavimus, triſtes corde.
Sex dies continuò navigavimus noctè dieq;:
Septimâ verò vénimus Lami ad excelſam vrbem,
Longè diſtanteis portas habentem Læſtrygoniam.
Ibi poſtquàm in portum inclytum vénimus, quem circùm petra
Excelſa erat, contiguè utrimque:
Litora autem prominentia, aduerſa ſibi invicem,
In oſtia procurrunt. anguſtus autem eſt introitus.
—— Numquàm enim attollitur fluctus in ipſo
Neque magnus neque parvus.
Stabam verò ſpeculâ excelſâ conſcenſâ.
Ibi neque boum neque hominum adparebant opera.
Fumum ſolummodò videbamus à terrâ ſeſe attollentem.
Socios igitur præmiſi, vt profecti ſciſcitarentur
Quinam homines eſſent in eâ terrâ panem edentes,
Illi iverunt, egreſſi in planam viam, qua currus
Ad urbem ab excelſis montibus deducunt ligna.
Puellæ verò obvii facti ſunt ante urbem aquam petenti,
Filiæ fortis Læſtrygonis Antiphatæ:
Quæ ad fontem deſcenderat limpidum
Artaciam. hinc quidpe aquam ad vrbem ferebant.

· * · * ·

Ibant fortes Læſtrygones aliunde alius,
Innumeri; non hominibus ſimiles, ſed gigantibus.

· * · * ·

Hinc ulteriùs navigavimus.
Aeæam autem ad inſulam pervénimus: ubi habitabat
Circe.

*

Heic verò ad litus devénimus navi clam,
Navium capacem in portum.
Celeriter ab navi adſcendi in ſpeculam;
Sicubi opera viderem mortalium, vocemque audirem.
Stabam autem ſpeculâ præruptâ conſcenſâ.
Et mihi adparebat fumus à terrâ latâ;
Circes in ædibus, per arbores denſas & ſilvam.

· * · * ·

Sed quando jam valdè propè navim eram utrimque agitatam.
Tunc certè aliquis deorum me miſertus eſt, ſolum exſiſtentem:

Qui

Qui mihi excelſis cornibus cervum magnum in viam ipſam
Miſit; qui ad flumen deſcendebat ex paſcuis ſilvæ.

* * * *

Vidi enim, ubi ſpeculam excelſam adſcendi,
Inſulam, quam pontus immenſus circumdat.
Ipſa verò humilis jacet. fumum verò in medio
Vidi oculis per denſas arbores & ſilvam.

* *

Feſtinabat igitur ire; & unà cum eo XXII *ſocii.*
Inveniebant autem in convalle ædificatam domum Circes
Politis lapidibus, conſpicuo in loco.

Hæ Læſtrygonum Circesque ſedes quum diſpectu forent perquàm difficiles, nonnulli poëtæ interpretes Læſtrygonas poſuêre in Leontino agro: ea haud dubiè ratione, quòd *ſimiles* dicuntur fuiſſe *gigantibus*: quos illi intelligebant Cyclopas apud Aetnam montem: qua de re plura attulimus ſuprà, lib. I. cap. II. Sed ſatis abſurdum atque ineptum fuit, Vlyſſem primò à Maleâ ad Camarinenſem vel Agrigentinum agrum deducere; ubi Lotophagos iſti poſuêre; mox inde ad Aetnam; hinc verò ad Aeoli inſulam; atque inde in Ithacæ conſpectum: hinc iterum ad Aeoli inſulam, atque hinc rurſus ad Aetnam ſive Leontinos agros; & inde demum neſcio ad quam Circes inſulam. Alii verò, decorum fabulæ ordinemque navigationis diligentiùs obſervantes, Læſtrygonas poſuêre in Italiâ ad Formianum litus; ipſum opidum Formias Lami facientes ſedem; ut in opere de Italiâ oſtenſum eſt. Et huc reſpexiſſe etiam Aeneiæ fabulæ conſtructores puto. nam Virgilius Aeneam à Cimmeriis, qui apud Cumas Campaniæ credebantur eſse, primùm ad Caietam, quæ Formianum ſinum ab occaſu claudit, atque inde ad Circæum montem navigantem facit. Verba eius fine Aeneid. lib. VI ſunt iſta:

Tum ſe ad Caietæ recto fert litore portum.
Ancora de prorâ jacitur; ſtant litore puppes.

Et initio lib. VII:

Tu quoque litoribus noſtris Aeneia nutrix,
Aeternam moriens famam Caieta dediſti:
Et nunc ſervat honos ſedem tuus.

* *

Proxima Circææ raduntur litora terræ;
Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos
Adſiduo reſonat cantu; tectisque ſuperbis
Vrit odoratum nocturna in lumina cedrum.
Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum,
Vincla recuſantum, & ſerâ ſub nocte rudentum:
Setigeriq; ſues, atque in præſepibus urſi
Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum:
Quos hominum ex facie dea ſæva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.
Quæ ne monſtra pii paterentur talia Troës,
Delati in portus, neu litora dira ſubirent,
Neptunus ventis implevit vela ſecundis;
Atque fugam dedit, & præter vada fervida vexit.

* *

Atque heic Aeneas ingentem ex æquore lucum
Proſpicit. hunc inter fluvio Tiberinus amæno
Verticibus rapidis & multâ flavus arenâ
In mare prorumpit.

Et de eâdem Aeneæ Vlyſsisque navigatione ita Ovidius, dicto Μεταμορφώσεων lib. XIIII:

Talia convexum per iter memorante Sibyllâ.
Sedibus Euboicam Stygiis emerſit in urbem
Troïus Aeneas ſacrisque ex more litatis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Litora adit, nondum nutricis habentia nomen.
Heic quoque ſubſtiterat poſt tædia longa laborum
Neritius Macareus, comes experientis Vlyſſei.
Deſertumque olim medus in rupibus Aetnæ
Noſcit Achemæniden.

Hinc poſteà Macareus Athæmenidi recitat, qua ratione ad ea litora adpulerit cum Vlyſse.

Aeolon ille refert Tuſco regnare profundo,
Aeolon Hippotaden cohibentem carcere ventos:
Quos bovis incluſos tergo (memorabile munus)
Dulichium ſumſiſſe ducem, flatuque ſecundo
Lucibus iſſe novem, & terram adſpexiſſe petitam.
Proxima poſt nonam quum ſeſe Aurora moveret,
Invidiâ ſocios predæque cupidine captos,
Eſſe ratos aurum, demſiſſe ligamina ventis:
Cum quibus iſſe retro, per quas modò venerat undas;
Aeolique ratem portus repetiſſe tyranni.
Inde Lami veterem Læſtrygonis, inquit, in vrbem
Venimus: Antiphates terrâ regnabat in illâ.
Miſſus ad hunc ego ſum, numero comitante duorum.
Vixque fugâ quæſita ſalus comitique mihique:
Tertius è nobis Læſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo. fugientibus inſtat, & agmen
Concitat Antiphates. coëunt, & ſaxa trabeisque
Conjiciunt; merguntque viros, merguntque carinas.
Vna tamen, quæ nos ipſumque vehebat Vlyſſem,
Fugit: & amiſſâ ſociorum parte dolentes
Multaque conqueſti terris allabimur illis,
Quas procul hinc cernis. procul hinc (mihi crede) videnda,
Inſula viſa mihi. tuque, ô juſtiſſime Troum
Nate deâ (neque enim finito Marte vocandus
Hoſtis es, Aenea) moneo, fuge litora Circes.

Narrat hinc reliqua ex Homero, ut ad Circen ab Vlyſſe miſſi ſocii in feras veneficiis converſi fuerint. Hinc igitur patet, veteres illos Homeri interpretes Læſtrygonum poſuiſſe ſedem in Formiano agro. qua de re plura mihi dicta in deſcriptione harum orarum. Hinc illud Horatii, Carm. lib. III, odâ XVII, ad Aelium Lamiam:

Aeli, vetuſto nobilis ab Lamo;
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatas, & nepotum
Per memores genus omne faſtos,
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps & innantem Maricæ,
Litoribus tenuiſſe Lirin,
Latè tyrannus.

Plinius, lib. III, cap. V: *Caieta portus: opidum Formiæ, [anteà] Hormiæ dictum; ut exiſtimavêre, antiqua Læſtrygonum ſedes.* At Strabo, lib. VI: Φορμίαι Λακωνικὸν κτίσμα ἐστὶν, Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον, διὰ τὸ εὔορμον. Id eſt: *Formiæ Laconum opus, prius Hormiæ dictæ fuêre, ob litoris ad excipiendas naveis opportunitatem.* Certè Homerus Læſtrygonum urbem non litoralem facit, ſed à mari remotam. nec ea portus deſcriptio huc ad Formias convenit. Proinde finxiſſe eum ea ſpecie portum credibile eſt, vel aliam alicubi oram intellexiſſe. Atque hæc videtur ratio fuiſſe cur quidam Circen & Sirenes in Sardiniâ Corſicâque poſuerint. Marcianus Heracleenſis, in Orbis deſcriptione:

Ἐν τῷ πόρῳ κεῖνται δὲ νῆσοι πελάγιαι

Κύρνος τε καὶ Σαρδώ, μεγίστη λεγομένη
Μετὰ τὴν Σικελίαν νῆσον· αἵ τε πρίν ποτε
Σειρηνίδες Κίρκης τε νῆσοι λεγόμεναι.

Id eſt:

In freto jacent inſulæ alto
Corſica & Sardinia; maxima dicta
Secundùm Siciliam inſulam: quæ quomdam
Sirenides & Circes inſulæ adpellatæ.

Sed rebus veris multa heic etiam figmenta, induxiſſe Homerum, patet vel ex eo, quòd Vlyſſem introducit, adfirmantem, ſe ex altâ rupe vidiſſe *inſulam humilem, mari immenſo cinctam*: in quam tamen mox ſine navi miſit ſocios. Plinius, dicto lib. III. cap. V: *Circeii, quomdam inſula, immenſo quomdam mari circumdata; ut creditur Homero: at nunc planitie.* Rectiùs Strabo, lib. VI: Μετὰ δὲ Ἄντιον τὸ Κιρκαῖόν ἐστιν, ὄρος νησιάζον θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσιν. Id eſt: *Poſt Antium eſt Circæus mons: quem mare atque paludes in inſulæ ſpeciem cingunt.* Et Servius, in Virgilii Aeneid. lib. III: *Qui nunc Circæus mons à Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, inſula fuit, nondum ſiccatis paludibus, quæ eam dividebant à continenti.* Ea ſanè eius etiam nunc facies eſt, cùm è mari tùm è terrâ procul viſentibus, uti inſula eſſe ignaris credatur. Tale quid quum audiviſſet de eo Homerus; reliquum illud de *immenſo mari* poëtico more adfinxit. Nomen verò *Circes* jam Homeri tempeſtate clarum atque celebre in his locis fuiſſe, haud equidem ego dubitaverim, quando apud Heſiodum, qui centum annis, ut antè dixi, Homero fuit poſterior, ita in fine de Generatione deorum legitur:

Κίρκη δ' Ἠελίου θυγάτηρ Ὑπεριονίδαο
Γείνατ' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι
Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε.
Οἳ δή τοι μάλα τῆλε μυχῷ νήσων ἱεράων
Πᾶσιν Τυρσηνοῖσιν ἀγακλυτοῖσιν ἄνασσον.

Hoc eſt:

Circe verò Solis filia, filii Hyperionis,
Peperit Vlyſsis ærumnoſi in amore
Agrium atque Latinum inculpatum fortemque:
Qui ſanè valdè procul in receſſu inſularum ſacrarum
Omnibus Tyrrhenis valdè inclytis imperabant.

Hinc etiam Dionyſius Halicarnaſſenſis, dicto lib. I: Ξεναγόρας δὲ ὁ συγγραφεὺς Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοὺς γενέσθαι φησὶ τρεῖς, Ῥῶμον, Ἀντίαν, Ἀρδέαν· οἰκίσαντας δὲ τρεῖς πόλεις, ἀφ' ἑαυτῶν θέσθαι τοῖς κλίμασι τὰς ὀνομασίας. Id eſt: *Xenagoras hiſtoricus Vlyſsis & Circes treis ait fuiſſe filios, Romum, Antiam, Ardeam: qui conditis tribus opidis à ſe nomina impoſuêre.* De cætero apud Melam, lib. II cap. VII hæc leguntur: *Circa Siciliam in Siculo freto eſt Aeæe; quam Calypſo habitaſſe dicitur: Africam verſus Gaulos, Melita, Coſura.* Atqui Aeæa erat eadem, quæ poſteà *Circæus* mons in Latio Italiæ. Homerus, dicto Odyſs. lib. X:

Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιε
Κίρκη.

Id eſt:

Aeæam ad inſulam pervênimus: ubi habitabat
Circe.

Scilicet, quum Calypſô in Siculi freti ſeu pelagi inſulâ Ogygiâ, ſive Melitâ, habitaſſe diceretur, ut ſuperiori capite docui; eademque nonnullis haberetur & Circe; geographus iſte noſter utrumque locum confudit. Heſiodus equidem cum aliis diſertè inter Calypſô & Circen diſtingvit. ſuperioribus quidpe iſta continuò connectit:

Ναυσίθοον δ' Ὀδυσῆϊ Καλυψὼ δῖα θεάων
Γείνατο, Ναυσίνοόν τε, μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι.

Hoc eſt:

Nauſithoum verò Vlyſsi Calypſo præſtantiſſima dearum
Peperit, Nauſinoumque, mixta grato amore.

At pro unâ eâdemque deâ ſive nymphâ nonnullis antiquiſſimis mortalibus habita fuiſſe duo iſta nomina, præter haud leve illud ex Melâ argumentum, manifeſtiſſimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ſimo etiam documento eſt *Auſonum* gens, apud Circæum montem quòmdam incolens; ut in Italiæ opere oſtenſum. de qua ita Marcianus Heracleenſis, ἐν Περιηγήσει·

Εἰσὶ δ᾽ ἐπάνω μὲν τῶν Πελασγῶν Ὀμβρικοὶ,
Οὓς ᾤκισεν ὁ ἐκ Κίρκης Ὀδυσσεῖ γενόμενος.
Λατῖνος, Αὔσονές τε μεσόγειον τόπον
Ἔχοντες, Αὔσων οὓς συνοικίσαι δοκεῖ,
Ὀδυσσέως παῖς καὶ Καλυψοῦς γενόμενος.
Ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις δὲ Ῥώμη ἐστὶ πόλις.

Hoc eſt:

Sunt autem ſupra Pelaſgos Vmbri;
Quos condidit è Circe Vlyſſi prognatus
Latinus; & Auſones, mediterranea loca
Obtinentes; quos Auſon condidiſſe putatur,
Vlyſſis & Calypſûs filius.
In his verò populis eſt urbs Roma.

Sed clarius uti hoc documentum reddatur; en ipſius etiam Circes dicebatur quibusdam filius Auſon. Auctor Etymologici magni: Αὔσονες, οἱ Ἰταλοὶ, καὶ Αὐσονία ἡ Ἰταλία· οὐκ ἀπὸ Αὔσονος τοῦ Κίρκης ἢ Καλυψοῦς καὶ Ὀδυσσέως. Id eſt: *Auſones ſunt Itali, & Auſonia Italia: non ab Auſone dicta, Circes, vel Calipſûs atq; Vlyſſis filio.* Et Ioannes Tzetzes in Chiliadibus:

Ἡ Αὐσονία ἔσχηκε τὴν κλῆσιν τῶν Αὐσόνων
Καθά τινας ἐξ Αὔσονος, υἱοῦ τοῦ Ὀδυσσέως.
Ἐκ γὰρ τῆς Κίρκης Ὀδυσσεὺς τῆς πᾶσι θρυλλουμένης
Αὔσονα καὶ Τηλέγονον γεννᾷ καὶ Κασιφόνην.

Id eſt:

Auſonia habuit adpellationem Auſonum
Vt quidam tradunt ab Auſone, filio Vlyſſis.
Ex Circe enim, omnibus celebratâ, Vlyſes
Auſonem & Telegonum procreavit, Caſiphonamq;.

Hinc mare etiam Italicum dicebatur *Auſonium.* cuius pars inter Siciliam & Epirum quia Græcis maximè præ reliquo cognita foret; Auſonem in hac Italiæ fronte regnaſſe dixerunt; eóque Calypſûs inſulam ſibi finxerunt circa Lacinium promontorium ſive Crotonem: ubi nullæ conſpiciuntur inſulæ, niſi exigui quidam ſcopuli, aſperi, atque nudi. qua de re plura nobis dicta in expoſitione huius oræ, in opere de Italiâ. Verùm antiquiſſimos mortaleis per Aeæam Circes inſulam intellexiſſe Circæum Italiæ montem, ſatis clarè ex hactenus dictis patet. Heic quid egerit apud Circen Vlyſſes, breviter ſic exponit Auſonius in dictâ Periochâ Odyſſ. lib. x. *Inde ut ad Antiphaten Læſtrygonasque delatus ſit. ibi amiſſis unâ minùs cæteris navibus, Circæum litus acceſſerit. ibique veneficio potentis deæ Eurylochus & præmiſſi cum eo ſocii in ferarum ora converſi ſint. ipſe etiam ſimilia paſſurus, Mercurio procurante vitaverit; cæterosque ſocios ad ſpeciem priſtinam redigi, virtutis admiratione, compulerit.*

Porrò à Circe poſt annuam moram ad *Cimmerios* delatus eſt. Idem Auſonius, Periochâ lib. XI: *Digreſſus à Circe Avernum pervênit. qui locus deſcenſus ad Maneis exiſtimatur. Ibi ſacris ritè perfectis, ſcrobem complet ſangvine victimarum: & circumvolitantibus animabus nullam ſinit hauſtum cruoris attingere, niſi, ut Circe monuerat, priùs Tireſias vates inde libaſſet. Ibi & heroidas plurimas videt. quarum enumerationem multâ veterum fabularum venuſtate contexit.* Ad eumdem locum Aeneas quoque à ſuis fictoribus deductus eſt. qua de re Virgilius integrum Aeneidis ſuæ librum VI ad imitationem Homeri compoſuit: niſi quòd apud hunc Tireſias vates Vlyſſi exponit, quæ apud Virgilium Sibylla Aeneæ. Eſt autem *Avernus lacus* in Campaniæ litore inter Puteolos atque Cumas: apud quem Cimmerios ſuos finxit Vlyſſes; ut in Italiæ opere fuſiùs expoſitum. Hinc Virgilius, dicto libro:

Et tandem Euboicis Cumarum adlabimur oris.

Apud Homerum Circe ita adloquitur Vlyſſem diſceſſurum:

Ἱστὸν δὲ στήσας, ἀνὰ δ᾽ ἱστία λευκὰ πετάσσας,
Ἧσθαι· τὴν δέ κέ τοι πνοιὴ Βορέαο φέρῃσιν.
Ἀλλ᾽ ὁπότ᾽ ἂν δὴ νηὶ δι᾽ Ὠκεανοῖο περήσῃς,

Ἔνθ᾽

Ἔνθ' ἀκτή τε λάχεια καὶ ἄλσεα Περσεφονείης,
Μακραί τ' αἴγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι,
Νῆα μὲν αὐτοῦ κέλσαι ἐπ' Ὠκεανῷ βαθυδίνῃ.
Αὐτὸς δ' εἰς Ἀΐδεω ἰέναι δόμον εὐρώεντα.
Ἔνθα μὲν εἰς Ἀχέροντα Πυριφλεγέθων τε ῥέουσι,
Κωκυτός θ', ὃς δὴ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ.

Hoc eſt:

Malo igitur erecto, albisque velis ab eâ extenſis,
Tu ſede. illam verò tibi flatus Boreæ feret.
Sed quum jam navi per Oceanum transmiſeris,
Vbi litus breve & nemora Proſerpinæ
Longæque alni & ſalices frugiperdæ;
Navim illic ſiſte ad Oceanum profundis vorticibus:
Ipſe autem in Plutonis eas domum obſcuram;
Vbi in Acherontem Pyrphlegethon confluit
Et Cocytus; qui Stygis aquæ eſt fluxus.

Et lib. XI:

Ἡμῖν δ' αὖ κατόπισθε νεὸς κυανοπρώροιο
Ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον, ἐσθλὸν ἑταῖρον,
Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα.
Ἡμεῖς δ' ὅπλα ἕκαστα πονησάμενοι κατὰ νῆα
Ἥμεθα. τὴν δ' ἄνεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνεν.
Τῆς δὲ πανημερίης τέταθ' ἱστία ποντοπορούσης·
Δύσετό τ' ἥλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
Ἡ δ' ἐς πείραθ' ἵκανε βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο·
Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.

Hoc eſt:

Nobis autem rurſus à poſteriore parte navis nigræ prorâ
Secundum ventum immittit, implentem velum, bonum ſocium
Circe pulcricoma, horrenda dea, altiloqua.
Nos autem armis ſingulis ordinatis per navem
Sedimus. Hanc ventus gubernatorque dirigebat.
Eiusque totâ die extendebantur vela per pontum iter facientis.
Occidit autem Sol; obſcurabanturque omnes vici:
Illa ad fineis pervênit profundi Oceani;
Vbi Cimmeriorum erat virorum populus atque civitas:
Qui caligine & nubibus tecti ſunt; neque umquàm eos
Sol lucidus adſpicit radiis.

En, quia brevis erat navigatio à Circæo monte ad Miſenum usque & ſinum Puteolanum; igitur ait intra unius diei ſpatium vento ſecundo eò ſe eſſe devectum: & vento quidem Boreâ. Hinc Servius, ad prædictum Virgilii Aeneid. lib. VI: *Quamquàm fingatur in extremâ Oceani parte Vlyſſes fuiſſe. quod ipſe Homerus falſum eſſe oſtendit ex qualitate locorum, quæ commemorat, & tempore navigationis. dicit enim, eum circa unam noctem navigaſſe; & ad locum veniſſe, ubi ſacra perfecit. quod de Oceano non procedit: de Campaniâ manifeſtiſſimum eſt*. Per Oceanum heic intelligi Lucrinum Avernumque lacus, per breve autem ſeu tenue litus Herculis aggerem, quem vocabant, inter Tyrrhenum mare & ſinum Lucrinum, plurimis atque validiſſimis quum in Italiæ opere ſit demonſtratum documentis; heic quoque accuratam poëtæ horum locorum cognitionem mirari fas ſit. Plutonis autem domum ac fluvios infernaleis hisce in locis finxit, quia erat antrum ad dictum Avernum lacum; & haud ita procul ignium è terrâ evomitiones, ac profluvia: quorum pars etiam nunc durat in loco, qui quomdam ob id dicebatur *Vulcani forum*; nunc verò vulgò eſt *La Solforara*. Credo Homerum conſultâ operâ grammaticis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ſuis interpretibus crucem voluiſſe figere hoc ipſo *Oceani* vocabulo. Verùm non magnum illud mare externum, quod Atlanticum vocatur, eum intellexiſſe, vel ex iis ſatis patebat verbis, quæ ſunt initio lib XII huiusmodi:

Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο
Νηῦς, ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο
Νῆσον ἐς Αἰαίην.

Id eſt:

Cæterùm poſtquàm fluvii reliquit fluentem oceani
Navis, abiit per fluctus maris latiflui
Inſulam ad Aeæam.

En, ut diſertè ait, Vlyſſem ex fluvio Oceano exiviſſe in maius atque latifluum mare. quorum hoc intelligi mare Tyrrhenum, illo verò Lucrinum ſinum, in Italiæ opere docui. Ab Averno igitur lacu & Cimmeriis rediit in Aeæam inſulam ad Circen. qua de re ita Auſonius, in Periochâ Odyſs. lib. XII: *Compertis à Tireſiâ vate, quæ oportuit ſcire, regreditur ad Circen: ab eâq́, ut evitet mala cætera, edocetur. ut Sirenas prætereant; letalem navigantium cantilenam: ut Scyllam prætervehatur & Charybdin, freti Siculi famoſa portenta. Quibus malis non ſine gravi perpeſſione ſuperatis, Trinacriam pervehitur. ubi incuſtodita Solis armenta, fruſtra prohibente ipſo, cæteri ſocii, penuriâ cogente, dilaniant: dirisque prodigiis admiſſâ boum cæde terrentur. ac mox inde navigantes, fulmine ad unum omnes intereunt, excepto Vlixe. qui fragmento carinæ cohærens, & adminiculo eius adjutus, ad Ogygiam inſulam ſolus enavit.* Sirenas alios citra fretum Siculum in Italiæ poſuêre litore, alii extra fretum apud Siciliam; ut ad Italiam in expoſitione Campani litoris oſtenſum eſt. Homerus autem diſertè inter Aeæam inſulam & Scyllam Charybdimque refert. quas poſteà interpretes eius & omnes geographi in tribus ſcopulis ante Surrentinum ſive Minervæ promontorium collocarunt: quos inde *Sirenum* adpellavêre *ſcopulos* ſive *ſaxa*, & *Sirenuſas inſulas*. Vnde etiam Virgilius, ſuum circa eadem circumductans loca Aeneam, ita fine lib. V. canit:

Iamque adeò ſcopulos Sirenum advecta ſubibat,
Difficileis quomdam, multorumque oſſibus albos;
Tum rauca adſiduo longè ſale ſaxa ſonabant.

Sed ipſe Homerus longè aliam earum intellexiſſe videtur ſedem. ſic quippe dicto Odyſs. lib. XII Circen introducit Vlyſſem adloquentem:

Ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ
Ἥμεναι ἐν λειμῶνι.

Id eſt:

Sed Sirenes dulci demulcent cantilenâ
Deſidentes in prato.

Et poſteà Vlyſſem fingit, ita ſociis de Circes monitis referentem:

Σειρήνων μὲν πρῶτον ἀνώγει θεσπεσιάων
Φθόγγον ἀλεύασθαι, καὶ λειμῶν' ἀνθεμόεντα.

Hoc eſt:

Sirenum primùm jubet divinarum
Vocem evitare & pratum floridum.

Hinc etiam Apollonius, Ἀργοναυτικῶν lib. IIII, ita de ſuis Argonautis:

——— Αἶψα δὲ νῆσον
Καλὴν ἀνθεμόεσσαν ἐσέδρακον, ἔνθα λίγειαι
Σειρῆνες σίνοντ' Ἀχελωΐδες, ἡδείῃσι
Θέλγουσαι μολπῇσιν ὅτις παρὰ πεῖσμα βάλοιτο.

Id eſt: ——— *Mox ad inſulam*
Pulcram floridam perveniunt; ubi argutæ
Sirenes nocent Acheloides, dulcibus
Demulcentes cantilenis, ſi quis auſus fuerit accedere.

In his diſertè ſedes Sirenum adpellatur una inſula; eaque pulcra ac florida. ea nulla alia poteſt eſſe, quàm quæ, ante Surrentum opidum & Mineruæ ſive Surrentinum promontorium ſita, alio nomine dicta eſt *Capreæ*, vulgo nunc *Capri*. Hinc quum in mare ſeſe præcipitaſſent, converſas eſſe in treis illos ſuprà dictos ſcopulos, antiquitas fabulata eſt; ut in Italiâ docuimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Cæterùm ab hac Sirenum inſulâ ſtatim per fretum Siculum navigantem facit Vlyſſem Homerus inter Scyllam & Charybdin. de quibus locis quæ vera quæ item falſa tradiderit, ſuprà lib. I cap. V. in expoſitione freti & Charybdis, & item ad Italiam in deſcriptione Scyllæ fusè ſimul & diligenter indicavimus. Aeneiæ fabulæ fictores, quum hæc etiam loca Aeneæ erroribus inſerere cuperent; nec tamen ritè per ipſum fretum ducere eum poſſent; quidpe cui ad Vlyſſis imitationem Africæ Syrtes & Siciliæ Eryx Aeoliæque inſulæ adeundæ erant; nec ab Italiâ in Græciam vel Aſiam revertendum: ab Epiro extimum Italiæ litus ad fretum usque, & inde orientale meridionaleque Siciliæ latera ad Erycem usque præternavigantem fecerunt. & ut Homerus Circen fingit Vlyſſi de transnavigando freto præcepta dantem, ſic apud Virgilium Helenus Troianum Aeneam in Epiro monet de eodem fugiendo.

Cæterùm Vlyſſes transmiſſo freto ſtatim ad Thrinaciam ſive Solis inſulam adpulit; id eſt, ut interpretes poëtæ & geographi omnes exponunt, ad Siciliam. qua de re plura nobis diſſerta ſuprà lib. I cap. II. Apud Homerum, dicto Odyſſ. lib. XII, Circe ita infit ad Vlyſſem:

Θρινακίην δ' ἐς νῆσον ἀφίξεαι· ἔνθα ἢ πολλαὶ
Βόσκοντ' Ἠελίοιο βόες καὶ ἴφια μῆλα.
Thrinaciam ad inſulam pervenies; ubi multæ
Paſcuntur Solis boves & pingvia pecora.

Et ipſe poſteà Vlyſſes:

Αὐτὰρ ἐπεὶ πέτρας φύγομεν, δεινήν τε Χάρυβδιν,
Σκύλλην τ', αὐτίκ' ἔπειτα θεοῦ ἐς ἀμύμονα νῆσον
Ἱκόμεθ'· ἔνθα δ' ἔσαν καλαὶ βόες εὐρυμέτωποι,
Πολλὰ δὲ ἴφια μῆλ' Ὑπερίονος Ἠελίοιο.

Hoc eſt:

Cæterùm poſtquàm petras effugimus, horrendam Charybdin
Scyllamque, ſtatim deinde dei ad eximiam inſulam
Pervénimus; ubi pulcræ erant boves latis frontibus
Multaque pingvia pecora ſupermeantis Solis.

Sic & Apollonius, dicto Ἀργοναυτικῶν lib. IIII, de ſuis Argonautis:

—— Οἱ δ' ἀνέμοιο
Αὖτις ἐπαυρόμενοι, προτέρω θέον. ὦκα δ' ἄμειβον
Θρινακίης λειμῶνα, βοῶν τροφὸν Ἠελίοιο.

Hoc eſt:

—— *At illi ventum*
Rurſus ſecundum nacti, ultrà tendebant. ſtatimque pervenerunt
Thrinaciæ ad pratum; ubi Solis paſcebantur boves.

Ergò imperitè poſteà fecêre illi Homeri interpretes, qui ſtabula boum Solis citrà fretum in Mylenſi poſuerunt litore; ut ſuprà libri huius II cap. V notavimus. De cætero, quum Solis boves, dormiente Vlyſſe, mactatos abſumſiſſent ſocii eius, tempeſtas abnavigantibus immiſſa eſt, qua omnes perierunt, ipſo ſolo excepto; qui ad Charybdim rejectus. unde iſti verſus eodem libro:

Ἔνθ' ἤτοι Ζέφυρος μὲν ἐπαύσατο λαίλαπι θύων·
Ἦλθε δ' ἐπὶ Νότος ὦκα, φέρων ἐμῷ ἄλγεα θυμῷ,
Ὄφρ' ἔτι τὴν ὀλοὴν ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν.

Id eſt:

Tunc quidem Zephyrus ceſſavit turbine ſævire:
Supervénit autem Notus celeriter, dolores ferens animo meo;
Donec rurſus ad diram diverterer Charybdin.

En, ut hactenus omnia ritè inter ſe congruunt, A Circes inſulâ Aeæâ Boreâ vento ait delatum ſe eſſe ad Cimmerios. heic verò quum jam ab Thrinaciâ, id eſt, Siciliâ, in altum provectus eſſet, Noto ſe iterum ad Charybdin rejectum narrat.

Hinc porrò, malo navis confractæ carinæque inſidens, ad Calypsûs inſulam Ogygiam ſolus delatus eſt, quod ita refert eodem lib. XII:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Ἑζόμενος δ' ἐπὶ τοῖσι διήρεσα χερσὶν ἐμῇσι.
Ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην· δεκάτῃ δέ με νυκτὶ
Νῆσον ἐς Ὠγυγίην πέλασαν θεοὶ, ἔνθα Καλυψὼ
Ναίει. Hoc eſt:
Sedens ſuper hæc, remigavi manibus meis.
Atque novem hinc dies ferebar. decimâ autem me nocte
Inſulam in Ogygiam adpulerunt dii; ubi Calypſo
Habitat.

Calypſûs inſula vario ſitu à variis locata eſt poëtæ interpretibus. Apud Platonem in Timæo ſacerdotes introducuntur Aegyptii, in hunc modum cum Solone diſſerentes: Λέγει γὰρ τὰ γεγραμμένα, ὅσην ἡ πόλις ὑμῶν ἔπαυσέ ποτε δύναμιν, ὕβρει πορευομένην ἅμα ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, ἔξωθεν ὁρμηθεῖσαν ἐκ τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους. τότε γὰρ πορεύσιμον ἦν τὸ ἐκεῖ πέλαγος. νῆσον γὰρ πρὸ τοῦ στόματος εἶχεν, ὃ καλεῖτε, ὥς φατε ὑμεῖς, Ἡρακλέους στήλας. ἡ δὲ νῆσος ἅμα Λιβύης ἦν καὶ Ἀσίας μείζων, ἐξ ἧς ἐπιβατὸν ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους τοῖς τότ' ἐγίγνετο πορευομένοις, ἐκ δὲ τῶν νήσων ἐπὶ τὴν καταντικρὺ πᾶσαν ἤπειρον, τὴν περὶ τὸν ἀληθινὸν ἐκεῖνον πόντον. τὰ δὲ μὲν γὰρ, ὅσα ἐντὸς [lego ἐκτὸς] τοῦ στόματος, οὗ λέγομεν, φαίνεται λιμὴν, στενόν τινα εἴσπλουν, ἔχων, ἐκεῖνο δὲ πέλαγος ὄντως, ἥ τε περιέχουσα αὐτὸ γῆ, παντελῶς ἀληθῶς ὀρθότατ' ἂν λέγοιτο ἤπειρος. Ἐν δὲ τῇ Ἀτλαντίδι ταύτῃ νήσῳ μεγάλη συνέστη καὶ θαυμαστὴ δύναμις βασιλέων, κρατοῦσα μὲν ἁπάσης τῆς νήσου, πολλῶν δὲ ἄλλων νήσων καὶ μερῶν τῆς ἠπείρου. * . * . Ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ, σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων, μιᾶς ἡμέρας καὶ νυκτὸς χαλεπῆς ἐλθούσης, τό τε παρ' ὑμῶν μάχιμον πᾶν, ἀθρόον ἔδυ κατὰ γῆς, ἥ τε Ἀτλαντὶς νῆσος ὡσαύτως κατὰ τῆς θαλάσσης δῦσα ἠφανίσθη. διὸ καὶ νῦν ἄπορον καὶ ἀδιερεύνητον γέγονε τοὐκεῖ πέλαγος, πηλοῦ καταβραχέος ἐμποδὼν ὄντος, ὃν ἡ νῆσος ἱζομένη παρέσχετο. Id eſt: *Traditur quidpe in ſcriptis, quantis civitas veſtra reſtiterit hoſtium copiis, quæ, ex Atlantico mari profectæ, cunctam propè Europam Aſiamque obſederunt. tunc enim mare illud fuit navigabile: & ante oſtium, quod vos, ut dicitis, Herculis adpellatis columnas, inſulam habuit, Africâ ſimul & Aſiâ maiorem: ex qua aditus patebat ad cæteras inſulas; & ex inſulis his ad omnem continentem, quæ in illo mari illis erat ex adverſo objecta. nam quod extra, de quo loquimur, videtur portus eſſe anguſto introitu, id re verâ vaſtum eſt mare; & terra, qua id cingitur, verè continens dici poſſit. In hac igitur Atlantide inſulâ maxima olim & miranda exſtitit regum potentia; qui toti inſulæ illi ſimulque & aliis cum maximâ terræ continentis parte dominabantur.* Aliquanto pòſt: *Poſtmodùm verò immani quodam terræ motu ingentiq; unius diei ac noctis illuvione factum eſt, ut terra dehiſcens, omnem veſtrum exercitum abſorberet; ſimulque Atlantis inſula ſub vaſto gurgite mergeretur. Quapropter in hanc uſque diem mare illud immeabile inſcrutabileque relictum eſt; limo paullatim impediente, quem inſula ſubſidens præbuit.* Miror equidem quantæ magnitudinis exiſtimaverint eſſe continentem iſtam, ſi inſula inter hanc & Fretum Gaditanum, ſeu Herculis columnas, maior fuerit Africâ ſimul & Aſiâ. Verùm fabuloſa hæc ex parte narratio à verò fonte promanavit. Ipſa continens (quam nunc Americam adpellamus) maior erat Africâ juxtà & Aſiâ. ſed ab eius latere orientali, quà Columnas ſpectat, contra ſinum Meſſicanum minores ſunt inſulæ, vulgò hodiè Hiſpaniola, Cuba, & Iamaica, dictæ: ex quibus haud ita longinquus trajectus eſt in ipſam continentem Americam. De his certè minoribus inſulis, ſi non de continente loquitur & Diodorus lib. v: Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν κειμένων νήσων διεληλύθαμεν, περὶ τῶν κατὰ τὸν Ὠκεανὸν οὐσῶν διέξιμεν. κατὰ γὰρ τὴν Λιβύην κεῖται μὲν πελαγία νῆσος, ἀξιόλογος μὲν τῷ μεγέθει, κειμένη δὲ κατὰ τὸν Ὠκεανὸν, ἀπέχει δὲ πλοῦν ἀπὸ τῆς Λιβύης ἡμερῶν πλειόνων, κεκλιμένη πρὸς τὴν δύσιν. ἔχει δὲ χώραν καρποφόρον, πολλὴν μὲν ὀρεινὴν, οὐκ ὀλίγην δὲ πεδιάδα, κάλλει διαφέρουσαν. διαρρεομένη γὰρ ποταμοῖς πλωτοῖς, ἐκ τούτων ἀρδεύεται, καὶ πολλοὺς μὲν ἔχει παραδείσους καταφύτους παντοίοις δένδρεσι, παμπληθεῖς δὲ κηπείας, διειλημμένας ὕδασι γλυκέσιν· ἐπαύλεις τε πολυτελεῖς ταῖς κατασκευαῖς ὑπάρχουσιν ἐν αὐτῇ, καὶ κατὰ τὰς κηπείας κατεσκευασμένα κωθωνιστήρια, διαθέσιν ἀνθηρὰν ἔχοντα· ἐν οἷς οἱ κατοικοῦντες κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν ἐνδιατρίβουσι, δαψιλῶς τῆς χώρας χορηγούσης τὰ πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν καὶ τρυφήν· ἥ τε ὀρεινὴ δρυμοὺς ἔχει πυκνοὺς καὶ μεγάλους, καὶ δένδρα παντοδαπὰ καρποφόρα, καὶ πρὸς τὰς ἐν τοῖς ὄρεσι διαίτας ἔχοντα συναγκείας καὶ πηγὰς πολλάς. καθόλου δὲ ἡ νῆσος αὕτη κατάρρυτός ἐστι ναματιαίοις καὶ γλυκέσιν ὕδασι, δι' ὧν οὐ μόνον ἀπόλαυσις ἐπιτερπὴς γίνεται τοῖς ἐμβιοῦσιν ἐν αὐτῇ, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν καὶ ῥώμην σωμάτων συμβάλλεται. κυνήγιά τε δαψιλῆ παντοίων ζώων καὶ θηρίων ὑπάρχει, καὶ τούτων ἐν ταῖς εὐωχίαις εὐποροῦντες, οὐδὲν ἐλλιπὲς ἔχουσι τῶν πρὸς τὴν τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν ἀνηκόντων· καὶ γὰρ ἰχθύων ἔχει πλῆθος ἡ περικλύζουσα τῇ νήσῳ θάλασσα, διὰ τὸ φύσει

τὸν Ὠκεανὸν

τὸν Ὠκεανὸν πανταχοῦ πληθύειν παντοδαπῶν ἰχθύων. καθόλου δὲ ἡ νῆσος αὕτη, τὸν περικείμενον ἀέρα παντελῶς εὔκρατον ἔχουσα τὸ πλεῖον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ, φέρει πλῆθος ἀκροδρύων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὡραίων· ὥστε δοκεῖ ταύτην ὡσεὶ θεῶν τινων, οὐκ ἀνθρώπων, ὑπάρχειν ἐμβιωτήριον, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐδαιμονίας. Κατὰ μὲν οὖν τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἀνεύρετος ἦν, διὰ τὸν ἀπὸ τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐκτοπισμόν· ὕστερον δ' εὑρέθη διὰ τοιαύτας αἰτίας. Φοίνικες ἐκ παλαιῶν χρόνων συνεχῶς πλέοντες κατ' ἐμπορίαν, πολλὰς μὲν κατὰ τὴν Λιβύην ἀποικίας ἐποιήσαντο, οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ τῆς Εὐρώπης ἐν τοῖς πρὸς δύσιν κεκλιμένοις μέρεσιν. Τῶν δ' ἐπιβολῶν αὐτοῖς κατὰ νοῦν προχωρουσῶν, πλούτους μεγάλους ἤθροισαν καὶ τὴν ἐκτὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἐπεβάλοντο πλεῖν, ἣν Ὠκεανὸν ὀνόμασι. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κατὰ τὰς στήλας πόρου πόλιν ἔκτισαν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, ἣν οὖσαν χερρόνησον, προσηγόρευσαν Γάδειρα. * . * . Οἱ δ' οὖν Φοίνικες, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας ἐρευνῶντες τὴν ἐκτὸς τῶν στηλῶν παραλίαν, καὶ παρὰ τὴν Λιβύην πλέοντες, ὑπ' ἀνέμων μεγάλων ἀπηνέχθησαν ἐπὶ πολὺν πλοῦν δι' Ὠκεανοῦ· χειμασθέντες δ' ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, προσηνέχθησαν τῇ προειρημένῃ νήσῳ· καὶ τὴν εὐδαιμονίαν αὐτῆς καὶ φύσιν κατοπτεύσαντες, ἅπασι γνώριμον ἐποίησαν. διὸ καὶ Τυρρηνῶν θαλαττοκρατούντων, καὶ πέμπειν εἰς αὐτὴν ἀποικίαν ἐπιβαλομένων, διεκώλυσαν αὐτοὺς Καρχηδόνιοι, ἅμα μὲν εὐλαβούμενοι, μὴ διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς νήσου πολλοὶ τῶν ἐκ τῆς Καρχηδόνος εἰς ἐκείνην μεταστῶσιν, ἅμα δὲ πρὸς τὰ παράβολα τῆς τύχης κατασκευαζόμενοι καταφυγήν, εἴ τι περὶ τὴν Καρχηδόνα ὁλοσχερὲς πταῖσμα συμβαίνοι. δυνήσεσθαι γὰρ αὐτοὺς θαλαττοκρατοῦντας ἀπᾶραι πανοικίους εἰς ἀγνοουμένην ὑπὸ τῶν ὑπερεχόντων νῆσον. Hoc eſt: *Poſtquàm inſulas cis Herculis columnas exſequuti ſumus, eas etiam, quæ in Oceano ſitæ ſunt, enarrabimus. Contra Africam enim inſigni magnitudine inſula in alto Oceani pelago jacet, complurium dierum navigatione ab Africâ in occaſum versùs converſa. Solum habet frugiferum. cuius magna pars in monteis adſurgit: nec exigua in campos ſeſe expandit. & hæc pars amœnitate excellit. amnes quidpe per eam navigabiles decurrunt, à quibus irrigatur. frequentes ibi paradiſi, variis arboribus conſiti: pomeriaq; innumera, dulcibus aquis interſecta. villæ etiam ſumtuoſis ædificiis exornatæ: & tabernæ in hortis compotatoriæ florido paſſim diſpoſitu occurſant. Heic, quum terra ad voluptates & delicias commoda largè subminiſtret, æſtivo tempore diverſantur. Montana regio crebros & amplos habet ſaltus, variaque frugiferarum arborum genera. convalleis item & fonteis, ad montanas vitæ recreationes idoneos, paſſim exhibet. imò tota hæc inſula dulcis aquæ ſcaturiginibus irrigatur. unde non jucunda tantùm illic degentibus voluptas oboritur; ſed multum quoque ad ſanitatem & robur emolumenti confertur. Venatio prætereà omnis generis ferarum illic ſuppetit: quarum copia ad delicias in conviviis atque ſumtus nihil reliquum facit. Ad hæc piſcibus abundat mare, quod inſulam adluit: quoniam Oceanus naturâ ſuâ ubique vario piſcium genere ſcatet. Denique, mitiſſima illic aëris temperies eſt. quæ facit, uti plurimâ anni parte fructus arborum & id genus alia venuſta atque jucunda proveniant. Quin tantâ felicitate hæc inſula excellit, uti deorum, non hominum, habitaculum eſſe videatur. Cæterùm olim, propter remotiorem à reliquo terrarum Orbe ſitum, incognita fuit. ſed hac tandem occaſione reperta: Phœnices à vetuſtiſſimis inde temporibus crebras mercaturæ gratiâ navigationes inſtituerunt. quo factum, ut multarum in Africâ coloniarum, nec paucarum in his Europæ partibus, quæ ad Solis occaſum vergunt, auctores fierent. Quumque incœpta ex animi ſententiâ cederent; magnis ditati opibus, extra quoque Herculis columnas, in mare, quod Oceanum vocant, excurrerunt. Ac primùm juxta ipſum ad Columnas fretum in Europâ urbem poſuêre; quam, quia in peninſula erat ſita, Gades adpellarunt.* Et paullo pòſt: *Hac igitur ratione Phœnices, inveſtigando ultra Columnas oram, quum Africæ litora legerent, ingentibus ventorum procellis ad longinquos in Oceano tractus ſunt abrepti. ac per multos dies vi tempeſtatis jactati, tandem ad prædictam inſulam adpulerunt. naturamque eius ac felicitatem, à ſe perſpectam, in aliorum deinde notitiam perduxerunt. Ideò Tyrrheni quoque, quum maris imperio potirentur, coloniam eò deſtinarunt. ſed Carthaginienſes illis obſtiterunt. ſimul enim metuebant, ne plurimi civium ſuorum, inſulæ bonitate allecti, eò commigrarent; ſimul etiam contra ſubitos fortunæ caſus, ſi exitioſum fortè Carthaginienſium reſpublica damnum pateretur, refugium ſibi paratum eſſe volebant. quidpe ſe, maris adhuc potenteis, in inſulam victoribus ignotam cum univerſis familiis transmigrare poſſe putabant.* En ab Africæ litore in occaſum versùs magnâ tempeſtatum vi per multos dies vecti Phœnices, ad permagnam tandem delati ſunt inſulam, fluviis navigabilibus præditam. hæc certè nulla alia eſſe poteſt, niſi ea, quam ſacerdotes Aegyptii maiorem ſcriptis ſuis prædicabant eſſe Africâ ſimul & Aſiâ, contra Columnas Herculis ſive fretum Gaditanum ſitam. quo poſitu ac magnitudine nunc compertam habemus eam, quæ à noviſſimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

detectore Americo Veſputio vulgò nunc adpellatur *America*. nam licèt è Diodori deſcriptione minorem aliquam fuiſſe inſulam, atque vnam ex iis, quas Americæ in Meſſicano ſinu objacêre diximus, conjicere libeat; quia heic etiam amnes ſunt quodammodò nauigabiles: tamen hæ tam propinquæ, non tantùm ſibi invicem, ſed continenti etiam ſunt, uti in nullâ earum diu verſari poſſis, quin reliquas vnà cum ipſâ continente cognitas habeas. maiorem autem ex ſibi cognitis memoraſſe Phœnicas, licèt univerſæ magnitudinem exploratam minùs habuerint, maximè credibile eſt. ac fortè Meſſicanam urbem ſpectant illa, quæ de ſumtuoſis ac magnificis ædificiis narrat Diodorus: huius quidpe celebritas in his oris maxima eſt. Cæterùm vetuſtiſſimi etiam ante Solonem, qui circa Olympiadem XV, annis ante natum Ieſum amplius ↀC, vixit, Aegyptiorum ſcriptores unde eius terræ cognitionem monimentis ſuis inſeruerint, equidem ignoro. Phœnicas ſub Troianam expeditionem, id eſt, ante Solonem annis fermè ↀC, colonias in Africam, Siciliam, Sardiniam, Melitam, Hiſpaniam, atque Gadeis deduxiſſe, ſuperiori capite & item lib. I cap. II intelleximus. Iam tum Solonis ævo, ut innuit Plato, notitiam eius in Atlantico mari inſulæ Aegyptiis abiviſſe, ita vti interiiſſe eam terræ motu atque aquarum inundatione putarent, equidem miror: quandoquidem multis ſæculis poſt Diodorus eam, ſive ex Carthaginienſium ſive ex aliorum populorum monimentis memoravit. Quando & qua de cauſâ Pœni eam navigationem intermiſerint; ita uti jam inde à Romanorum imperio ad dicti Americi usque ætatem nihil de iis terris auditum vel adnotatum ſit, planè incertum eſt. Eratoſthenes, qui belli Punici ſecundi fuit æqualis, non omnino pro figmento habendum cenſuit, quæ de iis narrata fuerant ab Aegyptiis. Strabo lib. I: Πρὸς τούτῳ καὶ τὸ τοῦ Πλάτωνος εὖ παρατίθησιν ὁ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἐνδέχεται καὶ μὴ πλάσμα εἶναι τὸ περὶ τῆς νήσου τῆς Ἀτλαντίδος· περὶ ἧς ἐκεῖνος ἱστορῆσαι Σόλωνά φησι πεπυσμένον παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων, ὡς ὑπάρχουσά ποτε ἀφανισθείη, τὸ μέγεθος οὐκ ἐλάττων ἠπείρου. Id eſt: *Ad hoc rectè etiam illud Platonis adponit; fieri poſſe, uti non ſit figmentum id, quod de Atlantide inſulâ fertur. de qua ille ait tradidiſſe Solonem, quæ ab Aegyptiis didiciſſet ſacerdotibus: ſcilicet interiiſſe eam; quum exſtiterit aliquando, continente non minor.* Sed, cognitam fuiſſe Americam terram jam antiquiſſimis in Aſiâ & Africâ mortalibus, poſtquàm ſatis comprobatum eſt, ad inſtitutum de Vlyſſis erroribus ſermonem revertamur. Hanc igitur *Atlantidem inſulam* ingentem, & noſtrâ continente haud minorem, Homerum intellexiſſe, nonnulli voluerunt eius interpretes. Hinc illud Euſtathii ad Odyſs. lib. I: Ἱστέον δὲ, ὅτι καθ' ἱστορίαν ἦν τις νῆσος Καλυψοῦς· περὶ ἧς ὁ Γεωγράφος φησὶν, ὅτι Σόλων ἱστόρησεν ἐπὶ τῆς Ἀτλαντίδος νήσου παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων, φοιτήσας ἐκεῖ· καὶ ἔμαθεν, ὅτι ποτὲ οὖσα ἡ νῆσος οὐκ ἐλάττων ἠπείρου τὸ μέγεθος, ὕστερον ἠφανίσθη· καὶ οὐ πλάττει αὐτὴν ὁ ποιητής. Id eſt: *Sciendum autem, quòd juxta hiſtoriam fuit quædam Calypſûs inſula: de qua Geographus ait Solonem inquiſiviſſe in Atlantidem inſulam apud Aegyptios, quum apud eos peregrinaretur: ac didiciſſe, exſtitiſſe eam aliquando, magnitudine continenti haud inferiorem; ſed poſteà evanuiſſe: nec finxiſſe eam poëtam.* Iſti ſanè homines quum Calypſûs inſulam tam longè ab Græciâ diſſitam ſtatuerint, miror ſanè, vbi reliqua loca, quæ Vlyſſes adiiſſe narratur ab Homero, ſibi imaginati ſint. Verùm extra Columnas vagatum fuiſſe Vlyſſem, adfirmatu perquàm abſurdum erat, quando tot ac tam claris documentis interno mari errores eius adſeri potuerint. Alii igitur, in quibus Philoſtratus, de Apollonii Tyanenſis vitâ lib. VII, cap. IIII & XVII, apud Puteolos Calypsûs inſulam locarunt; ut in Italiâ noſtrâ oſtendimus: nimirum, quia hæc loca Circe olim tenuiſſe dicebatur, quæ eadem putabatur nonnullis & Calypſo. ſed hoc planè contra poëtæ mentem: qui extra fretum Siculum eam ponit. Hinc Plinius, lib. III, cap. X: *Promontorium Lacinium: cuius ante oram inſula,* X *millia paſſuum à terrâ, Dioſcorûm, altera Calypsûs; quam Ogygiam adpellaſſe Homerus exiſtimatur.* Alii *Nymphæam inſulam* ante Nymphæum Macedoniæ ad Adriaticum ſinum promontorium Calypsô tribuerunt; in quibus Apollonius fuit Rhodius; cuius verba ſuperiori capite citavimus. Verùm Melitam inſulam Homero habitam eſſe Ogygiam Calypsûs ſedem, eodem capite plurimis oſtenſum eſt documentis. In hanc igitur Vlyſſes, malo navis carinæque inſidens ac manibus ſuis remigans, poſt nonum tandem diem pervênit, CCXX millia paſſuum emenſus.

E Calypsûs inſulâ, ſive Melitâ, poſt VII annorum moram in *Phæaciam* ſive *Scheriam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

riam navigavit. qua de re ita Auſonius, in Periochâ, Odyſſ. lib. v: *Mercurius in Ogygiam inſulam devolat; ut Iovis monitis Calypſo conterrita, Vlixem patiatur diſcedere. qui contextu ratis temerè properare navigationem ſolus adgreditur. Duodevigeſimâ die, tempeſtate commotâ, ex iracundiâ infeſtante Neptuno, trabium compago diſſolvitur. quo caſu proditur ultimæ ſpei: & irritis conatibus nando ab Ino deâ miſericorde ſervatur. quæ calanticam capiti ſuo demtam natanti accommodat. cuius ille ſuſtentatu ad usque Phæacum litus evadit.* In Corcyram eum deveniſſe inſulam, jam anteà capite ſuperiori demonſtratum complurium auctorum teſtimoniis. id verò etiam ex ipsâ Vlyſſis navigatione diſertè perſpicitur, quam ita refert Homerus, Odyſs. lib. v:

Οὖρον δὲ προέηκεν ἀπήμονά τε λιαρόν τε.
Γηθόσυνος δ' οὔρῳ πέτασ' ἱστία δῖος Ὀδυσσεύς.
Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
Ἥμενος· οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε·
Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην,
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει.
Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.
Τὴν γὰρ δή μιν ἄνωγε Καλυψὼ δῖα θεάων
Ποντοπορευέμεναι ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἔχοντα.
Ἑπτακαίδεκα μὲν πλέεν ἤματα ποντοπορεύων,
Ὀκτωκαιδεκάτῃ δ' ἐφάνη ὄρεα σκιόεντα.
Γαίης Φαιήκων, ὅθι τ' ἄγχιστον πέλεν αὐτῷ.

Hoc eſt:

Ventum verò immiſit Calypſo innocuum placidumque.
Lætus itaque vento ſecundo extendit vela divus Vlyſſes.
Ipſeque temonem gubernabat artificiosè,
Sedens: neque ei ſomnus palpebris incedebat,
Pleiades contemplanti & tardè occidentem Booten,
Vrſamque, quam & Currum cognomento dicunt:
Quæ ibidem vertitur, & Orionem obſervat;
Sola verò expers eſt aquarum Oceani.
Etenim ipſam juſſerat Calypſo excellentiſſima dearum
Ponto navigare ad ſiniſtram manum habentem.
Septemdecim quidem navigabat dies, iter faciens marinum:
Octodecimâ verò adparuerunt montes umbroſi
Terræ Phæacum; quâ proximum iter erat illi.

En, ſeptemtrionalia ſidera præ oculis habuit ad temonem ſedens, ad ſiniſtram declinantia. is ſanè rectiſſimus curſus erat à Melitâ versùs Corcyram naviganti. quamquàm proximum ei iter fuiſſet rectà à Melitâ ad Cephaleniam: cui ab ortu æſtivo adjacebat Ithaca; quæ hodiè putatur eſſe ea, cui vulgaris adpellatio *Valle di Compare*. Cæterùm in Corcyram adpuliſſe Vlyſſem, cùm ſuperiori capite commemorati teſtantur auctores, tùm maximè Aeneiæ etiam fabulæ vetuſtiſſimi compoſitores: qui Aeneam ſuum in itinere ab Ilio versùs Drepanum atque Erycem, in præternavigatione huius litoris, ad Buthrotum Epiri deduxerunt opidum; cui Corcyra ab occaſu objecta eſt. Dionyſius Halicarnaſſenſis dicto lib. I: Ἐκ δὲ Ἀμβρακίας, Ἀγχίσης μὲν τὰς ναῦς ἔχων, παρὰ γῆν κομιζόμενος, εἰς Βουθρωτὸν λιμένα τῆς Ἠπείρου κατάγεται. Αἰνείας δὲ καὶ οἱ ἀκμαιότατοι σὺν αὐτῷ τοῦ στρατοῦ, διανύσαντες ἡμερῶν δυοῖν ὁδὸν, εἰς Δωδώνην ἀφικνοῦνται, χρησόμενοι τῷ θεῷ· καὶ καταλαμβάνουσι Τρῶας τοὺς αὐτοῦ σὺν Ἑλένῳ. ἀνελόμενοι δὲ χρησμοὺς περὶ τῆς ἀποικίας, ἐπὶ τὸ ναυτικὸν ἀφικνοῦνται. ἐκ δὲ Βουθρωτοῦ παρὰ γῆν κομισθέντες ἄχρι λιμένος Ἀγχίσου, διαίρουσι τὸν Ἰόνιον. Id eſt: *Ex Ambraciâ Anchiſes oram navibus legendo, Buthrotum Epiri portum ſubit. Aeneas cum militum fortiſſimo quoque duarum dierum itinere Dodonam pervenit, oraculi conſulendi causâ: ubi Troianos cum Heleno invenit. acceptoque de deducendâ coloniâ reſponſo, ad claſſem redeunt. A Buthroto ſecundùm oram devecti in Anchiſæ portum, inde Ionium ſinum trajiciunt.* Virgilius Aeneid. lib. III:

Protinus aërias Phæacum abſcondimus arceis,
Litoraque Epiri legimus; portuque ſubimus
Chaonio, & celſam Buthroti adſcendimus urbem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Cæterùm ab Corcyræ portu c x x circiter quum ſint millia paſſuum, unius diei noctisque ſpatio id itineris emenſi ſunt Alcinoi remiges, dormientem Vlyſſem in navi eò deportantes. qua de re ita Auſonius, in Periochâ Odyſſéæ lib. XIII: *Enarratis omnibus, quæ in multiplici errore pertulerat, à principibus Phæaciæ viris, donis plurimis honoratur. à quibus remigio & neceſſariis omnibus navis inſtruitur. dormiensque in Ithacam quietiſſimâ navigatione devehitur. atque illic in portu patrio cum muneribus univerſis quieſcens & omnium ignarus exponitur; Phæacibus, eo dormiente, remeantibus.* De celeritate eius remigationis ita canit ipſe Homerus, Odyſſ. lib. XIII:

Ἡ δὲ μάλα ἀσφαλέως θέεν ἔμπεδον. οὐδέ κεν ἴρηξ
Κίρκος ὁμαρτήσειεν, ἐλαφρότατος πετεηνῶν.
Ὣς ἡ ῥίμφα θέουσα θαλάσσης κύματ' ἔταμνεν.

Hoc eſt:

Navis verò valdè tutò currebat firmiter. neque accipiter
Circus ſequutus fuiſſet, citiſſimus volucrum.
Sic illa celeriter currens maris undas incidebat.

Atque hactenus errorem Vlyſſis ad ipſius Homeri aliorumque vetuſtiſſimorum auctorum mentem prolixiùs paullo expoſuiſſe ne pigeat. tanti ſcilicet erat, abſurdam eorum ac planè ridiculam detegere opinionem, qui in extimis eum erraſſe magni Oceani partibus adſeverarunt: nullis certè aliis ducti argumentis, niſi quòd Oceanum poëta apud Cimmerios nominat; tum, quòd decennium vagatus dicitur. unde, quum adſimilis Vlyſſis erroribus foret fabula Iaſonis, aliorumque Argonautarum, per eadem fermè ubique loca ducta; nonnulli, quaſi Homerum imitaturi, hos terreſtribus nonnumquàm itineribus, alii in ſeptemtrionalem, in meridionalem alii Oceanum navigan-teis finxerunt: ut patet ex Diodori lib. IIII, & Orphei Crotonienſis Argonauticis. quas nugas Apollonius in ſuis Argonauticis aſpernans, non ultra Circæum provectos, per Siculum fretum reducit.

FINIS SICILIAE ANTIQVAE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

PHILIPPI CLVVERII

SARDINIA,

ET

CORSICA,

Ad Cl. V. AELIVM EVERHARDVM VORSTIVM, medicinæ doctorem conſultiſſimum, ac profeſſorem in almâ Lugdunenſi ad Rhenum Academiâ primarium.

FInitum mihi erat, V. Cl. opus Siciliæ; nec quidquam vel SARDINIA *vel* CORSICA *ad illius deſcriptionem pertinebant; ut quæ longiùs inde diſſitæ. at quia pauca de ipſis veteres adnotarunt Græci pariter ac Romani ſcriptores, quæ ſingulare volumen conſicere nequeant; nec alii cuipiam provinciæ commodiùs eæ conjungi poßint: haud planè alienum fore putavi, ſi ad calcem præſcripti operis antiquitates earum adjicerentur. Tibi autem V. Cl. inſcribere eas volui, quia tu ſtudia hæc, quorum peritus in primis es, plurimi facere ſoles: ac ferè unus mihi, cum Cl. V. Daniele Heinſio, auctor hortatorque fuiſti, ne, pertæſus iniquam hoc ſæculo literatorum ſortem, ea abjicerem, quum præmia tam duros tamque ærumnoſos labores condigna minùs ſequi viderem. tum animum erga me meosque tuum hactenus expertus ſum, non tantùm amicum ac benevolum, ſed verè paternum. Exiguo autem hoc commentariolo honoratum te eo; non, quòd maiore aliquo ſcripto nomen tuum indignum judicem: ſed quia diutius grati animi indicium differre nolui. tum vereor adhuc, ne fortè, antequàm plura elaborem, omnis harum rerum cura deſerenda ſit. Tu, quantulumcumque hoc ſit, æqui ac boni conſulas; meque amare pergas. Vale.*

CAPVT I.

De Sardiniâ.

SARDINIA INSVLA Græcis dicitur Σαρδὼ Σαρδοῦς *Sardo*: & item Σαρδὼν Σαρδόνος, *Sardon*. Incolæ Græcis plerumque Σαρδῷοι, *Sardôi*; & nonnumquàm Σαδόνιοι ac Σαρδώνιοι, *Sardonii*: Romanis verò SARDI. Nomen id unde originem traxerit, planè incertum eſt. quidpe Græcorum fabulas ſequi piget. Sic Martianus Capella, lib. VI: *Sardinia à Sardo, filio Herculis adpellata.* Et Solinus cap. x: *Nihil attinet dicere, ut Sardus Hercule & Norax Mercurio procreati, quum alter ab Libyâ, alter abusque Tarteſſo Hiſpaniæ, in hosce fineis permeaſſent, à Sardo terræ, à Norace Noræ opido nomen datum.* Iſidorus, Origin. lib. XIIII cap. VI: *Sardus, Hercule procreatus, cum magnâ multitudine à Lybiâ profectus, Sardiniam occupavit; & ex ſuo vocabulo inſulæ nomen dedit.* Eadem Græcis Σανδαλιῶτις, SANDALIOTIS, & Ἰχνοῦσα, ICHNVSA, à figurâ fuit dicta. Stephani epitomator: Ἐκαλεῖτο ἢ Ἰχνοῦσα, διὰ τὸ ἐοικέναι τῷ ἀνθρώπου ἴχνει. Id eſt: *Vocabatur Ichnuſa, quia adſimilis erat humano veſtigio.* Plinius lib. III cap. VII: *Sardiniam Timæus Sandaliotin adpellavit, ab effigie ſoleæ, Myrſilus Ichnuſam, à ſimilitudine veſtigii.* Martianus, dicto loco: *Sardinia, à Sardo, filio Herculis, adpellata, habet formam humanæ plantæ. deniq; Sandaliotes* [ſcribe feminino genere, ut eſt apud Plinium, *Sandaliotis*] *eſt adpellata, & Ichnuſa: quod utrumque veſtigii formam ſignat.* Solinus, dicto cap. x: *Sardiniam apud Timæum Sandalioten* [lege *Sandaliotin*] *legimus, Ichnuſam apud Chryſippum.* Alia exemplaria habent *Criſpum*. ſed, quum Plinii epitomator ſit Solinus, omnino *Myrſilum* legendum cenſeo. & antiquiſſimum, qualis & Timæus fuit, non noviſſimum, citare voluiſſe auctorem Plinium, certum eſt. Porrò Claudianus, de bello Gildonico: *Humanæ ſpeciem plantæ ſinuoſa figurat*

Inſula;

Inſula; Sardiniam veteres dixêre coloni.

Silius lib. XII:

Inſula fluctiſono circumvallata profundo
Caſtigatur aquis, compreſſaq; gurgite, terras
Enormeis cohibet nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa priùs Graiis memorata colonis.

Iſiodorus, dicto loco: *Hæc in Africo mari, facie veſtigii humani in orientem, quàm occidentem, latior prominet: fermè paribus lateribus, quæ in meridiem & ſeptemtrionem vertunt. ex quo ante commerciorum à navigantibus Græcorum ἴχνος adpellata eſt.* Verba vitiata ſic corrigenda cenſeo: *ex quo anteà per commercium Græcorum à navigantibus* Ἰχνοῦσα *adpellata eſt.* Pauſanias in Phocicis: Ὄνομα δὲ τῇ Σαρδοῖ τὸ ἀρχαῖον ὅ τι μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἐγένετο, οὐκ οἶδα· Ἑλλήνων δὲ οἱ κατ' ἐμπορίαν ἐσπλέοντες Ἰχνοῦσαν ἐκάλεσαν, ὅτι τῷ σχήματι τῇ νήσῳ κατ' ἴχνος μάλιστά ἐστιν ἀνθρώπου. Id eſt: *Nomen Sardiniæ priſcis temporibus quodnam fuerit apud incolas, compertum non habeo. qui illuc è Græcis commercii causâ adnavigarunt, Ichnuſam, quòd formam habeat inſula humani veſtigii, adpellarunt.* Sic ſcilicet iidem Græci Siciliam quoque à figurâ vocaverunt Trinacriam; quia in τρεῖς ἄκρας, id eſt, *in tria promontoria* excurrebat univerſa. Projecta autem eſt *Sardinia* ab ſeptemtrionibus in meridiem verſùs. Mela, lib. II cap. VII: *Sardinia, Africum pelagus attingens, niſi quòd in occidentem, quàm in orientem, anguſtiùs ſpectat, par & quadrata undique, & nuſquàm non aliquanto ſpatioſior, quàm ubi latiſſima eſt Corſica.* Idem ferè Iſidorus loco proximè dicto: *In orientem, quàm occidentem, latior prominet: fermè paribus lateribus, quæ in meridiem & ſeptemtrionem vertunt.* At quia *anguloſa* & *ſinuoſa* admodùm eſt; quod Claudianus quoque adnotavit; *par & undiq; quadrata* minimè dici poteſt. neque enim quatuor eius lateribus certos aptosque angulos conſtituere poſſis. Laterum tamen ſpacia ita deſcripſit Plinius, dicto lib. III, cap. VII: *Sardinia ab oriente patet* CLXXXVIII *millia paſſuum; ab occidente* CLXX *millia; à meridie* LXXIIII *millia; à ſeptemtrione* CXXII: *circuitu* IↃLX *millia.* Singulorum laterum numeri in univerſum collecti millia conficiunt IↃLIIII. unde patet, nonnullos eorum eſſe corruptos. & alia exemplaria omnium ſummam habent IↃLXII. Apud Martianum, Plinii in geographicis epitomatorem, ita legitur: *Ab oriente centum octoginta octo millibus patet; ab occidente, centum ſeptuaginta quinque; à meridie ſeptuaginta ſeptem: à ſeptemtrione centum viginti quinque millia habet.* Summa omnium numerorum eſt millium IↃLXV. De longitudine ac latitudine item de ambitu ita Strabo lib. V: Μῆκος δὲ τῆς Σαρδόνος φησὶν ὁ Χωρογράφος μίλια σκ', πλάτος δὲ ϛη'· κατ' ἄλλους δὲ περίμετρος αὐτῆς τετρακισχιλίους σταδίους. Id eſt: *Longitudinem Sardiniæ tradit Chorographus paſſuum millia* CCXX; *latitudinem* XCVIII. *ſecundùm alios ambitus eius eſt ſtadiûm quater mille.* Id eſt, *millium paſſuum* IↃ. Aliter Iſidorus, dicto loco: *Terra patet in longitudine millia* CXL; *latitudine* XL. Et longè aliter item Oroſius, lib. I cap. II: *In longo ſpacium tenet millia paſſuum ducenta triginta, in lato millia* CCLXXX. Apertum ac fœtidum mendum; quo latitudo maior fit longitudine. Pauſanias prædicto loco ſic habet: Μῆκος δὲ ἐπὶ αὐτῆς εἴκοσι στάδιοι καὶ ἑκατόν εἰσι καὶ χίλιοι· εὖρος δὲ ἐς εἴκοσί τε καὶ τετρακοσίους πεντήκοντα. Hoc eſt: *Longitudo eius eſt ſtadiûm* CIↃCXX; *latitudo* CCCCLXX. Hæc millia conficiunt LVIII paſſus IↃCCL; illa CXL. Sed ſumma eius longitudo, inter ſeptemtriones & meridiem, à promontorio, cui vulgaris adpellatio *Capo della Teſta,* ad promontorium vulgò *Capo Tavolaro* dictum, millium eſt circiter CLXX: maxima latitudo inter occaſum & ortum, à promontorio *Capo della Caccia* usque ad promontorium *Capo Comino,* millium XC. univerſæ circuitus, menſurâ per promontoria & ſinuum fauceis actâ, millia confecerit IↃLX. qui eſt numerus Plinii. Magnitudine igitur ſuâ Siciliam ferè exæquat: cuius ambitus IↃC implere millia, lib. I, cap. III oſtendi. Et hinc factum, uti alii Siciliæ eam æquarent; alii etiam præferrent. Herodotus lib. I, de Græcis loquens à Cyro ſubactis: Κεκακωμένων δὲ Ἰώνων, καὶ συλλεγομένων οὐδὲν ἧσσον ἐς τὸ Πανιώνιον, πυνθάνομαι γνώμην Βίαντα ἄνδρα Πριηνέα ἀποδέξασθαι Ἴωσι χρησιμωτάτην· τῇ εἰ ἐπείθοντο, παρεῖχε ἂν σφι εὐδαιμονέειν Ἑλλήνων μάλιστα· ὃς ἐκέλευε κοινῷ στόλῳ Ἴωνας ἀερθέντας πλέειν ἐς Σαρδώ, καὶ ἔπειτα πόλιν μίαν κτίζειν πάντων Ἰώνων· καὶ οὕτω ἀπαλλαχθέντας σφέας δουλοσύνης, εὐδαιμονήσειν, νήσων τε ἁπασέων μεγίστην νεμομένους, καὶ ἄρχοντας ἄλλων. Id eſt: *Ionibus, etiamſi adflictis, nihilo minùs ſeſe ad Panionium recipientibus, audio Biantem Prienenſem ſaluberrimum dediſſe conſilium: cui ſi obtemperaſſent, licuiſſet Græcorum omnium feliciſſimis vivere. ſiquidem ille ſvadebat, ut, communi claſſe ſolventes, Sardiniam peterent; & ibi unam civitatem omnium Ionum conſtruerent. hoc enim pacto*

eos ſer-

eos ſervitute liberatos, feliciter eſſe victuros, omnium inſularum maximam incolenteis, & cæterarum imperio potienteis. Et lib. v apud Darium regem ita loquitur Hiſtiæus Mileſius: Θεοὺς ἐπόμνυμι τοὺς βασιληΐους, μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσασθαι τὸν ἔχω κιθῶνα, καταβήσεσθαι ἐς Ἰωνίην, πρὶν ἄν τοι Σαρδὼ, νῆσον τὴν μεγίστην, δασμοφόρον ποιήσω. Hoc eſt: *Per regios juro deos, me non priùs exuturum hanc veſtem, qua indutus in Ioniam deſcendam, quàm Sardiniam, inſulam maximam, tributariam tibi reddam.* Scylax, ἐν Περίπλῳ· Μεγίστη Σαρδὼ, δευτέρα Σικελία, τρίτη Κρήτη, τετάρτη Κύπρος, πέμπτη Εὔβοια, ἕκτη Κύρνος, ἑβδόμη Λέσβος. Id eſt: *Maxima eſt Sardinia; ſecunda Sicilia, tertia Creta, quarta Cyprus, quinta Eubœa, ſexta Corſica, ſeptima Lesbus.* Diodorus, lib. v: Ἐχομένη δὲ τῆς Κύρνου νῆσός ἐστιν ἡ προσαγορευομένη Σαρδὼ, τῷ μεγέθει παραπλήσιος τῇ Σικελίᾳ. Id eſt: *Contermina Corſicæ eſt inſula Sardinia, Siciliam magnitudine ferè adæquans.* Et Pauſanias, dicto loco: Ἡ δὲ Σαρδὼ μέγεθος μὲν καὶ εὐδαιμονίαν ἐστὶν ὁμοία ταῖς μάλιστα ἐπαινουμέναις. Id eſt: *Sardinia magnitudine ac felicitate cum iis, quæ maximè celebrantur, inſulis comparanda eſt.* Polybius lib. I: Ἡ μὲν Σαρδὼ νῆσος καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ πολυανθρωπίᾳ καὶ τοῖς γεννήμασι διαφέρουσα. Hoc eſt: *Sardinia inſula & magnitudine & frequentiâ hominum & fructuum proventu præſtans.* Marcianus Heracleenſis, ἐν Περιηγήσει·

Ἐν τῷ πόρῳ κεῖνται δ' ἢ νῆσοι πελάγιαι
Κύρνος τε καὶ Σαρδὼ, μεγίστη λεγομένη
Μετὰ τὴν Σικελίαν νῆσον.

Id eſt:

In alto jacent pelago inſulæ
Corſica & Sardinia; hæc maxima dicta
Secundùm Siciliam inſulam.

Strabo, lib. II, de inſulis interni maris loquens: Νῆσοι δ' εἰσὶν ἐν μὲν τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος μέχρι τῆς Λιγυστικῆς συχναὶ, μέγισται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρνος, μετά γε Σικελίαν· αὕτη δ' ἢ καὶ τῶν ἄλλων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστι μεγίστη. Hoc eſt: *Inſulæ eius, in orâ quidem Tyrrheni maris ad Liguriam usque ſunt frequentes. inter quas Sardinia & Corſica ſunt maximæ poſt Siciliam. hæc quidpe reliquarum noſtri maris omnium eſt maxima.* Diodorus dicto libro poſteà; de Gymneſiis ſive Balearibus inſulis loquens: Τούτων δ' ἡ μείζων μεγίστη πασῶν ἐστι μετὰ τὰς ἑπτὰ νήσους, Σικελίαν, Σαρδὼ, Κύπρον, Κρήτην, Εὔβοιαν, Κύρνον, Λέσβον. Id eſt: *Harum maior omneis magnitudine excedit, poſt ſeptem illas inſulas, Siciliam, Sardiniam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Corſicam, Leſbum.* Conſtantinus imperator, Thematum imperii oriental. lib. II, themate Siciliæ: Νῆσός ἐστι μεγίστη καὶ ἐπιφανεστάτη ἡ Σικελία. * . * . Μεγίστη δὲ αὐτὴ μαρτυρεῖται τῶν ἑπτὰ, καθά φησιν Ἀλέξιος ὁ κωμικός·

Τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς δέδειχεν ἡ φύσις
Θνητοῖς μεγίστας, Σικελία μὲν, ὡς λόγος,
Ἐστὶ μεγάλη, καὶ δευτέρα Σαρδὼ, τρίτη
Κύρνος, τετάρτη δ' ἡ Διὸς Κρήτη τροφὸς,
Εὔβοια πέμπτη στενοφυής, ἕκτη Κύπρος,
Λέσβος δὲ τάξιν ἑβδόμην λαχοῦσ' ἔχει.

Id eſt: *Sicilia inſula maxima & celeberrima eſt.* Et poſteà: *Maximam autem eſſe inſulam è ſeptem, Alexius Comicus teſtatur his verbis:*

In ſeptem inſulis, quas indicavit natura
Mortalibus maximas, Sicilia, vt fama fertur,
Eſt magna; ſecunda ab hac Sardinia; tertia
Corſica; quarta Iovis nutrix Creta;
Quinta Eubœa anguſta; ſexta Cyprus:
At Lesbus ordinem ſortita eſt ſeptimum.

De *fertilitate* Sardiniæ ſuprà Polybium atque Pauſaniam audivimus. Inde Valerius Maximus, lib. VII, cap. VI, *Siciliam & Sardiniam benigniſſimas urbis Romanæ nutrices* adpellat. Sed de cœli eius ſolique naturâ ita Silius canit lib. XII: SARDINIAE *cœli ſolique natura.*

Serpentum tellus pura, ac viduata veneno;
Sed triſtis cælo, ac multâ vitiata palude,
Quà videt Italiam, ſaxoſo horrida dorſo,
Exercet ſcopulis latè freta: pallidaque intus
Arva coquit, nimium Cancro fumantibus auſtris.
Cætera propenſa Cereris nutrita favore.

Claudianus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Claudianus, de Bello Gildonico:

Humanæ ſpeciem plantæ ſe magna figurat
Inſula, Sardiniam veteres dixère coloni.
Dives ager frugum: Pœnos Italoſque petenti
Opportuna ſitu. quæ pars vicinior Afris,
Plana ſolo, ratibus clemens: quæ reſpicit Arcton,
Immitis, ſcopuloſa, procax, ſubitiſque ſonora
Fluctibus: Inſanos infamat navita monteis.
Hinc hominum pecudumque lues, hinc peſtifer aër
Sævit, & excluſis regnant Aquilonibus Auſtri.
Quos ubi luctatis procul effugère carinis,
Per diverſa ruunt ſinuoſæ litora terræ.

Pauſanias, in Phocicis: Τῆς δὲ νήσου τὰ πρὸς τῆς ἄρκτου καὶ ἠπείρου τῆς κατὰ Ἰταλίαν, ἔστιν ὄρη δύσβατα, τὰ πέρατα συνάπτοντα ἀλλήλοις· καὶ, ἣν παραπλέῃς, ναυσί τε ὅρμους παρέχεται κατὰ τοῦτο ἡ νῆσος, πνεύματά τε ἄτακτα καὶ ἰσχυρὰ ἄκραι τῶν ὀρῶν καταπέμπουσιν ἐς τὴν θάλασσαν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα διὰ μέσης αὐτῆς ὄρη χθαμαλώτερα. ὁ δὲ ἀὴρ ὁ ἐνταῦθα θολερός τε ὡς ἐπὶ πολὺ ἐστὶ καὶ νοσώδης. αἴτιοι δὲ οἵ τε ἅλες οἱ πηγνύμενοι, καὶ ὁ Νότος βαρὺς καὶ βίαιος ἐγκείμενος. οἱ ἄνεμοί τε οἱ ἀπὸ τῆς ἄρκτου διὰ τὸ ὑψηλὸν τῶν ὀρῶν τῆς Ἰταλίας, κωλύονται πνέοντες θέρους ὥρᾳ τόν τε ἀέρα τὸν ταύτῃ καὶ τὴν γῆν ἀναψύχειν. οἱ δὲ τὴν Κύρνον σταδίους φασὶν οὐ πλέονας ἀπὸ τῆς Σαρδοῦς ἢ ὀκτὼ τῇ θαλάσσῃ διείργεσθαι, ὀρεινήν τε οὖσαν καὶ ἐς ὕψος διὰ πάσης ἀνήκουσιν. τὸν Ζέφυρον οὖν καὶ Βορέαν ὑπὸ τῆς Κύρνου κωλύεσθαι νομίζουσι, μὴ καὶ ἄχρι τῆς Σαρδοῦς ἐξικνεῖσθαι. Ὄφεις δὲ οὔτε οἱ ἐπὶ συμφορᾷ τῇ ἀνθρώπων, οὔτε ὅσον ἀνώλεθρον αὐτῶν, οὐδὲ λύκοι τρέφεσθαι πεφύκασιν. πλὴν δὲ βοτάνης μιᾶς καθαρεύει καὶ ἀπὸ φαρμάκων ἡ νῆσος, ἃ ἐργάζεται θάνατον. ἡ πόα δὲ ἡ ὀλέθριος σελίνῳ μέν ἐστιν ἐμφερὴς, τοῖς φαγοῦσι δὲ γελῶσιν ἐπιγίνεσθαι τὴν τελευτὴν λέγουσιν. ἐπὶ τούτῳ δὲ Ὅμηρός τε καὶ οἱ ἔπειτα ἄνθρωποι τὸν ἐπὶ οὐδενὶ ὑγιεῖ Σαρδώνιον γέλωτα ὀνομάζουσι. φύεται δὲ μάλιστα ἡ πόα περὶ τὰς πηγάς. οὐ μέντοι μεταδίδωσί γε καὶ τῷ ὕδατι τοῦ ἰοῦ. Hoc eſt: *Ea inſulæ ora, quæ ad Aquilonem & Italiæ continentem eſt converſa, in monteis conſurgit invios, extremiſque oris contiguos: adnaviganteis verò opportunis accipit ſtationibus. E proximis montium jugis prævalidi & incerti ventorum flatus in mare irruunt. Sunt & alii interiùs montes, multo faciliores adſcenſu: ſed inter eos plerumque turbidus ac peſtilens includitur aër. In causâ eſt ſal, qui ibi cogitur, & prægravis ac violenter incumbens Auſter. Obſtant præterea prealti montes, quò minùs à Septemtrionibus flantes venti cœli & terræ vaporem æſtate anni tempeſtivo frigore leniant. Alii exiſtimant Corſicam inſulam, quæ à Sardiniâ mari VIII haud ampliùs ſtadia lato dividitur, excelſis ſe undique montibus attollentem, Favonio & Aquiloni obtendi, quo minùs eorum in Sardiniam flatus pervadant. ſerpentes certè neque hominum generi infenſi neque venenoſi, aut lupi, in eâ inſulâ gignuntur. quidpe venenorum omnium lethaliumque ſtirpium eſt expers. una eſt herba pernicioſa, apio perſimilis. qui eam comederint, ridentes emoriuntur. ex eo Homerus, & alii poſt eum, Sardonium eum dixère riſum, qui in re minimè commodâ & mente parum ſanâ ederetur. Gignitur circa fonteis maximè. nec tamen cum ipſis aquis veneni naturam communicat.* Et Mela, dicto lib. II cap. VII: *Ceterùm fertilis; & ſoli, quàm cœli, melioris: atque, ut fœcunda, ita penè peſtilens.* Strabo dicto lib. V: Ἔστι δὲ αὐτῆς τὸ πολὺ μέρος τραχὺ καὶ οὐκ εἰρηναῖον, πολὺ δὲ καὶ χώραν ἔχον εὐδαίμονα τοῖς πᾶσι, σίτῳ δὲ καὶ διαφερόντως. τῇ δ' ἀρετῇ τῶν τόπων ἀντιτάσσεταί τις καὶ μοχθηρία, νοσερὰ ἡ νῆσος τοῦ θέρους, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς εὐκαρποῦσι χωρίοις. Hoc eſt: *Magna pars eius aſpera eſt & malè pacata: magna item ſolum habet omnium rerum copiâ beatum; frumenti verò excellenter ferax. At bonitati ſoli oppoſitum eſt vitium, quòd per æſtatem inſula morboſa eſt: atque ibi potiſſimè, ubi feraciſſima eſt.* Hinc illud etiam M. Ciceronis ad Quinctum fratrem, lib. II epiſt. III: *Cura, mi frater, ut valeas. &, quamquàm eſt hiems, tamen Sardiniam iſtam eſſe cogites.* Et Familiar. lib. VII, epiſt. XXIIII de Tigellio Sardo: *Id ego in lucris pono, non ferre hominem peſtilentiorem patriâ ſuâ.* Sic & Solinus, dicto cap. XI: *Sardinia eſt quidem abſque ſerpentibus; ſed, quod aliis locis ſerpens eſt, hoc ſolifuga Sardis agris. animal perexiguum, ſimileque aranei formâ: ſolifuga dicta, quòd Solem fugiat. in metallis argenteis plurima eſt: nam ſolum id argenti dives eſt. occultim reptat: & per imprudentiam ſuperſedentibus peſtem facit. Huic incommodo accedit & herba Sardonia; quæ in defluviis fontanis provenit largiùs juſto. ea ſi edulio fuerit; veſcentibus nervos contrahit, rictu ora diducit; ut, qui mortem oppetunt, velut ridentium facie intereant. Contrà, quidquid aquarum eſt, variis commodis ſervit, ſtagna piſculentiſſima. hibernæ pluviæ in*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

viæ in æſtivam penuriam reſervantur. nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cælo habet. hoc collectaneum reponitur, ut ſufficiat uſui, ubi defecerint ſcaturigines, quæ ad victum uſurpari ſolent. Fontes ſanè calidi & ſalubres aliquot locis effervеſcunt, qui medelas adferunt, aut ſolidant oſſa fracta, aut abolent à ſolifugis inſertum venenum, aut etiam ocularias diſſipant ægritudines. Sed qui oculis medentur, & coarguendis valent furibus. nam quisquis ſacramento raptum negat, lumina aquis attrectat. ubi perjurium non eſt, cernit clariùs. ſi perfidiâ abnuit, detegitur facinus cæcitate; & captus oculis admiſſum tenebris fatetur. Iſidorus, dicto lib. XIIII cap. VI: *In eâ neque ſerpens gignitur, neque lupus: ſed ſolifuga tantùm; animal exiguum, hominibus pernicioſum. Venenum ibi quoque non naſcitur: niſi herba, per ſcriptores plurimos & poëtas memorata; apiaſtro ſimilis: quæ hominibus rictus contrahit; & quaſi ridenteis interimit. Fonteis habet Sardinia calidos; infirmis medelam præbenteis, furibus cæcitatem; ſi, ſacramento dato, oculos aquæ eius tetigerint.* Hactenus igitur de ſitu figurâ ac magnitudine, item de naturâ cœli ſolique Sardiniæ dictum.

De antiquiſſimis eius cultoribus ita tradit Iſidorus, dicto lib. XIIII cap. VI: *Sardus, Hercule procreatus, cum magnâ multitudine è Libyâ profectus, Sardiniam occupavit; & ex ſuo vocabulo inſulæ nomen dedit.* Et Silius, lib. XIIII:

Inſula fluctiſono circumvallata profundo
Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite terras
Enormeis, cohibet nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa priùs Graiis memorata colonis.
Mox Libyci Sardus generoſo ſanguine fidens
Herculis, ex ſeſe mutavit nomina terræ.
Adfluxêre etiam, & ſedeis poſuêre coactas,
Diſperſi pelago, poſt eruta Pergama, Teucri.
Nec parvum decus, advecto cum claſſe paternâ
Agmine Theſpiadum, terris Iolaë dediſti.
Fama eſt, quum laceris Actæon flebile membris
Supplicium lueret, ſpectatæ in fonte Dianæ,
Attonitum novitate mali, fugiſſe parentem
Per freta Ariſtæum, & Sardoos iſſe receſſus.
Cyrenen monſtraſſe, ferunt, nova litora matrem.

Solinus, cap. X: *Nihil attinet dicere, ut Sardus Hercule & Norax Mercurio procreati, quum alter ab Libyâ, alter ab uſque Tarteſſo Hiſpaniæ, in hosce fineis permeaſſent, à Sardo terræ, à Norace opido nomen datum: mox Ariſtæum, regnando his proximum, in urbe Carali, quam condiderat ipſe, conjuncto populo utriusque ſanguinis, ſejuges uſque ad ſe genteis ad unum morem conjugaſſe, imperium ex inſolentiâ nihil aſpernatas. ſed ut hæc, & Iolaum, qui ad id locorum agros ibi inſedit, prætereà & Ilienſeis & Locrenſeis tranſeam; Sardinia eſt quidem abſque ſerpentibus, ſed, quod aliis locis ſerpens eſt, hoc ſolifuga Sardis agris.* Pauſanias in Phocicis: Πρῶτοι δὲ διαβῆναι λέγονται ναυσὶν ἐς τὴν νῆσον Λίβυες· ἡγεμὼν δὲ τοῖς Λίβυσιν ἦν Σάρδος, ὁ Μακήρεδος, Ἡρακλέους δὲ ἐπονομασθέντος ὑπὸ Αἰγυπτίων τε καὶ Λιβύων. Μακήρεδι μὲν δὴ αὐτῷ τὰ ἐπιφανέστατα ὁδὸς ἐγένετο ἡ ἐς Δελφούς· Σάρδῳ δὲ ἡγεμονία τε ὑπῆρξε τῶν Λιβύων, ἡ ἐς τὴν Ἰχνοῦσαν, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Σάρδου τούτου μετέβαλεν ἡ νῆσος. οὐ μέντοι τούς γε αὐτόχθονας ἐξέβαλεν ὁ τῶν Λιβύων στόλος. σύνοικοι δ' ὑπ' αὐτῶν οἱ ἐπελθόντες ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ ὑπὸ εὐνοίας ἐδέχθησαν. καὶ πόλεις μὲν οὔτε οἱ Λίβυες οὔτε τὸ γένος τὸ ἐγχώριον ἠπίσταντο ποιήσασθαι· σποράδες δὲ ἐν καλύβαις τε καὶ σπηλαίοις, ὡς ἕκαστοι τύχοιεν, ᾤκησαν. Ἔτεσι δ' ὕστερον μετὰ τοὺς Λίβυας ἀφίκοντο ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐς τὴν νῆσον οἱ μετ' Ἀρισταίου. παῖδα δὲ λέγουσιν Ἀρισταῖον Ἀπόλλωνός τε εἶναι καὶ Κυρήνης· ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀκταίωνος περισσῶς ἀλγήσαντα τῇ συμφορᾷ, καὶ Βοιωτίᾳ τε καὶ πάσῃ τῇ Ἑλλάδι κατὰ ταὐτὰ ἀχθόμενον, οὕτως ἐς τὴν Σαρδὼ μετοικῆσαί φασιν αὐτόν. πόλιν δ' οὖν οἰκίζουσιν οὐδεμίαν οὐδ' οὗτοι, ὅτι ἀριθμῷ τε καὶ ἰσχύϊ ἐλάσσονες, ἐμοὶ δοκεῖν, ἢ κατὰ πόλεως ἦσαν οἰκισμόν. Μετὰ δὲ Ἀρισταῖον Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδὼ διαβαίνουσιν, ὑπὸ ἡγεμόνι τοῦ στόλου Νώρακι· καὶ ᾠκίσθη Νῶρα πόλις ὑπὸ αὐτῶν. ταύτην πρώτην γενέσθαι πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ. παῖδα δὲ Ἐρυθείας τε, τῆς Γηρυόνου, καὶ Ἑρμοῦ λέγουσιν εἶναι τὸν Νώρακα. Τετάρτη δὲ μοῖρα Ἰολάου Θεσπιέων τε καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς στρατεία κατῆρεν ἐς Σαρδώ· καὶ Ὀλβίαν μὲν πόλιν οἰκίζουσιν, ἰδίᾳ δὲ Γορύλλην οἱ Ἀθηναῖοι, διασώζοντες τῶν δήμων τῶν οἴκοι τινὸς τὸ ὄνομα· ἢ καὶ αὐτὸς τοῦ στόλου μετεῖχεν ὁ Γρύλλος. ἔστι δ' οὖν καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι χωρία τε Ἰολαΐα ἐν τῇ Σαρδοῖ, καὶ Ἰόλαος παρὰ τῶν οἰκητόρων ἔχει τιμάς. Ἰλίου δὲ ἁλισκομένης ἄλλοι τε ἐκφεύγουσι τῶν Τρώων, καὶ οἱ ἀποσωθέντες μετὰ Αἰνείου· τούτων μοῖρα, ἀπενεχθεῖσα ὑπὸ

ἀνέμων ἐς Σαρδώ, ἀνεμίχθησαν τοῖς προενοικοῦσιν Ἕλλησι. καταστῆναι δὲ ἐς μάχην τῷ Ἑλληνικῷ καὶ τοῖς Τρωσὶν ἐκώλυσε τοὺς βαρβάρους· παρασκευῇ τε γὰρ ἴσῃ τῇ ἁπάσῃ τὰ ἐς πόλεμον ἦσαν, καὶ ὁ Θύρσος ποταμὸς, διὰ μέσου σφίσι ῥέων τῆς χώρας, ἐπίσης καὶ ἀμφοτέροις διαβαίνειν παρεῖχε δέος. ὕστερον μὲν δὴ πολλοῖς ἔτεσιν οἱ Λίβυες ἐπεραιώθησάν τε αὖθις ἐς τὴν νῆσον στόλῳ μείζονι, καὶ ἦρξαν ἐς τὸ Ἑλληνικὸν πολέμου. τὸ μὲν δὴ Ἑλληνικὸν ἐς ἅπαν ἐπέβαλε φθαρῆναι, ἢ ὀλίγον ἐγένετο ἐξ αὐτοῦ τὸ ὑπολειφθέν. οἵ τε Τρῶες ἐς τῆς νήσου τὰ ὑψηλὰ ἀναφεύγουσι. καταλαβόντες δὲ ὄρη δύσβατα ὑπὸ σκολόπων τε καὶ κρημνῶν, Ἰλιεῖς μὲν ὄνομα καὶ ἐς ἐμὲ ἔχουσι· Λίβυσι μέντοι τὰς μορφὰς καὶ τῶν ὅπλων τὴν σκευὴν καὶ ἐς τὴν πᾶσαν δίαιταν ἐοίκοσιν. Ἔστι δὲ νῆσος, οὐ πολὺ ἀπέχουσα τῆς Σαρδοῦς, Κύρνος ὑπὸ Ἑλλήνων, ὑπὸ δὲ Λιβύων τῶν ἐνοικούντων καλουμένη Κορσική. ἐκ ταύτης μοῖρα οὐκ ἐλαχίστη, στάσει πιεσθεῖσα, ἀφίκετο ἐς τὴν Σαρδώ, καὶ ᾤκησαν τῆς χώρας ἀποτεμόμενοι τῆς ἐν τοῖς ὄρεσιν. ὑπὸ μέντοι τῶν ἐν τῇ Σαρδοῖ τῷ ὀνόματι ὀνομάζονται τῷ οἴκοθεν Κόρσοι. Καρχηδόνιοι δὲ ὅτε ναυτικῷ μάλιστα ἴσχυσαν, κατεστρέψαντο μὲν καὶ ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ Σαρδοῖ, πλὴν τῶν Ἰλιέων τε καὶ Κορσῶν. τούτοις δὲ μὴ εἰς δουλείαν ὑπαχθῆναι τὸ ἐχυρὸν ἤρκεσε τῶν ὀρῶν. ᾤκισαν δὲ ἐν τῇ νήσῳ καὶ αὐτοὶ πόλεις οἱ Καρχηδόνιοι, Κάραλίν τε καὶ Σύλχους. τοῦ δὲ ἐπικούρου τῶν Καρχηδονίων Λίβυες ἢ Ἴβηρες ἐς ἀμφισβήτησιν λαφύρων ἀφικόμενοι, καὶ ὡς εἶχον ὀργῆς, ἀφιστάντες, ἐσῳκήσαντο ἐς τὰ ὑψηλὰ καὶ οὗτοι τῆς νήσου. Βαλαροὶ τὸ ὄνομά ἐστιν αὐτοῖς κατὰ γλῶσσαν τὴν Κυρνίων. βαλαροὺς γὰρ τοὺς φυγάδας καλοῦσιν οἱ Κύρνιοι. Γένη μὲν τοσαῦτα τὴν Σαρδὼ καὶ ἐσῳκισμένα οὕτω νέμεται. Hoc eſt: *Primi in Sardiniam transmigraſſe navibus dicuntur Afri, duce Sardo, filio Maceridis; cui apud Aegyptios & Afros Herculis cognomen fuit. Huic Maceriti nihil illuſtrius ad memoriam contigit, quàm quòd aliquando Delphos venit. Sardus verò coloniam Afrorum in Ichnuſam deducendam ſuscepit. unde, mutato priore vocabulo, de eius nomine inſula adpellata eſt. Non tamen indigenas ejecit ea Afrorum manus: ſed in habitationis ſocietatem recepti ab illis ſunt novi advenæ: idque neceſſitate magis, quàm ob benevolentiam. Vrbes certè non plus Afri tunc, quàm indigena populus, norant condere. diſperſi in tuguriis & ſpeluncis, ut ſua cuiusque ſors tulerat, ita habitabant. Aliquot annis poſt Afros è Græciâ in eamdem inſulam adpulère, qui Ariſtæi ductum & auſpicia ſequuti fuerant. Apollinis hunc & Cyrenes fuiſſe filium tradunt. eumque, ob Actæonis caſum acri adfectum dolore, ac Bœotiæ jam & Græciæ toti infenſum, in Sardiniam migraſſe. Verùm neque hæc manus opidum ullum munivit; quòd erat numero ac civibus minor, quàm quantum ſat eſſet ad novam urbem conſtituendam. Poſt Ariſtæum Hiſpani transmiſerunt in eamdem Sardiniam, duce Norace. à quibus urbs Nora condita fuit. hanc primam in inſulâ fuiſſe urbem, norunt. Noracem Mercurii fuiſſe filium dicunt, ex Erythea, Geryonis filiâ. Quarta advenarum manus Iolao duce in Sardiniam venit, è Theſpienſibus & Atticâ terrâ. hi Olbiam condiderunt. privatim verò Athenienſes Goryllen; vel ſervato alicuius de Atticis tribubus nomine; vel, quòd unus de claſſis ductoribus Gryllus fuerit. Atque hac etiam meâ ætate in Sardiniâ loca manent, quæ Iolaïa vocantur; ab eorumque incolis honores Iolao habentur. Poſt Ilium everſum, è Troianis cum alii profugerunt, tùm ii, qui cum Aeneâ incolumes evaſerunt. horum pars, acti tempeſtatibus in Sardiniam, Græcis, qui antè inibi conſederant, permiſti ſunt. Quo minùs verò cum Troianis atque Græcis Barbari bello confligerent, primùm vetuit, quòd belli adparatu neutra pars alteri cedebat; tùm Thyrſus amnis, mediam interfluens inſulam, utramque aciem transmittere metuentem, coërcebat. Multis pòſt annis Afri iterum maiori claſſe in Sardiniam adpulſi, Græcosque bello adorti, omneis ad internecionem exciderunt; aut certè quampauciſſimos reliquos fecère. At Troiani, quum in montanam inſulæ regionem confugiſſent; ibique ſe rupium confractibus & valli jacti munitionibus tutati eſſent, Ilienſium nomen adhuc retinent; facie illi quidem & armaturâ totâque victus ratione Afris perſimiles. Cæterùm non longè ab Sardiniâ diſtat inſula, à Græcis Cyrnos, Corſica ab incolis, huc ex Africâ transgreſſis, nominata. ex hac non parva utique manus, ſeditione pulſi, in Sardiniam transivère; montibusque occupatis, ſeorſim has parteis incoluerunt. qui vocabulo domo adlato à Sardis Corſi adpellantur. At Carthaginienſes, quum eſſent rebus maritimis præpollentes, omneis è Sardiniâ, præter Ilienſeis & Corſos, ejecerunt. nam illos quo minùs potuerint in poteſtatem redigere, prærupti ac muniti montes obſtiterunt. Condiderunt tunc in eâ inſulâ & Carthaginienſes urbeis, Caralin & Sulchos. Ortâ autem ſuper prædâ diſſenſione, Afri & Hiſpani, irâ accenſi, quum à Carthaginienſibus defeciſſent; & ipſi, montium jugis occupatis, ſeorſum conſederunt. eos patriâ ſuâ linguâ Balaros Corſi adpellarunt: quòd eodem vocabulo exſules vocant. Atque hæ quidem gentes, in eas, quas diximus, diviſæ ſedeis, Sardiniam incolunt.* Diodorus lib. v: Ἐχομένη δὲ τῆς Κύρνου νῆσός ἐστιν ἡ προσαγορευομένη Σαρδὼ, τῷ μὲν μεγέθει παραπλήσιος τῇ Σικελίᾳ, κατοικουμένη δὲ ὑπὸ βαρβάρων, τῶν ὀνομαζομένων Ἰολαείων, οὓς νομίζουσιν ἀπογόνους εἶναι τῶν μετ᾽

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Ἰολάου καὶ τῶν Θεσπιάδων, ὄντων αὐτῶν πολλῶν ἐκ τῶν κατοικησάντων. κατὰ γὰρ τοὺς χρόνους, ἐν οἷς Ἡρακλῆς τοὺς διαβεβοημένους ἄθλους ἐτέλει, παίδων ὄντων αὐτῷ πολλῶν ἐκ τῶν Θεσπίου θυγατέρων, τούτους Ἡρακλῆς κατά τινα χρησμὸν ἐξαπέστειλεν εἰς Σαρδὼ, καὶ μετ' αὐτῶν δύναμιν ἀξιόλογον Ἑλλήνων τε καὶ Βαρβάρων ἐπὶ τὴν ἀποικίαν. ταύτης δὲ προεστηκὼς Ἰόλαος, ὁ ἀδελφιδοῦς Ἡρακλέους, καταλαβόμενος ᾤκισεν ἐν αὐτῇ πόλεις ἀξιολόγους, καὶ τὴν χώραν κατακληρουχήσας, τοὺς μὲν λαοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν Ἰολαείους. κατεσκεύασε δὲ καὶ γυμνάσια καὶ θεῶν ναοὺς, καὶ τἄλλα πάντα τὰ πρὸς βίον ἀνθρώπων εὐδαιμόνων ὑπομνήματα, ἃ μέχρι τῶνδε τῶν καιρῶν διαμένει. τὰ μὲν γὰρ κάλλιστα πεδία, τὴν προσηγορίαν ἀπ' ἐκείνου λαβόντα, Ἰολάεια καλεῖται· τὸ δὲ πλῆθος μέχρι τοῦ νῦν φυλάττει τὴν ἀπὸ Ἰολάου προσηγορίαν. τοῦ δὲ περὶ τῆς ἀποικίας χρησμοῦ περιέχοντος ὅτι τοῖς τῆς ἀποικίας ταύτης κοινωνήσασι διαμένει τὰ τῆς ἐλευθερίας ἅπαντα τὸν αἰῶνα, συνέβη τὸν χρησμὸν παραδόξως μέχρι τοῦ νῦν αὐτονομίαν τοῖς ἐγχωρίοις ἀσάλευτον φυλάξαι. Καρχηδόνιοί τε γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἰσχύσαντες, καὶ τῆς νήσου κρατήσαντες, οὐκ ἠδυνήθησαν τοὺς προκατασχόντας τὴν νῆσον καταδουλώσασθαι· ἀλλ' οἱ μὲν Ἰολάειοι καταφυγόντες εἰς τὴν ὀρεινὴν, καὶ καταγείους οἰκήσεις κατασκευάσαντες, ἔτρεφον πολλὰς ἀγέλας βοσκημάτων· ὧν παρεχομένων δαψιλεῖς τροφὰς, ἠρκοῦντο προσφερόμενοι γάλα καὶ τυρὸν καὶ κρέα· καὶ τῆς μὲν πεδιάδος γῆς ἐκχωρήσαντες, τὴν ἐκ τῆς ἐργασίας κακοπάθειαν ἐξέκλιναν· τὴν δ' ὀρεινὴν νεμόμενοι, καὶ βίον ἔχοντες ἄμοιρον κακοπαθείας, ταῖς προειρημέναις τροφαῖς διετέλεσαν χρώμενοι. τῶν δὲ Καρχηδονίων πολλάκις ἀξιολόγῳ δυνάμει στρατευσάντων ἐπ' αὐτοὺς, διὰ τὰς δυσχωρίας καὶ τὴν ἐν τοῖς καταγείοις δυσεκπέλειαν, ἔμειναν ἀδούλωτοι. τὸ δὲ τελευταῖον, Ῥωμαίων ἐπικρατούντων, καὶ πολλάκις ἐπ' αὐτοὺς στρατευσάντων, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ἀχείρωτοι πολεμίᾳ δυνάμει διέμειναν. Οὐ μὴν ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἀρχαίους χρόνους Ἰόλαος μὲν συγκατασκευάσας τὰ κατὰ τὴν ἀποικίαν, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα. οἱ δὲ Θεσπιάδαι τῆς νήσου προεστῶτες ἐπὶ πολλὰς γενεὰς, τὸ τελευταῖον ἐξέπεσον εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ κατῴκησαν ἐν τοῖς κατὰ Κύμην τόποις. τὸ δ' ἄλλο πλῆθος ἐκβαρβαρωθὲν, προστησάμενον ἐκ τῶν ἐγχωρίων τοὺς ἀρίστους ἡγεμόνας, διεφύλαξε τὴν ἐλευθερίαν μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων. Hoc eſt: *Propinqua Corſicæ eſt Sardinia inſula, Siciliam magnitudine fermè exæquans. Incolitur à barbaris, quos Iolaéos nominant; oriundis, ut putant, ab illis, qui cum Iolao & Theſpiadis ſubſtiterunt; quòd hi alios eius incolas numero viciſſent. nam quo tempore celebrata illa Hercules peragebat certamina, quum plurimos ex Theſpii filiabus liberos genuiſſet, oraculi monitu in Sardiniam cum numeroſâ Græcorum & Barbarorum manu ad novas capiendum ſedeis illos emiſit. Horum princeps Iolaus, Herculis ex fratre nepos, inſulam occupavit, & præclaras in eâ urbeis condidit; agrisque ſorte diviſis, Iolaéos ab ſe gentem nuncupavit. gymnaſia præterea, deûmque templa, & alia cuncta monumenta, quæ felicitatem hominum illorum indicant, in eâ conſtruxit: quæ ad hanc quoque tempeſtatem perdurant. amœniſſimi quidpe campi ipſius nomine Iolaéi vocantur. ſed & populus nomen ſuum ab Iolao deductum adhuc conſervat. In oraculo de coloniâ etiam hoc continebatur; Quicumque ſua in eam nomina dediſſent, his libertatem per omne ævum ſartam tectamque fore. Inconcuſſam itaque jurisdictionem ad hoc usque tempus veritas oraculi illis conſervavit. Carthaginienſes enim, quamvìs in ſummo potentiæ ſuæ vigore inſulam hanc occupaverint; priſcos tamen eius poſſeſſores ad ſervitutem redigere nequiverunt. namque Iolaéi ad montana confugerunt: &, habitaculis ſub terrâ ſtructis, multos pecorum greges aluêre. hinc larga victus copia, lactis caſeique & carnium eſu contentis, ſuppetebat. Itaque, dum campeſtribus exceſsêre, ſimul agriculturæ etiam moleſtias declinarunt; vitamque in montibus extra laborum ærumnas, tenui, quem diximus ciborum adparatu tolerare pergunt. Ac tametſi Carthaginienſes magnis ſæpè copiis in eos moverint; locorum tamen difficultas & inexplicabiles ſpecuum ſubterraneorum meatus à ſervitute tutos hosce præſtitêre. Tandem quum etiam Romani, rerum potentes, ſæpiùs Marte illos tentarent; nullâ tamen vi bellicâ, ob easdem cauſas, ſubigere potuerunt. Verùm, ut ad priſca revertamur; Iolaus, effectis coloniæ negotiis, in Græciam regreſſus eſt. Theſpiadæ, quum per multas ætates inſulæ præfuiſſent; in Italiam tandem expulſi, finitimum Cumis agrum inſederunt. Reliquum interim vulgus, ad barbariem redactum, indigenarum optimos quosque reipublicæ præficiens, libertatem ad noſtram usque ætatem tuetur.*

Strabo lib. v: Τῇ δ' ἀρετῇ τῶν τόπων ἀντιτάττεταί τις καὶ μοχθηρία, νοσερὰ ἡ νῆσος τοῦ θέρους, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς εὐκαρποῦσι χωρίοις· τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα καὶ πορθεῖται συνεχῶς ὑπὸ ὀρείων, οἳ καλοῦνται Διαγήβρεις, Ἰολαεῖς πρότερον ὀνομαζόμενοι. λέγεται γὰρ Ἰόλαος, ἄγων τινὰς τῶν παίδων τοῦ Ἡρακλέους, ἐλθεῖν δεῦρο, καὶ συνοικῆσαι τοῖς τὴν νῆσον ἔχουσι βαρβάροις· Τυρρηνοὶ δ' ἦσαν. ὕστερον δὲ Φοίνικες κατεκράτησαν οἱ ἐκ Καρχηδόνος· καὶ μετὰ τούτων Ῥωμαίοις ἐπολέμουν. καταλυθέντων δ' ἐκείνων, πάνθ' ὑπὸ Ῥωμαίοις ὑπῆρξε. Id eſt: *Bonitati ſoli oppoſitum eſt vitium, quòd per æſtatem inſula morboſa eſt; ibi præcipuè, ubi feraciſſima eſt: tum eadem hæc loca continenter populantur montani, qui Diagebrenſes vocantur, olim Iolaënſes dicti. fertur enim Iolaus*

eò adduxiſſe quosdam filiorum Herculis; & inter Barbaros, qui erant Etruſci, eius inſulæ cultores, habitaſſe. Poſteà Pœni ex Carthagine inſulam obtinuerunt: adjutique ab incolis, bellum contra Romanos geſſerunt. Illis autem perdomitis, omnia in poteſtatem Romanorum venerunt. Mela lib. II, cap. VII: *In eâ antiquiſſimi populorum ſunt Ilienſes.* Plinius, lib. III, cap. VII: *Celeberrimi in eâ populorum, Ilienſes, Balari, Corſi.* Strabo, ibidem: Τέτταρα δ' ἐστὶ τῶν ὀρείων ἔθνη· Ταράτοι, Σοσινάτοι, Βαλαροὶ, Ἀκόνιτες, ἐν σπηλαίοις οἰκοῦντες, εἰ καί τινες γῆν ἔχουσι σπόριμον, οὐδὲ ταύτην ἐπιμελῶς σπείροντες, ἀλλὰ τὰς τῶν ἐργαζομένων καθαρπάζοντες, τοῦτο μὲν τῶν αὐτόθι, τοῦτο δ' ἐπιπλέοντες τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ, Πισάτας μάλιστα. οἱ δὲ πεμπόμενοι στρατηγοὶ τὰ μὲν ἀντέχουσι, πρὸς ἃ δ' ἀπαυδῶσιν, ἐπειδὰν μὴ λυσιτελῇ τρέφειν συνεχῶς ἐν τόποις νοσεροῖς στρατόπεδον. λείπεται δὴ, στρατηγεῖν τέχνας τινάς· καὶ δὴ τηρήσαντες ἔθος τι τῶν Βαρβάρων. πανηγυρίζουσι γὰρ ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἀπὸ τῆς λεηλασίας ἐπιτίθενται τότε, καὶ χειροῦνται πολλούς. Hoc eſt: *Quatuor ſunt montanæ gentes; Tarates, Soſſinates, Balari, Aconites; in ſpecubus degentes; &, quamquàm agrum habent ſementi aptum, tamen negligenter eum colunt; & aliorum opera diripiunt; partim in ipsâ inſulâ; partim navibus in oppoſitâ continente Piſanos maximè infeſtantes. Romanorum autem duces, qui eò mittuntur, aliàs eos prohibent, aliàs negligunt: quandoquidem non videtur ex uſu eſſe, exercitum perpetuò in locis morboſis alere. reſtat ergo tum per calliditatem rei gerundæ locus. obſervant quidpe id tempus, quo Barbari de more poſt prædam coactam aliquot dies feſtos ducunt: ac tum per inſidias eos adorti, multos in poteſtatem redigunt.* Hactenus variorum auctorum de priſcis Sardiniæ incolis attulimus narrationes. in quibus nonnullæ inter ſe diſcrepant: aliæ etiam minùs probabiles videntur. Primùm Pauſanias fatetur ſe neſcire, quodnam ab initio nomen habuerit inſula apud primos indigenas. poſteà Græcos, κατ' ἐμπορίαν ἐσπλέοντας, id eſt, *qui negotiandi causâ in eam navigarunt*, adpellaſſe *Ichnuſam*, ipſe unà cum antiquiore auctore Silio tradit. poſt hos Sardum ei dediſſe Sardiniæ nomen. hinc è Bœotiâ cum Ariſtæo Græcos invectos eſſe colonos: mox ex Hiſpaniâ cum Norace Hiſpanos: tum Theſpienſeis cum Iolao: ac tandem Troianorum ſive Ilienſium nonnullos, poſt exciſam Troiam. Iam igitur velim ſcire, quinam illi fuerint Græci, qui tanto temporum intervallo ante Troianum bellum in hanc inſulam mercimonii cauſa navigarunt. nam in Siciliam, Græciæ multo propinquiorem, annis tandem CCCCXLVIII poſt Troiam captam primos trajeciſſe Græcos, in Siciliæ deſcriptione lib. I, cap. II oſtenſum eſt. Quis igitur temerè crediderit, Græcos, neglectâ Siciliâ, inſulâ longè præſtantiore, ſibique multo propinquiore, voluiſſe Sardiniam petere? Item, quomodò *Sardus* primum inſulæ nomen *Ichnuſa* mutavit in *Sardiniæ* vocabulum; quando illud inſulæ non fuit proprium; ſed tantùm à Græcis mercatoribus inter Græcos uſurpatum? ut Trinacriæ nomen in Siciliâ. Hanc igitur Silii Pauſaniæque ſententiam, ut planè abſurdam atque ridiculam, meritò quis damnaverit. Ex Africâ primos poſt terrarum inundationem immigraſſe cultores, duce quodam Sardo, à quo inſulæ pariter atque incolis nomen impoſitum, haud equidem negaverim; quando Africa ei omnium continentium eſt proxima. A ductoribus autem in diſperſione gentium & ipſas ſimul genteis ſimulque terras, quas occupabant, accepiſſe nomina, ipſos verò ductores alius dei alios poſteà habitos fuiſſe filios; quum cuncta illa deorum varia nomina atque numina ad unum verum æternumque Deum, rerum omnium juxtà & primi hominis Adami conditorem, pertinerent; in Germaniâ antiquâ docui. Ab eiusmodi igitur aliquo ductore *Sardo* SARDINIA primùm in gentium diſperſione occupata adpellataque eſſe potuit; incolæ verò ipſi SARDI. Strabo unde ſolus inter omneis reliquos auctores in eamdem, jam ante Herculis & Iolai tempora, deduxerit *Tyrrhenos* ſive *Etruſcos*, nemo facilè dixerit. HISPANORVM quosdam poſt Sardos ante bellum Troianum duce Norace immigraſſe, præfractè abnuere nolim. De iis Græcis verò, quos vel Ariſtæus vel Iolaus duxiſſe dicuntur, planè fabuloſum & per vulgarem illam Græcorum vanitatem, ut innumera alia, maximè verò de Hercule, confictum judico. nulla quidpe his erat ratio, cur potiùs in Sardiniam, quàm in Siciliam, ſedeis conferrent, inſulam longè præſtantiorem, occupatuque faciliorem. Atque circa *Iolaéos*, ſive *Iolaënſeis*, non tantùm inter ſe pugnant præſcripti auctores, ſed etiam ſecum ipſi. quidpe diſertè illis adſcribunt Diodorus atque Strabo, quæ *Ilienſibus* Pauſanias. Rurſum, heic ait, ſuâ adhuc ætate loca quædam adpellata fuiſſe *Iolaïa*; quorum incolæ

Iolaum,

Iolaum, conditorem auctoremque gentis ſuæ, venerati ſint. Diodorus verò tradit, amœniſſimos inſulæ campos vocatos *Iolaéos*; ipſos verò Iolai poſteros Iolaéos in montanis, quò ſe jam inde à Carthaginienſibus pulſi receperant, ſuâ tempeſtate habitaſſe: cui adſentitur Strabo. Scire igitur ego pervelim, quomodò in dictis campis Iolaënſibus cultus fuerit Iolaus à Iolaënſium pulſoribus, quum ipſi Iolaënſes incolerent montana? Certè, quum ab heroë aliquo pars Sardorum nomen quoddam peculiare accepiſſet; Græci id poſteà, ut ſæpè alibi factum, in Iolai, Græci ac noti ſibi herois, Iolaenſiumque nomen detorſiſſe videntur. alii verò in Ilienſium vocabulum; quos Plinius Pauſaniasque ac Silius ſequuti ſunt; & item Livius, lib. XLI. quorum tamen heic nullos prorſus agnoverunt graviſſimi aliàs ſcriptores Diodorus atque Strabo. Quin hic, Diodori ſub Auguſto Cæſare æqualis, & Melâ, Plinio Pauſaniâque prior, non *Iolaënſeis*, ſive *Iolaéos*, ſeu *Iolaïos*, neque *Ilienſeis*, ſuâ ætate adpellatos fuiſſe tradit; ſed *Diagebrenſeis*; nomine longè ab illo diverſo atque alieno. unde haud levis oritur ſuſpicio, confictam eſſe omnem illam de Iolai poſteris fabulam. Huc accedit, quòd Pauſanias ſuos Ilienſeis tradit eſſe Λίβυσι τὰς μορφὰς καὶ τῶν ὅπλων τὴν σκευὴν καὶ ἐς τὴν πᾶσαν δίαιταν ἐοικότας· id eſt: *facie, armaturâ, totâque victus ratione Afris perſimileis*. Iam verò illa quomodò ſatis inter ſe congruant, haud video, ubi idem Pauſanias ait Carthaginienſeis, quum primùm in inſulam trajeciſſent, omneis inde ejeciſſe, præter Ilienſeis & Corſos; qui in montium aſpera atque prærupta ſeſe receperant: nihilo minùs tamen continuò pòſt ait Afros atque Hiſpanos, priſcos ſcilicet inſulæ cultores, à Carthaginienſibus deficienteis, itidem in montana ſe recepiſſe; ibique à Corſis adpellatos fuiſſe *Balaros*. Hæc, inquam, quomodò inter ſe conveniant, ipſe viderit. Phœnices paullo ante bellum Troianum colonias ſuas miſiſſe in Hiſpaniam, Africam, Siciliam, Sardiniam, & Melitam, in Siciliæ deſcriptione lib. I, cap. II oſtenſum eſt. unde Diodori locum, qui eſt lib. V, heic repetiiſſe ne pigeat. De argenti metallis in Pyrenæis montibus loquens, τῆς δὲ τούτου χρείας, inquit, ἀγνοουμένης παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις, τοὺς Φοίνικάς φασιν, ἐμπορίαις χρωμένους, καὶ τὸ γεγονὸς μαθόντας, ἀγοράζειν τὸν ἄργυρον μικρᾶς τινος ἀντιδόσεως ἄλλων φορτίων. διὸ δὴ τοὺς Φοίνικας μετακομίζοντας εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἀσίαν καὶ τἄλλα πάντα ἔθνη, μεγάλους περιποιήσασθαι πλούτους. ἐπὶ τοσοῦτο δὲ τοὺς ἐμπόρους διατεῖναι τῇ φιλοκερδίᾳ, ὥς τε, ἐπειδὰν, καταγομένων τῶν πλοίων, περιττεύῃ πολὺς ἄργυρος, ἐκκόπτειν τὸν ἐν ταῖς ἀγκύραις μόλιβδον, καὶ ἐκ τοῦ ἀργύρου τὴν ἐκ τοῦ μολίβδου χρείαν ἀλλάττεσθαι. διόπερ ἐπὶ πολλοὺς χρόνους οἱ Φοίνικες διὰ τῆς τοιαύτης ἐμπορίας ἐπὶ πολὺ λαβόντες χρόνον αὔξησιν, ἀποικίας πολλὰς ἀπέστειλαν, τὰς μὲν εἰς Σικελίαν καὶ τὰς συνέγγυς ταύτῃ νήσους, τὰς δὲ εἰς τὴν Λιβύην καὶ Σαρδόνα καὶ τὴν Ἰβηρίαν. Hoc eſt: *Eius uſus quum incompertus eſſet incolis; Phœnicas aiunt mercatores, re cognitâ, exiguæ permutatione mercis illud redemiſſe; eiusque in Græciam & Aſiam cunctasque genteis alias transportatione magnas ſibi comparaſſe opes: atque eò quæſtus ſtudio provectos; ut, quum, refertis navibus, multum adhuc argenti ſupereſſet, plumbo in ancoris exciſo, argento eius uſum explerent. Ex hac igitur negotiatione per multum temporis opulentiores facti Phœnices, multis pòſt annis colonias non paucas in Siciliam & vicinas ei inſulas, in Africam item & Sardiniam Hiſpaniamque miſerunt.*

Græci poſtmodùm aliquam deduxiſſe videntur in Sardiniam coloniam, vel ſub idem cum Siciliâ tempus, vel paullo pòſt. hinc quidpe illæ de Ariſtæo ac Iolao fabulæ natæ: hinc item illa γυμνάσια καὶ θεῶν ναοὶ καὶ τἄλλα πάντα τὰ πρὸς βίον ἀνθρώπων εὐδαιμόνων ὑπομνήματα, id eſt, *gymnaſia & deorum templa, ac omnia reliqua monumenta, quæ felicitatem illorum hominum indicant*: quæ ſuâ adhuc ætate ſuperfuiſſe teſtatur Diodorus. & LOCRENSES neſcio quos aut unde huc deduxerunt alii auctores; quos Solinus ſequutus. Hos quando Carthaginienſes iterum expulerint, nusquàm adnotatum reperio: niſi quòd, poſt Troianum bellum id factum, è Pauſaniâ colligere licet. Apud Iuſtinum lib. XVIII, ubi de Carthagine agitur, hæc ſcripta ſunt: *Condita eſt urbs hæc* LXXII *annis antè, quàm Roma. cuius virtus ſicut bello clara fuit, ita domi ſtatus variis diſcordiarum caſibus agitatus eſt.* Et exiguo pòſt: *Quum in Siciliâ diu feliciter dimicaſſent, tranſlato in Sardiniam bello, amiſſâ maiore exercitus parte, gravi prælio victi ſunt. propter quod ducem ſuum Mazeum, cuius auſpiciis & Siciliæ partem domuerant, & adversùs Afros magnas res geſſerant, cum parte exercitus, quæ ſuperfuerat, exſulare juſſerunt. quam rem ægrè ferentes milites,* * . *; *conſcenſis navibus, armati*

ad urbem veniunt. Mox: *Prohibitis commeatibus, obſeſſâque urbe, in ſummam deſperationem Carthaginienſeis adduxerunt.* Tandem: *Poſt paucos deinde dies Carthaginem* [*Mazeus*] *capit. evocatoque populo ad concionem, exſilii injuriam queritur; belli neceſſitatem excuſat. contentumque victoriâ ſuâ, punitis auctoribus miſerorum civium, injurioſi exſilii omnibus ſe veniam dare, dicit. Atque ita* X *ſenatoribus interfectis, urbem legibus ſuis reddidit. Nec multo pòſt ipſe adfectati regni accuſatus, duplicis, & in filio & in patriâ, parricidii pœnas dedit. Huic Mago imperator ſucceſſit. cuius induſtriâ & opes Carthaginienſium & imperii fines & bellicæ gloriæ laudes creverunt.* Eiusdem hiſtoriæ epitomen recenſens Paulus Oroſius, lib. IIII cap. VI, ita concludit: *Poſt paucos dies urbem ipſam cepit. Quì, quum, interfectis plurimis ſenatoribus, cruentè dominaretur, occiſus eſt. Hæc temporibus Cyri, regis Perſarum, geſta ſunt.* Cyrus, ut unanimo teſtantur omnes conſenſu Chronologi, regnum Perſarum adeptus eſt Olympiadis LV anno primo; id eſt, ante natum cœli terrarumque Dominum anno IↃLX; annis CLXXIIII pòſt, quàm primi in Siciliam transmigraverunt Græci. regnavitque annos XXX. Cæterùm apud Diodorum lib. XIIII hæc leguntur: Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Φιλοκλῆς· Καρχηδόνιοι δὲ βραδέως ἑαυτοὺς ἐκ τῆς περὶ Συρακούσας συμφορᾶς ἀναλαβόντες, ἔγνωσαν ἀντέχεσθαι τῶν κατὰ Σικελίαν πραγμάτων. κρίναντες δὲ διαγωνίζεσθαι, ναυσὶ μὲν μακραῖς ὀλίγαις διέβησαν, δύναμιν δὲ συνήγαγον ἀπό τε Λιβύης καὶ Σαρδοῦς, ἔτι δὲ τῶν ἐξ Ἰταλίας Βαρβάρων. Id eſt: *Summus Athenis prætor quum eſſet Philocles, Carthaginienſes, ſerò tandem à clade Syracuſanâ viribus recollectis, cum paucis quidem longis navibus trajecerunt; ſed copias ex Africâ & Sardiniâ contraxerant: Barbaris præterea ex Italiâ adjunctis.* Summus Athenis prætor fuit Philocles iſte anno primo Olympiadis XCVII; ante natum Chriſtum CCCXCII. quo tempore iterum ſub Carthaginienſium ditione fuiſſe videtur Sardinia. nam lib. XV Diodorus in magiſtratu Niconis, qui fuit XIII annis pòſt, ita ſcribit: Καρχηδόνιοι, στρατεύσαντες εἰς τὴν Ἰταλίαν, τοῖς μὲν Ἱππωνιάταις ἐκπεπτωκόσιν, ἐκ τῆς πατρίδος ἀποκατέστησαν τὴν πόλιν, καὶ πάντας τοὺς πεφευγότας συναγαγόντες, πολλὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἐποιήσαντο. μετὰ δὲ ταῦτα λοιμικῆς νόσου τοῖς κατοικοῦσι τὴν Καρχηδόνα γενομένης, καὶ τῆς νόσου πολλὴν ἐπίτασιν ἐχούσης, πολλοὶ τῶν Καρχηδονίων διεφθάρησαν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἐκινδύνευσαν ἀποβαλεῖν. οἵ τε γὰρ Λίβυες καταφρονήσαντες αὐτῶν, ἀπέστησαν, οἵ τε τὴν Σαρδόνα κατοικοῦντες, νομίσαντες ἔχειν καιρὸν κατὰ τῶν Καρχηδονίων, ἀπέστησαν ἀπ᾿ αὐτῶν, καὶ συμφρονήσαντες ἐπέθεντο τοῖς Καρχηδονίοις. Ἐγένετο δὲ περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν θεόπεμπτός τις ἀτυχία κατὰ τὴν Καρχηδόνα. ταραχαὶ γὰρ καὶ φόβοι καὶ πανικοὶ θόρυβοι συνεχεῖς ἐγίνοντο κατὰ τὴν πόλιν παράδοξοι· καὶ πολλοὶ μὲν μετὰ τῶν ὅπλων ἐξεπήδων ἐκ τῶν οἰκιῶν, ὡς πολεμίων εἰσπεπτωκότων εἰς τὴν πόλιν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὡς πολεμίους διαπολεμοῦντες, οὓς μὲν ἀνῄρουν, οὓς δὲ ἐτραυμάτιζον. τέλος δὲ θυσίαις τὸ θεῖον ἐξιλασάμενοι, καὶ μεγίστων κακῶν ἀπαλλαγέντες, ταχὺ καὶ τοὺς Λίβυας κατεπολέμησαν, καὶ τὴν νῆσον ἀπεκτήσαντο. Hoc eſt: *Carthaginienſes, cum exercitu in Italiam transgreſſi, Hipponienſibus urbem ſuam, unde excuſſi fuerant, reſtituunt. omneis prætereà exſules, undecumque ad ſeſe congregatos, ſingulari ſtudio excipiunt, atque fovent. Accidit verò aliquanto pòſt, ut peſtilentia Carthaginem invaderet. quæ quum identidem magis magisq; ingraveſceret, magna Carthaginienſium ſtrages facta eſt: adeò quidem, ut periculum eſſet, ne imperium amitterent. namq; Afri præ contemtu illorum deficiunt: & Sardi, jam opportunam ſibi datam occaſionem rati, excuſſis imperii habenis, conſpirant, ac vim Carthaginienſibus inferunt. Quin & calamitas, à diis immiſſa, Carthagini imcubuit. perturbationes enim ac terrores tumultusque Panici ex improviſo urbem corripuerunt, & plurimi armis correptis, ac ſi hoſtes urbem invaſiſſent, ex ædibus procurrerunt; & inter ſe veluti cum hoſte congreſſi, alios interemerunt, alios ſauciarunt. Ad poſtremum numine ſacrificiis placato, graviſſimis exemti malis, ſtatim & Afros debellarunt, & inſulam ditioni ſuæ iterum ſubjecêre.* Haud ita multo pòſt, in rebus ſequentis anni, ita ſcriptum eſt: Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Ῥωμαῖοι μὲν ἐπὶ ἀτελείᾳ πεντακοσίους ἀποίκους εἰς Σαρδωνίαν ἀπέστειλαν. Quæ ita Latinus interpres vertit: *Intereà* IↃ *civium coloniam Romani in Sardiniam, ita, ut à vectigalibus prorſus immunes eſſent, deduxerunt.* Satis abſurdè: utique, quum imperii Romani termini etiamtum in conſpectu ferè omnes eſſent urbis Romæ. unde patet, de opido aliquo propiùs Romam ſito ſcripſiſſe id Diodorum: cuius verba poſteà à librariis corrupta fuêre. neque verò quiſquam Græcorum *Sardiniam* adpellavit lingvâ ſuâ τὴν Σαρδωνίαν: ſed omnes vel τὴν Σαρδῶ, vel τὴν Σαρδόνα: ut ipſe Diodorus anteà. Romani nihil in eam inſulam tentarunt ante bellum Punicum primum: cui finis impoſitus, paxque Carthaginienſibus eâ condicione data, uti Siciliâ Sardiniâque inſulis cederent. Hinc perpetuò in

eorum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

eorumdem Romanorum manſit ditione; niſi quòd ſub bellum Punicum ſecundum inſtinctu Carthaginienſium rebellaverint; ſtatimque ſubacti iterum fuerint: quamquàm montana inſulæ incolentes, ut ſuprà ſcripti teſtantur auctores, nunquàm ſatis debellari potuerunt.

Ergo ſub Romano imperio præcipui Sardiniæ populi fuêre, ut ſuprà intellectum, Διαγηβρεῖς, Βαλαροὶ, καὶ Κόρσοι· DIAGEBRENSES, BALARI, & CORSI. His prætereà à Strabone adnumerantur Ἀκώνιτες, Ταράτοι, Σοσσινάτοι· ACONITES, TARATES, & SOSSINATES. ſic quidpe Latino ore formandi ſunt: quemadmodùm in Galliâ ſunt Cæſari *Cocoſates*, *Eluſates*, *Nantuates*, *Sibuzates*, *Sotiates*, *Taruſates*, *Toloſates*, *Vocates*, *Atrebates*. quorum hi eodem modo formantur Straboni Ἀτρηβάτοι, *Atrebati*: quum Ptolemæo in eâdem Galliâ & item in Britanniâ ſint Ἀτρεβάτιοι, *Atrebatii*; quemadmodùm eidem in noſtrâ hac Sardiniâ Τιβουλάτιοι, *Tibulatii*: quorum opidum ei memoratur Τίβουλα, *Tibula*. nam ab urbibus, aut aliorum locorum propriis ac primitivis vocabulis cuncta iſta formata eſſe, certum eſt. Idem Ptolemæus, in deſcriptione huius inſulæ ita habet: Κατέχουσι δὲ τὰ μὲν ἀρκτικώτατα τῆς νήσου Τιβουλάτιοι, καὶ Κόρσοι. ὑφ' οὓς Κορακήνσιοι· εἶτα Καρήνσιοι, καὶ Κουνουσιτανοί· ὑφ' οὓς Σολκιτανοί, καὶ Λουκουιδωνήνσιοι· εἶτα Αἰσαρωνήνσιοι· ὑφ' οὓς Κορνήνσιοι, οἱ [malim καὶ] Αἰχιλήνσιοι· εἶτα Ῥουακήνσιοι· ὑφ' οὓς Κελσιτανοί, καὶ Κορπικήνσιοι· εἶτα Σκαπιτανοί, καὶ Σικουλήνσιοι· ὑφ' οὓς Νεαπολῖται, καὶ Οὐαλεντῖνοι· καὶ μεσημβρινώτατοι Σολκιτανοί. Hoc eſt: *Tenent parteis inſulæ ſeptemtrionaleis Tibulates, & Corſi. ſub quibus Coracenſes: dein Carenſes, & Cunuſitani. ſub quibus Sulcitani & Luquidonenſes. dein Aeſaronenſes. ſub quibus Cornenſes, & Aechilenſes. inde Ruacenſes. ſub quibus Celſitani & Corpicenſes. dein Scapitani & Siculenſes. ſub quibus Neapolitani & Valentini. &, qui maximè ſunt meridionales, Sulcitani.* Sic pleraque ex his eſſe legenda partim vulgata indicant exemplaria, partim codex Vaticanus. in quo etiam pro Ῥουακήνσιοι legitur Ῥουβρήνσιοι, *Rubrenſes*. Et hoc modo formanda eſſe iſta vocabula Latino ore, vel unius Daciæ ſatis comprobat exemplum apud eumdem Ptolemæum: ubi ſunt Πρενδαυήνσιοι, Ῥατακήνσιοι, Κακοήνσιοι, Βουριδεήνσιοι, Κορτήνσιοι, Ἀλβοκήνσιοι, Ποτουλατήνσιοι, Σαλδήνσιοι. id eſt: *Prendavenſes*, *Ratacenſes*, *Cacoenſes*, *Burideenſes*, *Cortenſes*, *Albocenſes*, *Potulatenſes*, *Saldenſes*. Et in Mœſiâ, Τρικορνήνσιοι, Πικήνσιοι, Οἰτήνσιοι, Ὀβουλήνσιοι, Διμήνσιοι, Πιαρήνσιοι. hoc eſt: *Tricornenſes*, *Picenſes*, *Oetenſes*, *Obulenſes*, *Dimenſes*, *Piarenſes*. Ex his *Tricornenſium* opidum eidem Ptolemæo & Tabulæ itinerariæ eſt *Tricornium*; *Dimenſium* Antotini Itinerario *Dimum*, & Tabulæ corruptè *Dinium*. Βουριδεήνσιοι, ſive, ut alia exemplaria habent Βουρριδεήνσιοι, vitiato ſunt vocabulo à genuino Βουρριδαυήνσιοι, id eſt, *Burridavenſes*: quorum opidum in Tabulâ itinerariâ eſt *Burridava*. Patet igitur ex hisce ſimilibus exemplis, derivativa illa eſſe populorum vocabula à primitivis urbium adpellationibus. Et *Cornenſium* quidem opidum fuit *Cornus*; *Aeſaronenſium*, *Aeſaro*; *Luquidonenſium*, *Luquido*; *Sulcitanorum*, *Sulci*; ut mox oſtendemus. Cæterùm præter ſuprà dictas Sardorum nationes, Livio etiam memorantur PELLIDI: quorum caput prædictum opidum *Cornus*. Sed id vocabulum fortè mendoſum eſt à genuino PELLITI. Montoſæ inſulæ partes quum ſint versùs Corſicam poſitæ, in his fuiſſe *Balaros* illos, *Diagebrenſeis Tarates*, *Soſſinates*, *Aconitas*, atque *Corſos*, certum eſt. Atque hinc rectè Ptolemæo primi in ſeptemtrionali parte ponuntur *Corſi*, poſt *Tibulates*, quorum opidum *Tibula* fuit maritimum. Sed de populis huius inſulæ poſtquàm ſatis dictum, opida etiam, à veteribus auctoribus memorata, indicare conemur.

Opidorum Sardiniæ notitiam unis fermè debemus Ptolemæo & Antonini Itinerario. nam cæteri parum de iis adnotarunt. quamquàm Ptolemæus heic quoque, ſicut ferè in reliquis Orbis partibus, mirus turbator eſt; & Itinerarium à librariis miſerè vitiatum deprenditur. Hinc fit, uti paucis locis verus ſitus adſeri poſſit: utique in inſulâ nobis exteris minùs cognitâ. nam ipſam, unà cum vicinâ Corſicâ, adire, operæ pretium mihi viſum non eſt, inter tot piratarum pericula. Lucem itaque aliquam ad inveſtigandos opidorum antiquorum ſitus incolarum alicui, qui id præſtare aliquando poſſit, nos prætuliſſe ſufficiet. Veteres igitur quæ tradiderint, in medium adferemus. Strabo, lib. V: Πόλεις δ' εἰσὶ μὲν πλείους, ἀξιόλογοι δὲ Κάραλις καὶ Σοῦλχοι. Id eſt: *Vrbeis habet plureis; quarum præcipuæ ſunt Caralis & Sulchi.* Mela, lib II. cap. VII: *Vrbium antiquiſſimæ, Caralis & Sulchi.* Plinius lib. III

cap. VII: *Opidorum* XIIII: *Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Boſenſes: Caralitani, civium Romanorum; & Norenſes. colonia autem una, quæ vocatur Ad Turrim Libyſonis.* In Tabulâ itineraria ſunt, *Caralis, Turres, Nora, Sulci, Neapolis, & Vlbia:* ſed alieniſſimis ſitibus. Ex Ptolemæo igitur & Antonini itinerario cùm hæc tùm alia inveſtigabimus. Apud Ptolemæum ita eſt: Δυσικὴ πλευρά· Γορδιτανὸν ἄκρον, Τίλλιον πόλις, Νυμφαῖον λιμὴν, Ἑρμαῖον ἄκρον, Τερμοῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Κορακώδης λιμὴν, Τάῤῥας πόλις, Θύρσου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Οὔσελλις πόλις κολώνια, Ἱεροῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Ὀσαία πόλις, Σαρδοπάτορος ἱερὸν, Νεάπολις, Παχεῖα ἄκρα. Μεσημβρινῆς πλευρᾶς περιγραφή· Σύλκοι πόλις καὶ λιμήν. Hoc eſt: *Occidentale latus: Gorditanum promontorium, Tillium opidum, Nymphæum portus, Hermæum promontorium, Termi fluvii oſtium, Coracodes portus, Tarras opidum, Thyrſi amnis oſtium, Vſellis urbs colonia, Sacri fluminis oſtium, Oſæa opidum, Sardopatoris fanum, Neapolis, Pacheum promontorium. Meridionalis lateris deſcriptio: Sulci urbs & portus.*

GORDITANVM *promontorium.* HERCVLIS *inſulæ.*

Ex his τὸ Γορδιτανὸν ἄκρον GORDITANVM *promontorium*, eo ſitu contra HERCVLIS *inſulam*, quæ vulgò nunc dicitur *Aſinara*, à Ptolemæo ponitur, uti nullum aliud eſſe poſſit, quàm quod vulgò nunc vocatur *Capo di Monte Falcone*, & *Capo di Argentera*. Memoratur Plinio quoque, lib. III cap. VII. *Habet*, inquit, *& à Gorditano promontorio duas inſulas, quæ vocantur Herculis*. Ex his maior adpellatur, ut dixi, *Aſinara*, ſive *Zavara;* minor verò, *Iſola Piana*. Maior etiam Tabulæ itinerariæ memoratur.

TILIVM *opidum.*

Hinc Τίλλιον, TILLIVM *opidum*, ſive, ut alia habent exemplaria, Τίλιον, TILIVM, ex Ptolemæi poſitione habendum eſt id opidum, quòd vulgò nunc vocatur *Argentera*.

NYMPHAEVS *portus.* HERMAEVM *ſive* MERCVRII *promontorium.* DIABATE *inſula.*

Hinc τὸ Νυμφαῖον λιμὴν, NYMPHAEVM *portus* is locus eſt, qui apud opidum *Monte Giraro* vulgò vocatur *Porticiuolo*. nam τὸ Ἑρμαῖον ἄκρον, HERMAEVM ſive MERCVRII *promontorium* nullum aliud eſſe poteſt, quàm quod vulgò nunc dicitur *Capo della Caccia*. & inter utrumque poſita eſt exigua illa inſula, quæ Ptolemæo vocatur Διαβατὴ, DIABATE, vulgò nunc *Faluga* adpellata.

TERMVS *amnis.* CORAX *opidum.* CORACODES *portus.*

Τερμὸς ποταμὸς, TERMVS *amnis* hodiè nonnullis exiſtimatur is, qui, maximus poſt Thyrſum, inter Gorditanum promontorium & Corſicam haud procul ab *Aragonenſi* opido in mare effunditur. at hæc opinio planè aliena eſt ab mente Ptolemæi. Κορακώδης huius λιμὴν, hoc eſt, CORACODES *portus*, nullus alius eſſe poteſt, quàm quod opidum nunc vulgò adpellatur *Algeri*, ad ſinum ſatis amplum & multarum navium capacem. nam ultra hunc nullus ſequitur portus, niſi qui ad Boſam opidum eſt in medio inſulæ latere. ubi non fuiſſe *Coracodem portum* inde colligo, quòd Ptolemæus in populis recenſendis, poſt Tibulates atque Corſos, qui omnium fuêre maximè ſeptemtrionales, proximè ſubjungit *Coracenſeis:* quorum opidum haud dubiè fuit Κόραξ, CORAX: & inde proximus ei portus cognomine Κορακώδης, *Coracodes*. quem, ut dixi, ex ſitus argumento eum eſſe cenſeo, qui nunc vulgò vocatur *Algeri*. *Termus* autem *amnis* erit is, qui inter hoc opidum & ſuprà dictum promontorium Hermæum in ſinum Algerenſem effunditur. Niſi hunc etiam à vero ſitu deturbaſſe ſuſpiceris Ptolemæum, quemadmodùm reliqua hinc loca, ut oſtendam: maliſque Termum eſſe eum, qui apud Boſam in mare effunditur. Nam hic altero illo inter Algerium opidum & Mercurii promontorium maior eſt; ideoque memoratu dignior.

NEAPOLIS *opidum.* THYRSVS *amnis.*

Cætera igitur hinc loca turbavit Ptolemæus; dum Thyrſum & Sacrum flumina præpoſuit Neapoli opido. nam NEAPOLIS hodiéque vulgò vocatur *Neapoli*. prope hoc autem, ab auſtrinâ parte in ſinum maris effunditur maximus totius inſulæ amnis, & mediam ſecans. qui ex hoc documento deprehenditur eſſe is, qui Ptolemæo, Pauſaniæ, atque Antonino dicitur Θύρσος ποταμὸς, THYRSVS *amnis*. nam hunc per mediam fluere inſulam, ſuprà è Pauſaniâ intelleximus. apud quem corrupto eſt vocabulo in vulgatis exemplaribus Θόρσος. Apud Antoninum iter tale eſt:

Ab Vlbia Caralis	M. P. CLXXIII, *ſic:*
Caput Tyrſi	XL.
Sorabile	XLVI.
Biora	XLVI.
Caralis	XLII.

Ex his

Ex his locis *Caralis* urbs etiamnunc caput totius inſulæ eſt: *Olbia* verò in ruinis noſcitur in eodem cum illâ occidentali inſulæ litore, intervallo inter utramque millium paſſuum circiter LXX. unde patet, per mediterranea versùs Thyrſi amnis fontem actum fuiſſe id iter: quando tantis CLXXIII millium ambagibus circumactum fuiſſe, minimè credibile eſt. corruptique haud dubiè ſunt numeri intervallorum.

OSAEA *opidum.*

Ὀσαία πόλις, OSAEA *opidum* vulgò hodieque inter Neapolim & Boſam vocatur *Oséo*. Eius vocabulum meritò vitiatum ſuſpicatur Ioſias Simlerus in *Othoca*, apud Antoninum, in hiſce itineribus:

A Tibulas Sulcis M. P. CCLX, *ſic:*		*A Tibulas Cralis* M. P. CCXIII, *ſic;*	
Vineolis	XII.	*Gemellas*	XXV.
Erurio	XXIIII.	*Lugudonec*	XXV.
Ad Herculem	XXIII.	*Hafa.*	XXIIII.
Ad Turrem	XVIII.	*Molaria*	XXIIII.
Nure	XVII.	*Ad Medias*	XII.
Carbia	XVI.	*Foro Traiani*	XV.
Boſa	XXV.	*Othoca*	XVI.
Cornos	XVIII.	*Aquis Neapolitanis*	XXXVI.
Tharrhos	XVIII.	*Caralis.*	XXXVI.
Othoca	XII.		
Neapolis	XVIII.		
Metalla	XXX.		
Sulcis	XXX.		

BOSA *opidum.*

BOSA, paullum ab litore in mediterranea recedit, ad amnis oſtium in medio occidentali latere ſita. Ptolemæus nimis imperitè regione Hermæi promontorii eam poſuit. Plinio, dicto lib. III cap. VII, opidani inde dicuntur BOSENSES.

VSELLIS *colonia.* SACER *amnis.*

Porrò Ptolemæo poſt Thyrſi oſtium ponuntur Οὔσελλις πόλις κολώνια, VSELLIS *urbs colonia*, & Ἱερὸς ποταμὸς, id eſt, SACER *fluvius*. Hic nullus alius eſſe poterit, quàm qui inter Thyrſum & promontorium, cui vulgare vocabulum *Capo di Fraſca*, in ſinum Neapolitanum effunditur. Ipſa verò *urbs* ſive *Colonia Vſellis* erit ea, quæ ſecunda à capite vulgò nunc dicitur *Oriſtagni*, intus paullum recedens. Plinius quòd dicto lib. III cap. VII *unam* fuiſſe in Sardiniâ *coloniam* ait, nomine *Ad Turrim Libyſſonis*, quæ in ſeptemtrionali inſulæ parte hodieque dicitur *Torre*, id minùs ducendum: quando multa ille in Siciliâ etiam, & plura in ſuâ Italiâ negligenter præteriit, vel turbavit confuditque. De cætero illi apud Ptolemæum populi Κελσιτανοὶ, *Celſitani*, ab hac urbe ei dicti videntur fuiſſe Οὐσελλιτανοὶ, *Vſellitani*. nam quum ſcriptum eſſet ab ipſo, ὑφ᾽ οὓς οὐσελλιτανοὶ, facilè ea verba poſtmodùm ab incurioſo librario corrumpi potuerunt in ὑφ᾽ οὓς κελσιτανοί.

TARRAS *opidum.*

Iam verò, quum & Boſa & Oſæa & Neapolis, opida, & flumina Termum, Thyrſum, & Sacrum falſis ſitibus retulerit Ptolemæus, Τάῤῥεας πόλις, TARRAS *opidum*, quo ſitu fuerit, planè incertum eſt. Idem tamen eſſe, quod apud Antoninum in præſcripto itinere eſt *Tharrhos*, doctis video nonnullis placere viris.

METALLA *opidum.*

Locus ille apud Antoninum METALLA, inter Neapolim & Sulcos, opidum fuiſſe videtur ex hodiernâ adpellatione, qua vulgò dicitur *Cività di Gleſie*, id eſt: *Civitas Eccleſiarum*. nam heic hodiè argenti exſtant metalla.

SARDOPATORIS *fanum.*

Cæterò apud Ptolemæum inter Oſæam & Neapolim legitur Σαρδοπάτορος ἱερὸν, id eſt, SARDOPATORIS *fanum*. at in tabulâ ea illi tribuitur latitudinis regio, quæ infra Neapolim versùs meridiem excedit, aliquantum in occidentem hibernum declinans. quo ſitu conſpicitur ſuprà dictum promontorium *Capo di Fraſca*. unde facilis ac prona ſuſpicio, vel in hoc fuiſſe, τὸ ἱερὸν illud, vel ſcripſiſſe fortè ipſum Ptolemæum Σαρδοπάτορος ἄκρον, id eſt, SARDOPATORIS *promontorium*.

BERTVLA *inſula.*

Inter hoc promontorium & ſuprà dictum promontorium Mercurii, ſive inter Boſam & Neapolim, duæ objacent litori inſulæ, quarum maior *Coffia di donna*, minor *Malavente*, vulgò dicuntur. maior earum videtur eſſe eadem quæ in Tabulâ itinerariâ eſt BERTVLA *inſula*.

Poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Crassvm promontorium. Pvpvlvm opidum.

Poſt *Sardopatoris* ſive *fanum* ſive *promontorium*, Ptolemæo eſt ἡ Παχεῖα ἄκρα, id eſt, ſi Latinè vertas, Crassvm *promontorium:* & poſt hoc Πέπυλον πόλις, Pvpvlvm *opidum* in extremo inſulæ versùs occaſum hibernum excurſu, qui terminus eſt occidentalis meridionaliſque laterum. *Craſſum* igitur promontorium erit id, quod inter hoc ultimum & Fraſcam in mare protenditur.

Svlci *urbs.*

Hinc jam in ipſo ſequebatur meridionali latere antiquiſſima *Carthaginienſium colonia* Σύλκοι pluralis numeri dicta vocabulo; quod Romani ſuo ore, Græcâ literâ in Latinam versâ, fecêre Svlci. unde *opidani* Hirtio & Plinio dicuntur Svlcitani. Plinius, dicto lib. iii cap. vii: *Opidorum* xiii. *Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Boſenſes, Caralitani.* Hirtius, fine libri de Bello Africano: *His rebus geſtis, Idibus Iuniis Vticæ claſſem conſcendit Cæſar: & poſt diem* iii *Caraleis in Sardiniam pervênit. ibi Sulcitanos, quòd Naſidium eiusque claſſem receperant, copiisque juverant,* hs c *millibus multat.* Apud Ptolemæum leguntur ea vocabula Σόλκοι & Σολκιτανοί· ſed neſcio, an ſatis ſine mendo. quod tam facilè his irrepſiſſe potuit, ut in illud fluminis Thyrſi nomen apud Pauſaniam. & ipſum opidanorum nomen apud Ptolemæum vitiatum in vulgatis exemplaribus legitur per η Σολκηῖανοί. Quamquàm Ptolemæus plerumque in Romanorum provinciis Latinam nominum ſcriptionem ſequi adſvevit. Cæterùm apud Pauſaniam quoque idem vocabulum variè legitur, modò Σύλχοι, modò Σύλλοι· quorum hoc mendo conſperſum: illud etiam Latinorum nonnullis exemplaribus irrepſit. Apud Plinium, dicto loco, tametſi opidani ſint *Sulcitani*; tamen *promontorium* ibidem dicitur *Sulcenſe*; & quibusdam in exemplaribus *Sulchenſe*; in pleriſque verò *Sulſenſe*. Ipſos etiam opidanos interdum Romanis dictos fuiſſe Svlcenses, inde patet. Apud Zonaram tomo ii ſunt Σοῦλκοι. & ſic Ptolemæum ſcripſiſſe puto. Cæterùm de ipsâ urbe ita eſt apud Stephani epitomatorem: Σύλκοι, πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα. Id eſt: *Sulci, urbs in Sardiniâ, à Carthaginienſibus condita.* Sic & Claudianus, de Bello Gildonico:

Pars adit antiquâ ductos Carthagine Sulcos.

Alia exemplaria habent *Sulchos*. ſic & Strabo, lib. v: Πόλεις δ' εἰσὶ μὲν πλείους, ἀξιόλογοι δὲ Κάραλις καὶ Σοῦλχοι. Id eſt: *Vrbes in eâ ſunt complures; quarum præcipuæ Caralis & Sulchi.* Mela, lib. ii cap. vii: *Vrbium antiquiſſimæ Caralis & Sulchi.* Sub primum haud dubiè in inſulam adventum condidêre eas Carthaginienſes, colonis Pœnis ex Africâ deductis. Situs Sulcorum è Ptolemæi tabulâ diſpectu difficilis. maritimam tamen is facit urbem cum portu, in meridionali inſulæ latere. Plinius dicto loco ita tradit: *Habet & à Gorditano promontorio duas inſulas, quæ vocantur Herculis; à Sulcenſi Enoſin, à Caralitano Ficariam. quidam haud procul ab eâ etiam Beleridas ponunt, & Colloden, & quam vocat Heras lutra.* Quæ ita refert epitomator eius Martianus Capella, lib. vi: *Habet à Gorditano promontorio inſulas duas, quæ Herculis memorantur; à Sulcenſi Enuſin; à Caralitano Ficariam Galatamque. quidam item non longè Balaridas dicunt, & Collodem, & Heras lutra.* Eſt hodiè inſula prope meridionale inſulæ litus, vulgari adpellatione *l'Iſola di Sant Antioco*, objecta portui, qui vulgò dicitur *Palma di Solo*. qui ex ſitu & vocabuli quadam ſimilitudine colligitur eſſe antiquæ urbis *Sulcorum* locus: inſula verò eadem, quæ Plinii dicitur Enosis. Svlcitanvm autem ſive Svlcense *promontorium* id eſt, quod portum Sulcitanum à meridie claudens, vulgò nunc dicitur *la Punta dell' Vlga*.

Enosis *inſula.* Svlcense *promontorium.*

Plvmbaria *inſula.* Accipitrvm *inſula.*

Inſulæ S. Antiochi ab occaſu alia objacet contra idem meridionale Sardiniæ litus, quæ vulgò adpellatur *Iſola di S. Pietro*. inter hanc verò & ſuprà dictum promontorium ſive opidum *Pupulum*, alia eſt parva inſula. Ptolemæus contra Pupulum & Craſſum promontorium duas versùs occaſum ponit inſulas, quarum proxima dicitur Μολυβώδης, id eſt, ſi Latinè vertas, Plvmbaria; longinquior Ἱεράκων νῆσος, id eſt, Accipitrvm *inſula*. Hæ duæ an ſint illæ prædictæ divi Petri & minor ab hac versùs occaſum æſtivum inſulæ, haud temerè dixerim; quando inter divi Petri inſulam & inſulam divi Antiochi aliæ prætereà duæ ſternuntur inſulæ exiguæ, quarum altera prope divi Petri inſulam vulgò dicitur *Iſola Piana*, altera apud divi Antiochi inſulam *Iſola de' Franceſi*.

Boaris & Bvcinna *inſulæ.*

Cæterùm juxta eamdem Antiochi inſulam ab ortu duo ſunt ſcopuli, quorum alter propiùs modò dictam inſulam vulgò vocatur *Il Toro*, id eſt, *Taurus*; alter hinc versùs ortum, *La Vacca*. In Tabulâ itinerariâ duæ apud Sardiniam notantur inſulæ cum his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

cum his inſcriptionibus: *Inſ. Boaris. Inſ. Bouenna.* Eſſe easdem, quas nunc vulgò vocari dixi *Il Toro* & *La Vacca*, ipſa vocabula indicant. Altera eorum rectè poterat dici Græcâ formatio Βοαρὶς Βοαρίδος. quòd rectè fortè formaveris Latinè Boaria. at alterius vocabulum corruptum cenſeo à genuino Βύκιννα, Bucinna: quo nomine una etiam ex Aegadibus adpellata fuit, aliàs ab eodem vaccarum argumento Φορβαντία *Phorbantia* dicta. Atque hanc intellexiſſe videntur auctores vitæ Papæ Pontiani, quos ad Phorbantiam citavi; licèt ſcopulus ſit aſper atque incultus. Easdem duas inſulas an Boaridas adpellaverit Plinius & epitomator eius Capella, pro quibus nunc legimus apud hunc *Balaridas*, & apud illum *Beleridas*; vix adfirmare auſim. quamquam non deſunt, qui Ἡρας λυτρὰ Plinii & Capellæ eamdem velint eſſe inſulam, quæ apud Ptolemæum vocatur Ἱεράκων νῆσος. nec mirum fuerit, Plinium malè tribuiſſe Caralitano promontorio inſulas, quæ Sulcitano erant abjectæ. Sed & in antiquo exemplari, Parmæ anno à nato Ieſu CIƆCCCCLXXVI excuſo, diſertè eſt, *quam vocant Hieracam*: ſcilicet & hoc ultimâ ſyllabâ corruptum, pro *Hieracon*, à Græco τῶν Ἱεράκων.

Porrò litus à Sulcis versùs Caralin urbem ita deſcribit Ptolemæus: Μεσημβρινῆς πλευρᾶς περιγραφή· Πύπυλον πόλις, Σόλκοι πόλις [καὶ] λιμὴν, Χερσόννησος, Βίοια λιμὴν, Ἡρακλέους λιμὴν, Νῶρα πόλις, Κουνίοιν χάρλον ἄκρον, Αἰγιαλὸς προσεχής. Ἀνατολικῆς πλευρᾶς περιγραφή· Κάραλις πόλις καὶ ἄκρα, Καραλιτανὸς κόλπος. Id eſt: *Meridionalis lateris deſcriptio: Pupulum opidum, Sulci opidum cum portu, Peninſula, Biœa portus, Herculis portus, Nora urbs, Cunium charium promontorium, Litus hinc contiguum. Orientalis lateris deſcriptio: Caralis urbs & promontorium, Caralitanus ſinus.* Ex his Χερσόννησος, id eſt, Peninsula, ex tabulâ Ptolemæi cognoſcitur eſſe ea, quæ, S. Antiochi inſulæ objecta, ad cervicem ſive iſthmum habet opidum vulgari vocabulo *Parignano*.

Peninsula.

Ille Ptolemæi Βίοια λιμὴν, id eſt, *Biœa portus*, in Vaticano exemplari legitur Βιθία πόλις, id eſt, *Bithia opidum*. hodiè verò, poſt prædictam peninſulam & inſulam S. Antiochi, portus eſt vulgari adpellatione *Porto Bota* dictus. quem illum eſſe Ptolemæi portum, cùm vocabulum tùm ſitus apertè clamant. Apud Antoninum iter tale eſt:

Biotha *opidum.*

Alio itinere ab Vlbia Caralis
M. P. CLXXIII, *ſic:*

Caput Tyrſi	XL.
Sorabile	XLVI.
Biora	XLVI.
Caralis.	XLII.

Heic commentator Antonini Hieronymus Surita vult eumdem eſſe locum *Bioram* & *Biœam* Ptolemæi; quam corrigendam ex Itinerario cenſet. ac per miras ambages ductum fuiſſe iter inter *Olbiam* atque *Caraleis*, ex numero CLXXIIII millium certum ſit. Verùm quia numerus XL millium, quæ Itinerarium habet ab Olbia ad caput Thyrſi, neque fonti neque oſtio ullo modo convenit, corruptum eum eſſe, ac fortè reliqui cum illo, conjicere licet. Quia tamen ſuprà dictus portus hodiè vocatur *Bota*, apud Ptolemæum etiam ſcriptum fortè fuit Βίοθα πόλις καὶ λιμὴν, id eſt, Biotha *opidum cum portu*.

Cæterùm *Noram* urbem in mediterraneis fuiſſe, longiùs ab hoc litore remotum, poſteà patebit. Iſta verba Κουνίον χάρλον ἄκρον corrupta eſſe, quivis facilè obſervaverit. Ex poſitu, quem ei promontorio tribuit Ptolemæus, deprehenditur eſſe id, quod, à meridie Caralitanum ſinum includens, vulgò dicitur nunc *Capo Pulo*: ante quod parvæ jacent inſulæ aliquot. Tabulæ itinerariæ circa Caralim eſt Cunicularia *inſula*. hinc ego colligo, prædictum promontorium à Ptolemæo fuiſſe adpellatum Κουνικουλάριον ἄκρον, Cunicularium *promontorium*.

Cunicularium *promontorium.*

Cunicularia *inſula.*

Prope Cunicularium promontorium eidem Ptolemæo ab meridie ponitur ὁ Ἡρακλέους λιμὴν, Herculis *portus*. Hic haud dubiè idem eſt opidum, quod nunc vulgò vocatur *Chia*.

Herculis *portus.*

Sequitur hinc tandem ipſum nunc totius inſulæ caput vulgò incolis *Caglier*, Italis verò *Cagliari* dictum. Vrbs ea antiquis auctoribus Græcis vocatur Κάραλις, Caralis, Latinis pleriſque plurali numero Carales: & inde *opidani* Caralitani. Apud Melam, lib. II cap. VII, urbis vocabulum vitiatum eſt in hodiernum *Calaris*:

Caralis *urbs.*

& apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

& apud Florum lib. II quum cap. VI legatur accuſativus caſus *Caralim*; cap. I. genitivus eſt *Caralæ urbis*: atque ita apud transſcriptorem eius Iornandem de Regnorum ſucceſſione. Sed heic legendum eſſe *Alariæ urbis*, pòſt in Corſicâ docebo. Apud Procopium, Vandilicar. rer. lib. I & Gothicarum lib. IIII, Latini, credo, exſcriptores idem currupêre genitivo caſu in τῆς Καρνάλεως. & apud Pauſaniam in Phocicis accuſativo caſu Κάρναλιν. Strabo lib. V ita habet: Πόλεις δ' εἰσὶ μὲν πλείους, ἀξιόλογοι δὲ Κάραλις καὶ Σοῦλχοι. Id eſt: *Vrbeis habet complureis; quarum præcipuæ ſunt Caralis & Sulchi*. Ptolemæus: Κάραλις πόλις καὶ ἄκρα. *Caralis urbs & promontorium*. Mela, dicto lib. II cap. VII: *Vrbium antiquiſſimæ Caralis & Sulchi*. Claudianus de Bello Gildonico:

Tenditur in longum Caralis.

Livius, lib. XXIII: *Navibus longis ad Caraleis ſubductis*. Et paullo poſt: *Manlius Caraleis ſe recepit*. & mox: *Caraleis perventurus erat*. Et poſteà: *Caraleis exercitum reduxit*. A. Hirtius, de Bello Africano: *Poſt diem III Caraleis in Sardiniam pervênit*. Et: *A Caralibus ſecundùm terram provectus, duodetrigeſimo die ad urbem Romam venit*. Priſcianus, lib. II: *A Caralibus Caralitanus*. Mela *vetuſtiſſimas* Sardiniæ *urbeis* vocat *Caralin* & *Sulcos*: nempe quia à Phœnicibus ſub primum in hanc adventum conditæ fuêre; ut ſupra è Pauſaniâ intellectum eſt. Hinc Claudianus, dicto loco:

Vrbs Lybiam contra Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Caralis, tenuemque per undas
Obvia dimittit fracturum flamina collem.
Efficitur portus medium mare; tutaque ventis
Omnibus ingenti manſveſcunt ſtagna receſſu.
Hanc omni petiêre manu; prorisque reductis
Suſpenſâ Zephyros exſpectant claſſe faventeis.

Nempe ſinus Caralitanus, quem ille vocat *portum*, & *medium mare*, & item *ſtagnum ingenti receſſu*, unà cum ipſâ urbe, quæ ad medium eius ſita eſt, ab occaſu æſtivo versùs ortum hibernum proſpicit Africam, quà caput eius olim erat Carthago, juxta Mercurii promontorium, quod nunc eſt vulgò *Capo Buono*. Hinc illud Plinii, lib. III cap. VII: *Sardinia abeſt Africâ Caralitano promontorio ducenta millia*.

CARALITANVM *promontorium.*

Vrbs hodiè in intimo ſinus receſſu ſita eſt. at olim extenſam fuiſſe in *promontorium* usque, quod heic adpellat Plinius CARALITANVM, in quo nunc fanum conſpicitur S. Eliæ, patet ex iſtis Claudiani verbis:

Tenditur in longum Caralis; tenuemque per undas
Obvia dimittit fracturum flamina collem.

Hinc etiam Ptolemæus eodem ſitu ponit ipſam urbem & promontorium. Κάραλις, inquit, πόλις καὶ ἄκρα. id eſt; *Caralis urbs & promontorium*. Et ingentem fuiſſe urbem, teſtatur diſertis verbis Florus, quæ ſunt lib. II cap. VI huiusmodi: *Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi gentium feritas, Inſanorumque (nam ſic vocantur) immanitas montium profuêre. ſævitum in urbeis, urbemque urbium Caralim; ut gens contumax viliſque mortis ſaltem deſiderio patrii ſoli domaretur*. Caput igitur jam tum ab initio fuit totius inſulæ, poſtquàm à Phœnicibus condita & à Carthaginienſibus habitata eſt.

FICARIA *inſula.*

Cæterùm ſinum Caralitanum à ſeptemtrionibus claudit promontorium, quod vulgò vocatur *Capo Ferrato*, & *Capo di Carbonara*. huic adjacent tres inſulæ, contra Caralitanum promontorium ab ortu ſitæ. Hinc Plinius, dicto lib. III cap. VII: *Habet [Sardinia] à Gorditano promontorio duas inſulas, quæ vocantur Herculis; à Sulcenſi Enoſin; à Caralitano Ficariam. quidam haud procul ab eâ Beleridas ponunt & Colloden, & quam vocant Heras lutra*. Eadem verba & Martianum Capellam in geographicis ſuis referre, ſuprà oſtendimus. ubi tamen ineptè & *Galatam* inſulam admiſcuit de ſuo; quæ propiùs erat Africæ litora. FICARIA inſula Ptolemæo quoque narratur: ſed longiùs à Caralitano promontorio versùs ortum brumalem poſita. Iuxta Plinii relationem haud dubiè fuit una ex tribus ſuprà dictis inſulis, promontorio Carbonario objacentibus; eaque omnium Caralitano promontorio proxima.

COLLODES, & HERAS LVTRA, *inſulæ.*

Ex reliquis duabus altera fortè fuerit illa Κολλώδης, COLLODES, Plinii, altera Ἥρας λουτρά, HERAS LVTRA, ſive, ſi Latinè malis IVNONIS BALNEAE. Vltra has, versùs ſeptemtriones, haud longè abſunt aliæ tres minores inſulæ, vulgari vocabulo

Belerides inſulæ.

cabulo in commune dictæ *Le Sanguinare.* hæ fortè fuerint BELERIDÉS, ſive BALARIDES *inſulæ*. In Tabulâ itinerariâ *inſula* circa Caralim & Cunicularium inſulam legitur *Ruraria*. ſed hoc fortè vocabulum corruptum fuerit à *Ficaria*.

Caralita ſinus.

Porrò apud Ptolemæum ita legitur: Κάραλις πόλις καὶ ἄκρα, Καραλιτανὸς κόλπος, Σουσαλεὸς κώμη. id eſt: *Caralis urbs & promontorium, Caralitanus ſinus, Suſaleus vicus.* Atqui CARALITANVS *ſinus* à Cuniculario protendebatur promontorio ad promontorium usque Carbonarium; atque in medio eius in dicto promontorio Caralitano ſita erat urbs Caralis. Ptolemæus igitur medium tantum ſinum retulit.

Sed omne hoc latus orientale ab Carali ita deſcribitur Ptolemæo: Ἀνατολικῆς πλευρᾶς περιγραφή· Κάραλις πόλις καὶ ἄκρα, Καραλιτανὸς κόλπος, Σουσαλεὸς κώμη, Σαιπροῦ ποταμοῦ ἐκβολαί, Συπίκιος λιμὴν, Κέδρος ποταμοῦ ἐκβολαί, Φηρωνία πόλις, Ὀλβία πόλις, Ὀλβιανὸς λιμὴν, Κολυμβάριον ἄκρον, Ἄρκτου ἄκρον. Βορείας πλευρᾶς περιγραφή· Ἐρρεβάντιον ἄκρον. Id eſt: *Orientalis lateris deſcriptio: Caralis urbs & promontorium, Caralitanus ſinus, Suſaleus vicus, Sæpri amnis oſtium, Sypicius portus, Cedris fluvii oſtium, Feronia opidum, Olbia urbs, Olbianus portus, Columbarium promontorium, Vrſi promontorium. Septemtrionalis lateris deſcriptio: Erebantium promontorium.* Non equidem in Carali urbe & promontorio Caralitano deſinebat latus meridionale, incipiebatque orientale; ſed in ſuprà memorato promontorio, quod vulgò nunc dicitur *Capo Tavolaro*, ſive *Tolaro*. Cæterùm quia locorum à Ptolemæo in orientali latere commemoratorum pleraque ſunt obſcura diſpectu atque incerta, nota ac certiora priore loco explicanda erunt.

Olbia urbs.

Ὀλβία πόλις, OLBIA *urbs*, hodieque nomen in ruinis retinet. Memoratur antiquis auctoribus, Ciceroni, Ptolemæo, Pauſaniæ, Itinerariis Romanis, Claudiano, Stephano, Oroſio, Iornandi. Sed poſterioribus hiſce auctoribus ſcribitur VLBIA. unde vitiatum vocabulum in Tabulâ itinerariâ legitur *Vltea*. *Opidani* inde dicebantur OLBIENSES, & VLBIENSES. Stephani epitomator, complureis per terræ Orbem commemorans *Olbias*, Ἕκτη, inquit, Σαρδοῦς. id eſt: *Sexta eſt Sardiniæ.* Claudianus, dicto carmine de Bello Gildonico:

Partem litoreo complectitur Olbia muro.

Florus, dicto lib. II cap. I, de populo Romano loquens: *L. Cornelio Scipione, quum jam Sicilia ſuburbana eſſet populi Romani provincia, ſerpente latiùs bello, in Sardiniam adnexamque Corſicam tranſiit. ubi & ſic Caralæ urbis excidio incolas terruit, adéoque omneis terrâ & mari Pœnos expugnavit, ut jam victoriæ nihil niſi Africa ipſa reſtaret.* Hæc ita in ſuum de Regnorum ſucceſſione librum transſcripſit Iornandes: *L. Cornelio Scipione, quum jam Sicilia ſuburbana eſſet populi Romani provincia, ſerpente latiùs bello, Sardiniâ adnexâ atque Corſicâ, tranſiit Olbiam. ibi Caralæ urbis excidio incolas terruit, adeòque omneis terrâ & mari Pœnos fugavit, ut jam victoriæ nihil niſi Africa ipſa reſtaret.* Primam in Sardiniâ urbem adgreſſum L. Scipionem eſſe *Olbiam*, Zonaras quoque tomo II tradit. Antiquiſſimam fuiſſe urbem, vel inde patet, quòd Theſpienſium, qui duce Iolao in Sardiniam tranſiviſſe ferebantur, opus exiſtimatum ſit; ut ſuprà Pauſaniam teſtantem audivimus. Poſteriori etiam tempore eximiam eius inter alias fuiſſe dignitatem, ex eo liquet, quòd M. Ciceronis frater Quinctus, proconſul provinciæ Sardiniæ, in eâ urbe præſedit: ut ex Marci patet epiſtolis, ad Quinctum ſcriptis. Lib. II epiſt. III: *A te poſt illam Olbienſem epiſtolam nullas literas accepi.* Et epiſt. VI: *Tuas mirificè literas exſpecto. atque adhuc clauſum mare ſcio fuiſſe. Sed quosdam veniſſe tamen Olbiâ, dicebant, qui te unicè laudarent; plurimique in provinciâ fieri, dicerent.* Item epiſt. VIII. *Atque has, ſcito, literas me ſolas accepiſſe poſt illas, quas tuus nauta attulit, Olbiâ datas.* Poſteà etiam ſecundo loco fuiſſe à Caralibus; patet ex Oſorio. qui lib. I. cap. II ita ſcribit in Orbis deſcriptione: *Sardinia habet à meridiè contra Numidiam Caralitanos; contra Corſicam inſulam, hoc eſt, ſeptemtrionem versùs, Vlbienſeis.* Hinc etiam in Antonini Itinerario itinera eò terminantur.

Colvmbarivm promontorium. Hermaea ſive Mercvrii inſula.

Porrò ante τὸ Κολυμβάριον ἄκρον, COLVMBARIVM *promontorium*, locatur à Ptolemæo Ἑρμαία νῆσος, HERMAEA ſive MERCVRII *inſula*. Inſula toto hoc orientali Sardiniæ latere nulla eſt, poſt Beleridas, niſi quæ ad ſeptemtrionalem inſulæ partem vulgò vocatur *Iſola di Tavolaro*, ſive *di Tolara*, inter duo promontoria projecta, quorum alterum ab meridie vulgò dicitur *Capo Cavallo*, alterum ab ſeptemtrionibus *Capo di Sarda*: quorum hoc ex Ptolemæo diſpicitur eſſe illud *Columbarium*.

OLBIANVS *portus.*

ὀλβιανὸς λιμλὼ, OLBIANVS *portus*, eo ſitu Ptolemæo inter Olbiam & Hermæam inſulam ſive Columbarium promontorium medius ponitur, uti ad mentem eius nullus alius eſſe poſſit, quàm qui inter duo promontoria, quibus vulgares adpellationes *Capo Comino* & *Capo Cavallo*, primò in ſinum, deinde in lacum inter opida, quibus vulgaria vocabula, *Caſtro Deſen*, *Siniſcola*, *Lode*, & *Poſata*, protenditur.

Iam verò reliqua hinc ab Olbiâ ad Caralitanum ſinum loca, quæ Ptolemæus adnotavit, haud facilè, niſi per Antoniniani Itinerarii collationem, diſpici poterunt. Illic itinera ſic deſcribuntur:

A Portu Tibulas Caralis M. P. CCLXV, *ſic:*		*A Tibulas Caralis* M. P. CCXIII, *ſic:*	
Turobole minore	XIIII.	*Gemellas*	XXV.
Elephantaria	XV.	*Lugudonec*	XXV.
Longones	XII.	*Haſa*	XXIIII.
Vlbia	XXVIII.	*Molaria*	XXIIII.
Cochlearia	XV.	*Ad Medias*	XII.
Portu Liguidonis	XII.	*Foro Traiani*	XV.
Fano Cariſi	XXV.	*Othoca*	XV.
Viniolis	XII.	*Aquis Neapolitanis*	XXXVI.
Sulcis	XXXV.	*Caralis*	XXXVI.
Porticenſes	XXIIII.		
Scarcapos	XX.		
Ferraria	XX.		
Caralis	XIII.		

Tibulæ opidum contra Herculis fuiſſe inſulas in ſeptemtrionali inſulæ litore, poſt oſtendetur. Hinc ad Caralim alterum iſtud iter ductum fuiſſe per mediterranea, patet ex *Aquarum Neapolitanarum* memoratione, quæ fuêre in mediterraneis. primum autem iter per litus orientale fuiſſe actum, indicant loca iſta; *Vlbia*, *Portus Luquidonis*, *Portuenſes*. Ab Vlbia ad Caralim in eo itinere numerantur apud Antoninum millia omni numero CLXXVIII; quum rectâ lineâ inter ea opida ſint millia circiter LXX tantùm. unde liquet, corruptos pleroſque eſſe numeros. Ptolemæo, ut ſuprà citatum, populi Sardiniæ recenſentur inter alios Λουκουϊδωνλώσιοι, *Luquidonenſes*. quorum opidum fuit Λουκουΐδων, *Luquido*; ſive, ut Antonini præſcripta itinera habent, per *g*, *Luguido*. per quod iter illud mediterraneum agebatur. Horum LVQVIDONENSIVM *portus* erat in orientali inſulæ latere: qui Antonino dicitur LVGVIDONIS *portus*. Millia autem paſſuum huc ſunt in præſcripto itinere ab Vlbiâ XXVII. ex quo intervallo patet, *Luquidonenſium portum* fuiſſe in ſinu ac lacu, qui vulgò dicitur *Lago Liaſto*, ſive *Lago d' Ogliaſtro*. apud quem locus etiam nunc vocatur antiquo illo *Luquidonis* vocabulo, ſed detorto, *Loconi*. eodemque nomine alius eſt, in mediâ ferè inſulâ; ubi ipſum haud dubiè fuit *opidum* LVQVIDO ſive LVGVIDO.

LVQVIDONENSIVM *portus.*

LVQVIDO *opidum.*

SCARCAPOS *opidum.*

Inter dictum portum & Carbonarium promontorium alius eſt ſinus & portus ad oſtium amniculi, vulgò *Sarábos* dictus: à quo ad Caralim recto itinere millia ſunt circiter XXXIII. Ex nominis ſimilitudine ſimulque ex intervallo idem locus eſſe deprehenditur, qui in præſcripto Antonini itinere dicitur SCARCAPOS. Apud Ptolemæum populi leguntur Σκαπιτανοὶ, *Scapitani*. hi fortè ab ipſo Ptolemæo ſcripti fuêre Σκαρκαπιτανοὶ, SCARCAPITANI.

SAEPRVS *&* CEDRIS *amnes.*

Ptolemæo inter Caralitanum ſinum & Olbiam duo referuntur ſuprà ſcripti *amnes*, Σαιπρὸς, SAEPRVS, & Κέδρις, CEDRIS. quorum hic ab Olbiâ, ille à Caralitano ſinu, longè remoti ſunt. Hodiè eo litoris tractu duo tantùm noſcuntur fluvii: quorum alter ad Scarcapon erit ille *Sæprus*; alter, ad Luquidonenſium portum, *Cedris*. Vocabula ea an ſatis ſint ſana ac ſine mendo, meritò quis dubitet; quando *Sæprus* neſcio quid ſimile habet cum opido *Scarcapo*.

FERONIA *opidum.*

Inter Cedrim amnem & Olbiam Ptolemæo ponitur in litore Φηρωνία πόλις, FERONIA *opidum*. id fortè fuerit eo ſitu, quo nunc templum conſpicitur divæ Virginis, vulgò *Santa Maria Navareſa* dictum, in promontorio, quod Olbienſem ſinum à Luquidonenſi diſtingvit.

CARISI *ſive* CANISI *fanum, opidum*

A portu Luquidonenſi VIII circiter millia, Caralin versùs, opidum vulgò nunc voca-

vocatur *Fani*. id ex nomine & regionis tractu videtur eſſe illud FANVM CARISI Antonini. Ptolemæo populi referuntur Κουνουσιτανοὶ, *Cunuſitani*. ii fortè fuerint Κανουσιτανοὶ, *Canuſitani*; à *Fano Canuſi* ſive *Caniſi*.

Locus ille apud eumdem Ptolemæum Συπίκιος λιμὴν, *Sypicius portus*, in Vaticano exemplari legitur Σολπίκιος. unde ego conjecerim, ab ipſo Ptolemæo ſcriptum fuiſſe Σουλπίκιος λιμὴν, SVLPICIVS *portus*. In ſuprà citato Antonini itinere ita ſcriptum eſt:

Portu Luguidonis	
Fano Cariſi	XXV.
Vniolis	XII.
Sulcis	XXXV.
Porticenſes	XXIIII.
Scarcapos	XX.
Ferraria	XX.
Caralis.	XIII.

Ingens ſanè millium numerus tam exiguo inter portum Liquidonenſem & Scarcapon ſpacio; & haud dubiè falſus eſt. Plureis exſtitiſſe Sulcos urbeis in Sardiniâ, nuſquàm profectò reperieris. Id quum doctiſſimus etiam quomdam Scudius animadverteret; maluit ex Ptolemæo legere *Supicis*. Ego verò ſuſpicor legendum eſſe *Sulpici portuenſes*. nam in regiò Laurentinæ in Hiſpaniâ bibliothecæ exemplari eſſe *Portienſes*, teſtatur Hieronymus Surita, in commentationibus ad Antonini Itinerarium. & *Portuenſeis* dictos fuiſſe opidanos â *Portu Auguſti*, in Italiæ opere docui. Ptolemæo ſunt inter Sardiniæ populos Σικουλώσιοι, *Siculenſes*; & Κορπικώσιοι, *Corpicenſes*, ſive, ut Vaticanum habet exemplar, Κορτικώσιοι, *Corticenſes*. an ab uno eodemque loco duos diverſos fecerit populos, Σουλπικωσίους *Sulpicenſeis*, & Πορτουωσίους *Portuenſeis*, haud temerè dixerim. id ſcio, Siculenſeis haud facilè heic in Sardiniâ conſiſtere poſſe. Cæterò ſitum *Sulpicio portui* tribuit Ptolemæus inter Cedrim & Sæprum amneis; propiùs tamen hunc. igitur ad promontorium fuit, quod Luquidonenſem & Scarcapitanum ſinus diſtingvit:

SVSALEVS *vicus.*

Σουσαλεὺς κώμη, SVSALEVS *vicus* (modò incorruptum id ſit vocabulum) ponitur Ptolemæo medio ſitu inter Sæprum amnem & Caralitanum ſinum, is fuerit fortè eo loco ubi *Fanum divi Petri* viſitur.

FERRARIA *opidum.*

FERRARIAE Antonini, xx millia à Scarcapo, XIII à Carali diſſitæ, an rudera vel nomen adhuc exſtat, equidem neſcio. promontorium tamen id nomen traxiſſe videtur, quod vulgò nunc *Capo Ferrato*, & *Capo di Corbonara* vocari dixi. Neque VINIOLI, ſive VINEOLAE, inter Fanum Caniſi & Sulpicium portum, nec COCHLEARIA inter Vlbiam & Luquidonenſem portum, quibus locis fuerint, liquet.

Reliquum hinc Sardiniæ latus, quod ſeptemtrionibus ac Corſicæ inſulæ abtenditur, ita deſcribit Ptolemæus: Κολυμβάριον ἄκρον, Ἄρκτου ἄκρον. Βορείας πλευρᾶς περιγραφή. Ἐρρεβάντιον ἄκρον, Πλούβιον πόλις, Ἰουλίολα πόλις, Τίβουλα πόλις, Πύργος Βίσσωνος πόλις. Id eſt: *Columbarium promontorium, Vrſi promontorium. Septemtrionalis lateris deſcriptio: Erebantium promontorium, Plubium opidum, Iuliola opidum, Tibula opidum, Turris Biſſonis opidum.*

VRSI *promontorium.*

Ex his Ἄρκτου ἄκρον, VRSI *promontorium*, hodiéque antiquum nomen obtinet, vulgò *Capo dell' Orſo* dictum.

EREBANTIVM *promontorium.*

Prope Vrſi promontorium collocat Ptolemæus τὸ Ἐρρεβάντιον ἄκρον, EREBANTIVM *promontorium*: proximumque facit Corſicæ inſulæ. Ex hoc ſitu id eſſe colligo, quod vulgò nunc dicitur *Capo della Teſta*, & *Capo di S. Reparata*.

PLVBIVM *opidum.*

Πλούβιον πόλις, PLVBIVM *opidum* quum protinus Erebantio promontorio versùs auſtrum Ptolemæus ſubjiciat, eumdem locum cenſeo eſſe, qui nunc dicitur *S. Reparata*.

TVRRIS LIBISSONIS, *urbs.*

Πύργος Βίσσωνος. *Turris Biſſonis*, in Vaticano exemplari legitur Πύργος Λιβίσσωνος, TVRRIS LIBISSONIS. & ita ferè apud Plinium lib. III cap. VII: *Colonia una, quæ vocatur Ad Turrim Libyſonis*. Eius ruinæ etiamnunc contra ſuprà memoratas Herculis inſulas & Gorditanum promontorium exſtant, ſub nomine vulgari *Porto di Torre*; id eſt, *Portus Turris*.

TIBVLA & IVLIOLA, *opida.*

Inter Plubium & Libiſſonis turrim Ptolemæo in eodem litore referuntur Τίβουλα TIBVLA, & Ἰουλίολα IVLIOLA; hæc prope Plubium, illa versùs Libiſſonis turrim. *Tibula* igitur fuerit opidum, quod nunc vulgò dicitur *Caſtro Aragoneſe*; *Iuliola* fortè *Caſtro di Doria*. Celebrem fuiſſe *Tibulam* locum, & quò ex Corſicâ trajicientes adpulerint,

rint, patet ex Antonini Itinerario: ubi omnia ferè per inſulam itinera ab eo opido incipiunt. illic autem plurali numero vocatur TIBVLAE.

Hactenus itaque loca maritima expoſita ſunt. In mediterraneis pauca antiquis ſcriptoribus memorantur.

Apud Pauſaniam, dicto loco in Phocicis, ita ſcriptum eſt: Τῆς δὲ νήσου τὰ πρὸς τῆς ἄρκτου καὶ ἠπείρου τῆς κατὰ Ἰταλίαν, ἔστιν ὄρη δύσβατα τὰ πέρατα συνάπτοντα ἀλλήλοις, καὶ ἢν παραπλέῃς, ναυσί τε ὅρμους παρέχεται κατὰ τοῦτο ἡ νῆσος. πνεύματα τε ἄτακτα καὶ ἰσχυρὰ ἄκραι τῶν ὀρῶν καταπέμπουσιν ἐς τὴν θάλασσαν. Id eſt: *Ea inſulæ pars quæ ad ſeptemtriones & Italiæ continentem eſt converſa, in monteis conſurgit invios, extremiſque oris contiguos; adnaviganteis verò opportunis accipit ſtationibus. è proximis montium jugis prævalidi & incerti ventorum flatus in mare irruunt.* Hæc juga Τὰ Μαινόμενα ὄρη adpellantur Ptolemæo, id eſt, ut Latini vocabant, INSANI *montes*. Florus, ſuprà dicto lib. II cap. VI: *Sardiniam Gracchus arripuit. Nihil illi gentium feritas Inſanorumque (nam ſic vocantur) immanitas montium profuêre.* Claudianus, de Bello Gildonico:

—— Quæ pars vicinior Afris,
Plana ſolo, ratibus clemens: quæ reſpicit Arcton
Immitis, ſcopuloſa, procax, ſubitiſque ſonora
Fluctibus: Inſanos infamat navita monteis.
Hinc hominum pecudumque lues, hinc peſtifer aër
Sævit, & excluſis regnant Aquilonibus Auſtri.

Opida in mediterraneis hæc refert Ptolomæus: Πόλεις δέ εἰσι μεσόγειοι, Ἐρικῖνον, Ἡραῖον, Γουρουλις παλαιὰ, Βῶσα, Μακόψισα· ὑφ' ἃς τὰ Μαινόμενα ὄρη· Γουρουλις νέα, Σαράλαπις, Κόρνος, Ὕδατα Ὑψιτανὰ, Ὕδατα Λησιτανὰ; Λήσα, Ὕδατα Νεαπολιτανὰ, Οὐαλερία πόλις. Id eſt: *Opida mediterranea ſunt, Ericinum, Heræum, Gurulis vetus, Boſa, Macopſiſa: ſub quibus ſunt Inſani montes. Gurulis nova, Saralapis, Cornus, Aquæ Hypſitanæ, Aquæ Leſitanæ, Leſa, Aquæ Neapolitanæ, Valeria opidum.* Falſum quum ſit, quòd Boſam ait eſſe ſupra Inſanos monteis, de reliquis iſtis, *Ericino, Heræo, Guruli vetere*, & *Macopſiſâ*, neſcio quid credere liceat. fuiſſe tamen in ſeptemtrionali quoque inſulæ parte opida, patet ex iis quæ in litore indicavimus. Apud Antoninum iter legitur tale:

A Portu Tibulas Caralis;	
Turublo Minore	XIIII.
Elephantaria	XV.
Longones	XII.
Vlbia	XXVIII.

Summa omnium intervallorum eſt millium LXVIIII; quæ intervallo inter Tibulas ſive Caſtrum Aragonenſe & Olbiam ſatis conveniunt. ſed quo ſitu ſingula iſta loca fuerint, planè non liquet.

Γουροῦλις παλαιὰ, GVRVLIS vetus ex antiquiſſimis fuit inſulæ opidis: ut quod ſub idem cum Olbiâ tempus conditum fertur. Pauſanias, loco ſuprà ſcripto in Phocicis: Τετάρτη δὲ μοῖρα Ἰολάου Θεσπιέων τε καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς στρατεία κατῆρεν ἐς Σαρδὼ· καὶ Ὀλβίαν μὲν πόλιν οἰκίζουσιν· ἰδίᾳ δὲ Ὀγρύλλην οἱ Ἀθηναῖοι, διασώζοντες τῶν δήμων τῶν οἴκοι τινὸς τὸ ὄνομα· ἢ καὶ αὐτὸς τοῦ στόλου μετεῖχεν ὁ Γρύλλος. Id eſt: *Quarta advenarum manus Iolao duce in Sardiniam pervênit è Theſpienſibus & Atticâ terrâ. Hi Olbiam urbem condiderunt. ſeorſim verò Athenienſes Ogryllen, ſervato tribuum cuiusdam nomine; vel, quod coloniæ deducendæ particeps fuerit Gryllus.* Omnino ego heic pro mendoſâ voce Ὀγρύλλην reſtituo genuinam Γορύλλην, *Coryllen.* ea quidpe confinis eſt iſti Γρύλλος. Ptolemæus, ut alia innumera, ſic huius etiam opidi nomen Latino ſcripſit modo Γουροῦλις, *Gurulis.* Et tribum Athenis fuiſſe illo vocabulo, colligere datur ex iſtis Svidæ: Γοργυλώη, δεσμωτήριον ὑπόγειον, ἢ ἀπὸ δήμου τῆς Ἀττικῆς κακοπράγμονος. Id eſt: *Gorgyne; carcer ſubterraneus; vel ab Atticæ populo, improbè ſeſe gerente.* Interpres Pauſaniæ Latinus quum ita vertiſſet, *Hi Olbiam munierunt, Ogryllen etiam dictam, vel translatitio ab aliquâ de Atticis curiis nomine, vel quòd unus de claſſis ducibus Gryllus fuerit:* Ortelius, fidem illi habens, idem Theſauro ſuo geographico è Pauſaniâ adſeruit. Sed Ortelio meritò ignoſci debet; quandoquidem is lingvæ Græcæ planè ignarus fuit. Illos duos qui Ptolemæi geographica cum tabulis nobiliſſimi geographi Gerardi Mercatoris proximè ediderunt, æquipollentiaque vocabula ex aliis auctoribus, magnâ, ut ipſi aiunt, curâ collecta, addiderunt, quis ſatis excuſabit idem adfirmanteis? Sed ita ſanè fit, ubi alienos labores compilamus; & ex

aliorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

aliorum diligentiâ laudem noſtro nomini atque famam ſtruere contenti ſumus; ipſorum auctorum lectione neglectâ. Sed, inquies; Ego poſterior tantùm edidi. Sic video. nec culpo: niſi, quòd eorum nomina titulo operis expunxeris, quorum illuſtriſſimos labores edidiſti. Hoc certè non tantùm latrocinari eſt; ſed & apertè, ſed & impudenter. Te, ſtudioſe geographicorum librorum lector, moneo, ne aliam in illis ad Ptolemæum vocabulis recentioribus & antiquis æquipollentibus quæras vel exſpectes curam, quàm quæ ab Ortelio in Theſauro geographico relicta eſt. de ſuo iſtos editores vel nihil vel parum admodùm addidiſſe credas. Cæterùm ruinas *Gurulis* opidi adhuc in Sardiniâ monſtrari aiunt, circa Algerium opidum, versùs Olbiam. atque eâ regione locatur à Ptolemæo contra Nymphæum portum. Apud Antoninum iter deſcribitur huiusmodi:

A Tibulas Sulcis	M. P. CCLX; *ſic:*
Viniolis	XII.
Erurio	XXIIII.
Ad Herculem	XXII.
Ad Turrem	XVIII.
Nure	XVII.
Carbia	XVI.
Boſa	XXV.
Cornos	XVIII.
Tharrhos	XVIII.
Othoca	XII.
Neapolis	XVIII.
Metalla	XXX.
Sulcis	XXX.

Haud procul ab litore actum fuiſſe hoc iter, patet ex commemoratione *Boſæ*, *Tarri*, *Oſææ*, *Neapolis*, & *Metallorum*: quæ opida ſuprà explicuimus. Numeri univerſorum intervallorum in unum collecti licèt reſpondeant CCLX millibus in capite perſcriptis; tamen & hic numerus & plerorumque ſpaciorum corrupta ſint neceſſe eſt, quando univerſa inſulæ longitudo ab Erebantio promontorio ad Sulcos usque CLXX tantùm occupat millia, A Tibulis ad Boſam LX circiter numerantur millia. at in iſto Itinerario millia eo intervallo ſunt CXXXIIII. Quapropter libens eorum acceſſerim ſententiæ, qui locum iſtum *Ad Turrem* eumdem eſſe putant, qui Plinio ac Ptolemæo dicitur *Turris Libiſſonis*. Inter hanc & Tibulas fuerit illud HERCVLIS ſive *templum* ſive *ſimulacrum*, ſeu *ſtatua*. *Nura*, ſive *Nora*, quum una tantùm memoretur in universâ Sardiniâ, de qua mox dicemus; corruptum iſtud eſſe in præſcripto itinere vocabulum, meritò quis ſuſpicetur. Ego verò cenſeo ſcriptum fuiſſe *Gurule*. nec numerus millium XVII ab intervallo, quod eſt inter Turris Libiſſonis & Gurulis ruinas multum diſcrepat. CARBIA quo ſitu fuerit, planè non liquet:

Κόρνος πόλις, CORNVS *opidum*, caput Pellitorum Sardorum, memoratur, præter Ptolemæum atque Antoninum, Livio quoque, loco ſuprà ſcripto. Eius nominis memoriam putant exſtare in loco, qui vulgò nunc vocatur *Corneto*. nec ſitus planè abhorret.

Aliud iter apud Antoninum conſignatum eſt tale:

A Tibulas Caralis.	M. P. CCXIII, *ſic:*
Gemellas	XXV.
Lugudonec	XXV.
Haſa	XXIIII.
Molaria	XXIIII.
Ad Medias	XII.
Foro Traiani	XV.
Othoca	XVI.
Aquis Neapolitanis	XXXVI.
Caralis.	XXXVI.

Hoc iter plurimâ ex parte per medium inſulæ actum fuiſſe, patet inde, quòd alia illa duo per maritimam utrimque oram protenſa ſunt. Credo, per vallem fluminis, quod apud Caſtrum Doriæ effunditur, id adſcendiſſe, ad regionem usque inter Olbiam & Algerium ſitam: hinc verò in Thyrſi amnis vallem deſcendiſſe, ad loca Oſææ propinqua. Et eſt à ſiniſtrâ Thyrſi ripâ, in medio totius inſulæ, locus ille *Loconi*, eodem nomine cum proximo portu, quem *Luquidonenſem* eſſe oſtendi. illud igitur in mediterraneis *Loconi* ex ſitu & vocabuli detorti ſimilitudine deprehenditur eſſe antiquum opidum LVGVIDO; ſive, ut Ptolemæo inde ſunt opidani Λουκουϊδωνηνσιοι LVQVIDONENSES, Λουκουΐδων LVQVIDO.

LVQVIDO *opidum.*

Reliqua iſta loca, *Gemellæ, Haſa, Molaria, Ad Medias, Forum Traiani*, ubi fuerint, minimè patet. *Haſa* verò omnino corruptum videtur eſſe vocabulum.

AQVAE *calidæ.*

AQVAE NEAPOLITANAE Ptolemæo etiam memorantur, &, præter has, eidem AQVAE HYPSITANAE & AQVAE LESITANAE. De aquis calidis Sardiniæ ita tradit Sigiſmundus Arquerius Caralitanus, in deſcriptione huius inſulæ: *Sunt quoque in Sardiniâ balnea multa ſalubrium & calidorum fontium; tametſi incolæ ea non curent. quo factum eſt, ut omnia conciderint; & vix veſtigia quædam ſuperſint. Pulcerrima balnea, eaque neglecta, iacent inter caſtrum Montis regalis & opidum S. Gavini.* In Ptolemæi tabulâ *Aquæ Hypſitanæ* ponuntur circa medium latus occidentale. infra has, propiùs tamen orientale latus, inter Sæpri amnis oſtium & Suſaleum vicum, *Leſitanæ*: & ab his versùs meridiem, ad XII ferè millia paſſuum, ipſum opidum LESA. & tandem infra hoc XXV circiter millibus paſſuum inter Neapolim & Caralim, propiùs tamen hanc, *Aquæ Neapolitanæ*. quarum equidem poſitio ſatis rectè conveniret Aquis illis calidis inter Montem regalem & S. Gavini opidum; ni heic fuiſſe eas duæ rationes negarent. primùm, minùs credibile eſt, fineis Neapolitani agri, ut civitatis obſcurioris ac minùs celebris, eò usque extenſos fuiſſe: utique quum *Vſellitana Colonia* tam prope Neapolim versùs Caralim ſita eſſet. tum millia inter Caralim & dictas Aquas inter Montem regalem ac S. Gavinum ſunt XXV tantùm: quum in præſcripto Antonini itinere ſint XXXVI. ex quo adparet, propiùs ipſam Neapolim, unde & nomen habuêre, eas fuiſſe. Quo ſitu fuerint, ut & alteræ illæ *Hypſitanæ*, viderint incolæ antiquitatum patriarum ſtudioſi. Ego illas inter Montem regalem & S. Gavinum cenſuerim eſſe *Leſitanas*; ipſumque fortè Gauinum *Leſam*.

LESA *opidum.*

VALERIA *ſive* VALENTIA *opidum.*

Cæterùm Ptolemæo, ut ſuprà citavimus, *opidum* in extremis versùs meridiem partibus eſt Οὐαλερία, VALERIA. at eidem in iisdem oris recenſentur populi Οὐαλεντῖνοι VALENTINI. Εἶτα Σκαπιτανοὶ, inquit, καὶ Σικουλήσιοι. ὑφ᾽ οὓς Νεαπολῖται καὶ Οὐαλεντῖνοι, καὶ μεσημβρινώτατοι Σολκιτανοί. Id eſt: *Dein Scapitani & Siculenſes: ſub quibus ſunt Neapolitani ac Valentini, & maximè meridionales Sulcitani.* At *Valentiæ* nomen hodiéque exſtat inter Thyrſum flumen & Sæpri amnis fonteis. unde mihi haud levis nec vana fortè ſuſpicio, ſcripſiſſe ipſum Ptolemæum Οὐαλεντία, VALENTIA: unde VALENTINI ſunt *opidani* Plinio, lib. III cap. VII. Illi ſuprà dicti Ptolemæi editores nimis oſcitanter neſcio quò mentem intenderunt, dum *Valeriam* iſtam aliis *Aleriam* vocari, nunc verò vulgò *Leriam* dici, ſcripſerint. quod de Corſicæ urbe *Aleriâ* in Theſauro ſuo adnotaverat Ortelius.

NORA *urbs.*

Eidem Ptolemæo Νῶρα πόλις, NORA *urbs*, ponitur in meridionali inſulæ litore, media inter Sulcos & Caralin. Vnam tantùm *Noram* apud auctores in Sardiniâ reperias, Pauſaniæ, Stephani epitomatori, Solino, & Itinerariis Romanis memoratam: quæ Itinerariis ſcribitur NVRA. Ea quo ſitu fuerit, ex Antonini maximè Itinerario patet; quod ita habet:

A Sulcis Nura	M. P. LXIX, *ſic:*	*A Caralis Nura*	M. P. XXII.
Tegula	XXXIIII.		
Nura	XXXV.		

Haud procul dextrâ Sæpri amnis ripâ & opido, cui vulgare vocabulum *Servi*, locus eſt, vulgò *Nori* dictus. is ipſus ex præſcriptis duobus itineribus deprehenditur eſſe antiquum illud opidum *Nora*. Huius antiquitas ſumma fuit, & omnium totius inſulæ prima; ut ſuprà è Pauſaniâ & Solino intellectum. Stephani epitomator ſic habet: Νῶρα, πόλις ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ· τὸ ἐθνικὸν Νωρανὸς, ὡς Νωλανός. Id eſt: *Nora, urbs in Sardiniâ inſulâ. Gentilitium inde* NORANVS; *ut Nolanus.* At Plinio, lib. III cap. VII,

VII, ſunt opidani NORENSES. *Opidorum*, inquit, XIIII: *Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Boſenſes, Caralitani civium Romanorum, & Norenſes.*

TEGVLA opidum quo loco fuerit, minùs exploratum habeo. nec id ſatis liquet, fueritne opidum, an alius cuiusdam condicionis locus.

Porrò iter apud Antoninum deſcribitur tale:

Alio itinere ab Vibia Caralis
M. P. CLXIIII, *ſic:*

Caput Tyrſi	XL.
Sorabile	XLVI.
Biora	XLVI.
Caralis	XLII.

Per mediterranea hoc quoque actum fuiſſe iter, patet ex commemoratione *fontis* ſive *capitis Thyrſi amnis*. Totius inſulæ longitudo quum CLXX millia paſſuum vix excedat; corruptos eſſe numeros, manifeſtum eſt: eóque diſpectu difficile, quænam iſta & quo ſitu fuerit BIORA. Cæterò, quod heic *opidum* SORABILIS dicitur, idem eſſe viris doctis videtur, quod Ptolemæo in mediterraneo ſub Inſanis montibus vocatur Σαράλαπις SARALAPIS. nec ſitus abhorret. per Thyrſi quippe vallem & maximè mediterranea inſulæ loca ductum fuiſſe iter, ex Thyrſi capitis mentione clarè adparet.

Inter Saralapin & Cornum Ptolemæo ponitur Γούρουλις νέα, GVRVLIS NOVA, *opidum*. id quo ſitu fuerit incolis diſpiciendum relinquo. qui, ſi fortè ad hactenus dictorum etiam quædam minùs rectè collimaverim, æqui bonique ignoverint; mearumque curarum imperfectionem ſeduli expleant. Maiorem me antiquitatibus huius inſulæ præſtitiſſe lucem, quàm quisquam hactenus alius, facilè fatebuntur.

CAP. II.

De Corſica inſula.

VIcina Sardiniæ eſt ab ſeptemtrionibus CORSICA INSVLA, Græcis Κύρνος CYRNOS dicta. Plinius, lib. III cap. VI: *In Liguſtico mari eſt Corſica, quam Græci Cyrnon adpellavêre.* Diodorus lib. V: Μετὰ δὲ τὴν Αἰθαλίαν νῆσός ἐστιν ἀπέχουσα μὲν ταύτης ὡς τʹ σταδίους, ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων Κύρνος, ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων καὶ τῶν ἐγχωρίων Κόρσικα. Id eſt: *Ab Aethalia* CCC *ſtadia remota eſt inſula, quæ Græcis Cyrnos, Romanis & indigenis Corſica vocitatur.* Dionyſius in Περιηγήσει·

Σαρδώ τ' εὐρυτάτη, καὶ ἀπείριτος εἰν ἁλὶ Κύρνος·
Ἥν ῥά τε Κορσίδα φῶτες ἐπιχθόνιοι καλέουσιν.
Ὕλῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔτις πόσον ὅσσον ἐκείνη.

Hoc eſt:

Sardiniaque latiſſima, & immenſa in mari Cyrnos;
Quam Corſida viri indigenæ adpellant.
Nemoribus autem abundans nulla adeò, ut illa.

Stephani epitomator: Κύρνος, νῆσος πρὸς βορρᾶ Ἰαπυγίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν Κύρνιοι καὶ Κυρναῖοι. Φασὶ δὲ τοὺς Κυρναίους πολυχρονιωτάτους εἶναι (οἰκοῦσι οὗτοι περὶ τὴν Σαρδῶνα) διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι. πλεῖστον δὲ τοῦτο γίγνεται παρ' αὐτοῖς. Omnino verba, quæ parentheſi incluſi, tranſpoſita eſſe ab exſcriptore vel ipſo epitomatore exiſtimo. Senſus igitur eorum hic eſt: *Cyrnus, inſula Iapygiæ ad Boream vergens; auctore Hecatæo, in Europâ. Gentilitium inde eſt Cyrnæi. Habitant autem hi circa Sardiniam. Aiunt verò Cyrnæos maximè longævos eſſe, quòd ſemper melle veſcuntur: cuius ingens apud eos gignitur copia.* Iapygiæ vocabulum unde habuerit, vel quid eo intellexerit Hecatæus, haud equidem video. cæterùm Corſicam illum voluiſſe, patet ex Sardiniæ ſimul & mellis commemoratione, de quo pòſt dicam. Idem Stephani epitomator anteà: Κορσίς, νῆσος ἐν τῷ Τυῤῥηνικῷ πελάγει, ἀπὸ Κόρσης δούλης βουκόλου. λέγεται καὶ Κορσική· τὸ ἐθνικὸν, Κόρσοι. Id eſt: *Corſis, inſula in Tyrrheno pelago, à Corsâ, bubulci ſervâ, ſic dicta. Vocatur eadem & Corſica.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

ſica. Gentilitium eſt, CORSI. Apud Procopium, Gothicar. rer. lib. IIII ſæpius ſcriptum id vocabulum eſt Κουρσική, *Curſica*. Euſtathius ad præſcripta Dionyſii verba ſic commentatur: Ἱστοροῦνται δὲ πολυχρονιώτατοι οἱ Κύρνιοι. τὴν δὲ Κύρνον καὶ Κορσίδα, φησὶ, καλοῦσιν, ἢ, κατά τινα τῶν ἀντιγράφων Κορσίκαν. ὡς μὲν ἄλλοι φασὶ, Κορσὶς καλεῖται ἀπὸ Κόρσης γυναικός· λέγεται γὰρ ὅτι νῆσος ἐν τῷ Τυρσηνικῷ πελάγει Κορσὶς ἀπὸ Κόρσης, δούλης βουκόλου. ὡς δὲ καὶ ὁ Διονύσιος βούλεται, Κορσὶς λέγεται διὰ τὰς ἐν αὐτῇ κόρσας, ὅ ἐστι κορυφὰς τῶν ὀρέων· ἔστι γὰρ τῇ ὕλῃ, φησὶ, ἀμφιλαφὴς, ὅ ἐστι δασεῖα, οὐχ ὡς τόσον ὅσον ἐκείνη. Id eſt: *Cyrnii maximè longævi eſſe traduntur. Cyrnon autem, inquit, etiam Corſida vocant, ſive Corſicam; ut quædam exemplaria habent. Et, ut alii aiunt, Corſis vocatur à Corsâ, muliere quadam. Fertur enim, inſulam eſſe in Tyrrheno pelago Corſida ab Corsâ dictam, bubulci ſervâ. Vt verò ipſe vult Dionyſius, Corſis dicta eſt à corſis qui in eâ ſunt, id eſt, à montium verticibus. eſt enim nemoribus, inquit, abundans, id eſt, denſa, nulla alia ita, ut illa.* Iſidorus, Origin. lib. XIIII cap. VI: *Corſicæ inſulæ exordium incolæ Ligures dederunt, adpellantes eam ex nomine ducis. nam quædam Corſa nomine Ligus mulier, quum taurum ex grege, quem prope litora regebat, transnatare ſolitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret; cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum à cæteris digredientem uſque ad inſulam navigio proſequuta eſt. cuius regreſſu inſulæ fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus ibi profecti ſunt; eamque nomine mulieris auctoris & ducis adpellaverunt. Hæc autem inſula Græcè* Κύρνη *dicitur, à Cyrno, Herculis filio, habitata.* Servius, in Virgilii Eclogam VIII: *Taxus venenata arbor eſt; quæ abundat in Corſicâ. hæc autem inſula Græcè Cyrne dicitur, à Cyrno, Herculis filio.* Solinus, cap. VIII: *Corſicam plurimi in dicendo latiùs circumvecti, pleniſſimâ narrandi abſolverunt diligentiâ: nihilque omiſſum, quod retractari non ſit ſupervacuum: ut exordium incolis Ligures dederint; ut oppida ibi exſtructa ſint; ut colonias ibi deduxerint Marius & Sulla; ut ipſam Liguſtici ſinus æquor adluat.* Illud ſanè de tauro & Ligure muliere Corſâ ſatis fabuloſum, quum LX millium paſſuum mare inter inſulam & proximam circà Vada Volaterrana ſeu Populonium promontorium continentem intercedat. quod rectè etiam à Plinio adnotatum dicto lib. III cap. VI. *Abeſt*, inquit, *à Vadis Volaterranis* LXII *millia paſſuum.* Alii certè auctores non Ligures primos eius fecerunt cultores; ſed eiusdem cum Sardis generis Afros. in quibus Pauſanias, in Phocicis ita ſcribit: Ἔστι δὲ νῆσος, οὐ πολὺ ἀπέχουσα τῆς Σαρδοῦς, Κύρνος ὑπὸ Ἑλλήνων, ὑπὸ δὲ Λιβύων τῶν ἐνοικούντων καλουμένη Κορσική. Id eſt: *Haud longè ab Sardiniâ diſtans inſula à Græcis Cyrnos ab indigenis Afris Corſica nuncupatur.* Ex lingvæ ac ſermonis ſpecie Liguſtici generis eſſe an priſci illi animadverterint mortales, equidem ignoro. Græca vox Κύρνος haud dubiè ex indigenarum vocabulo Κορσίκα deſumta eſt; quando prima in utroque ſyllaba Κυρ & Κορ ferè eadem eſt. Sic Lycophron, in Alexandrâ, eamdem ſyllabam per E ſcripſit, in his verſibus:

Οἱ δ' αὖ Πελασγῶν ἀμφὶ Μέμβλητος ῥοὰς
Νῆσόν τε Κερνεᾶτιν, ἐκπεπλωκότες
Ὑπὲρ πόρον Τυρσηνὸν, ἐν Λαμητίαις
Δίναισιν οἰκήσουσι Λευκανῶν πλάκας.

Hoc eſt:

Alii rurſum Pelaſgi circa Membletis vada
Et inſulam Cerneatim, enavigantes
Vltra mare Tyrrhenorum, in Lametiis
Vorticibus Lucanorum tenebunt arva.

Ad hæc ita commentator eius Iſacius Tzetzes: Κερνεᾶτιν· τὴν Κέρνου νῆσον, παράγωγον ἀντὶ τοῦ πρωτοτύπου, Κερνεᾶτιν εἶπεν. Id eſt: *Cerneatin. Cerni inſulam, derivativum pro primitivo, Cerneatin dixit.* Cæterò Seneca, exſul quomdam in hac inſulâ, etiam Hiſpanicum genus in eâ agnovit. ſic enim in Conſolatione ad Helviam matrem cap. VIII ſcribit: *Tranſierunt & Hiſpani. quod ex ſimilitudine ritus adparet. eadem enim tegumenta capitum, idemque genus calceamenti, quod Cantabris eſt: & verba quædam. non totus ſermo converſatione Græcorum Ligurumque à patrio deſcivit.* Herculis autem filium fabuloſa fecit Græcia Cyrnum eâdem ratione, ut & Sardum, à quo Sardinia adpellata fuit; ut ſuperiori capite oſtenſum. Nempe in diſperſione gentium, quæ facta olim eſt ad urbem Babylonem, à ductoribus cùm ipſæ gentes, quas ducebant, tùm terræ, quas occupabant, nomina accepêre. ipſi verò duces alius dei alii poſteà habiti fuêre filii; quum cuncta illa deorum varia numina atque nomina ad unum verum æternumque Deum, rerum omnium ſimulque primi hominis Adami conditorem, pertinerent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

rent. Hinc ab eiusmodi duce quodam Corſo & ipſa gens CORSI & inſula CORSICA dicta fuiſſe videtur. Gens ipſa cum duce ex Africâ per Sardiniam primùm advenerit, an ex Liguriâ, incertum eſt. Poſterioribus temporibus Græci Phocenſes ex Ioniâ coloniam in Corſicam deduxêre *Aleriam*, Cyro Perſis imperante, circa Olympiadem LVI, & annum ante Ieſum natum IↃL. ut poſteà fuſiùs in expoſitione *Aleriæ* urbis patebit. Hos paullo pòſt ejecerunt Tyrrheni: teſte Herodoto; quem infrà videbimus. Hinc ita Diodorus, dicto lib. V: Ὑπάρχουσι δ᾽ ἐν αὐτῇ καὶ πόλεις ἀξιόλογοι δύο· καὶ τούτων ἡ μὲν Κάλαρις, ἡ δὲ Νίκαια προσαγορεύεται. τούτων δὲ τὴν μὲν Κάλαριν Φωκεῖς ἔκτισαν· καὶ χρόνον τινὰ κατοικήσαντες, ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐξεβλήθησαν ἐκ τῆς νήσου· τὴν δὲ Νίκαιαν ἔκτισαν Τυρρηνοὶ θαλαττοκρατοῦντες, καὶ τὰς κατὰ τὴν Τυρρηνίαν κειμένας νήσους ἰδιοποιούμενοι. ἐπὶ δέ τινας χρόνους τῶν ἐν τῇ Κύρνῳ πόλεων κυριεύοντες, ἐλάμβανον παρὰ τῶν ἐγχωρίων φόρους. Id eſt: *Duæ in eâ ſunt urbes inſignes, Calaris & Nicæa. Calarim Phocenſes condidêre. quumque ad tempus inſulam inhabitaſſent, à Thyrrenis fuerunt ejecti. Nicæam Tyrrheni fundarunt, quum mari potirentur; & vicinas Tyrrheniæ inſulas ſuæ ditioni vindicaſſent. Quum itaque ad aliquod tempus Corſicæ urbeis in poteſtate ſuâ haberent, tributa ab incolis exigebant.* Ἀλαρίαν ſcribendum eſſe, pòſt patebit. Anno IIII Olympiadis LXXXI, Lyſicrate Athenis ſummum gerente magiſtratum, ſubjectam eorum imperio fuiſſe inſulam, auctor eſt idem Diodorus lib. XI. Poſt hæc in Carthaginienſium, unà cum proximâ Sardiniâ, fuit poteſtate; donec bello Punico primo à Romanis ambæ occupatæ ſunt. Sed de nomine Corſicæ variiſque eius incolis hactenus ſatis. De ſitu ac magnitudine eius ita tradit Mela lib. II cap. VII: *Duæ grandes, fretoque diviſæ Hetruſco: quarum Corſica, litori propior, inter latera tenuis & longa, præterquàm ubi Aleria & Mariana coloniæ ſunt, à Barbaris colitur.* Strabo lib. V: Μῆκος τῆς Κύρνου φησὶν ὁ Χωρογράφος μίλια ρξʹ, πλάτος δὲ οʹ. κατ᾽ ἄλλους δὲ περίμετρος περὶ χιλίους λέγεται καὶ διακοσίους σταδίους. Id eſt: *Longitudinem Corſicæ tradit Chorographus paſſuum millia* CLX, *latitudinem* LXX. *Alii verò circuitum eius aiunt eſſe ſtadiorum mille ducentûm.* Id eſt millium paſſuum CL. Sed hoc apertum arguit mendum. Ego igitur lego; περίμετρος τρισχιλίους λέγεται καὶ διακοσίους σταδίους. Id eſt: *Circuitus traditur ſtadiorum ter mille ducentûm.* hoc eſt millium paſſuum CCCC. Plinius, dicto lib. III cap. VI: *In Liguſtico mari eſt Corſica; quam Græci Cyrnon adpellavêre; ſed Tuſco* [adde è Melâ, *litori*] *propior; à ſeptemtrione in meridiem projecta: longa paſſuum* CL *millia; lata, maiore ex parte, quinquaginta: circuitu* CCCXXII M. *Abeſt à Vadis Volateranis* LXII *millia paſſuum.* Et fine capitis: *Extra conſpectum, pelagus Africum attingens, eſt Sardinia, minùs novem millibus paſſuum à Corſicæ extremis; etiamnum anguſtias eas arctantibus inſulis parvis, quæ Cuniculariæ adpellantur, item quæ Phintonis & Foſſæ: à quibus fretum ipſum Taphros nominatur.* Et Plinii epitomator, Martianus Capella, lib. VI: *In Liguſtico mari eſt Corſica; quam Græci Cyrnon adpellavêre: longa centum quinquaginta millibus paſſuum; lata quinquaginta. circuitus eius omnis diſtenditur millibus trecentis viginti quinque.* Et poſteà, loco hactenus in vulgatis exemplaribus miſerè ac fœdè diſcerpto: *Et jam Africum mare ſpectans à Corſicâ in octavo* [*milliario*] *Sardinia eſt. in quo anguſto freto ſunt parvæ inſulæ, quæ Cuniculariæ perhibentur: item Phinton & Foſſæ.* Oroſius, lib. I cap. II: *Corſica inſula multis promontoriis anguloſa eſt. tenet autem in longo millia paſſuum centum ſexaginta, in lato millia viginti ſex.* Iſidorus dicto lib. XIIII cap. VI: *Dividitur à Sardinia* XX *millium freto; cincta Liguſtici æquoris ſinu, ad proſpectum Italiæ. Eſt autem multis promontoriis anguloſa.* Ptolemæus longitudinem eius fecit millium paſſuum CXXX; latitudinem LXX. Hodiè noſcitur eſſe longa millia CXX; lata L. Crebra admodùm atque extenſa anguſtaque promontoria quum in mare emittat; circuitus eius obſervatu paullo difficilior eſt. at circùm extrema promontoria ſi menſuram agas; CC circiter & LXXX millia invenias. Cæterùm magnitudine tertia habita eſt omnium interni maris. Auctor libri de Mundo, qui Ariſtoteli adſcribitur: φανεραὶ δ᾽ ἡμῖν καὶ ἐντός εἰσι νῆσοι ἀξιόλογοι, Σικελία, καὶ Σαρδὼ, καὶ Κύρνος, καὶ Κρήτη, καὶ Εὔβοια, καὶ Κύπρος, καὶ Λέσβος. Id eſt: *Notæ nobis & in interno mari inſulæ ſunt inſignes, Sicilia, Sardinia, Corſica, Creta, Eubœa, Cyprus & Leſbus.* Alexius comicus, apud Conſtantinum imperatorem, in Themat. imperii oriental. lib. II. thematc Siciliæ, & apud Euſtathium in Dionyſii Περιήγησιν·

Τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς ἔδειξεν ἡ φύσις
Θνητοῖς μεγίστας, Σικελία μὲν, ὡς λόγος,
Πρώτη μεγάλη, δευτέρα Σαρδὼ, τρίτη

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Κύρνος, τετάρτη, δ' ἡ Διὸς Κρήτη τροφὸς,
Εὔβοια πέμπτη στενοφυὴς, ἕκτη Κύπρος,
Λέσβος δὲ τάξιν ἐσχάτην λαχοῦσ' ἔχει.

Hoc eſt:

In ſeptem inſulis, quas indicavit natura
Mortalibus maximas, Sicilia, ut fama fertur,
Prima eſt magna; ſecunda Sardinia; tertia
Corſica; quarta Iovis nutrix Creta;
Quinta Eubœa anguſta; ſexta Cyprus;
At Leſbus ordinem ſortita eſt ſeptimum.

Strabo lib. II; de iisdem interni maris inſulis loquens: Νῆσοι δ' εἰσὶν ἐν μὲν τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος μέχρι τῆς Λιγυστικῆς συχναὶ, μέγισται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρνος, μετά γε Σικελίαν· αὕτη δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστι μεγίστη. Id eſt: *Inſulæ eius in orâ quidem Tyrrheni maris ad Liguriam uſque ſunt frequentes: inter quas Sardinia & Corſica ſunt maximæ poſt Siciliam. hæc quidpe reliquarum noſtri maris eſt omnium maxima.* At longè poſteriori tamen loco eam ponit Scylax in Περίπλῳ· Μεγίστη Σαρδὼ, δευτέρα Σικελία, τρίτη Κρήτη, τετάρτη Κύπρος, πέμπτη Εὔβοια, ἕκτη Κύρνος, ἑβδόμη Λέσβος. Hoc eſt: *Maxima eſt Sardo; ſecunda Sicilia; tertia Creta; quarta Cyprus; quinta Eubœa; ſexta Corſica; ſeptima Leſbus.* Sic ferè & Diodorus, lib. V; de Balearibus apud Hiſpaniam inſulis loquens: Τούτων δὲ ἡ μείζων μεγίστη πασῶν ἐστι μετὰ τὰς ἑπτὰ νήσους, Σικελίαν, Σαρδὼ, Κύπρον, Κρήτην, Εὔβοιαν, Κύρνον, Λέσβον. Hoc eſt: *Harum maior omneis magnitudine excedit poſt* VII *inſulas, Siciliam, Sardiniam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Corſicam, Leſbum.* Ac ſanè Creta Sardiniam ferè exæquat; Cyprus etiam excedere videtur.

TAFROS *ſive* FOSSA; *fretum inter Corſicam & Sardiniam.*

Cæterùm de freto inter Sardiniam & Corſicam, quod à *Foſſis inſulâ*, ut auctor eſt Plinius, τάφρος TAPHROS Græcis dicebatur, id eſt, FOSSA, ſic tradit Zonaras, Annal. tomo II: Λούκιος δὲ Σκιπίων ἐπὶ Σαρδὼ καὶ ἐπὶ Κύρνον ἐστράτευσε. κεῖνται δὲ ἐν τῷ Τυρσηνικῷ πελάγει, ὀλίγον ἀλλήλων ἀπέχουσαι, ὡς μίαν αὐτὰς πόῤῥωθεν εἶναι δοκεῖν. Hoc eſt: *L. Scipio exercitum in Sardiniam & Corſicam duxit: quæ, in Tyrrheno mari ſitæ, tam exiguo ſpatio inter ſe diſtant, uti ex longinquo una eſſe videantur.* Pauſanias in Phocicis: Τὴν δὲ Κύρνον σταδίους φασὶν οὐ πλέονας ἀπὸ τῆς Σαρδοῦς ἢ ὀκτὼ τῇ θαλάσσῃ διείργεσθαι. Id eſt: *Corſicam aiunt* VIII *haud ampliùs ſtadia lato mari ab Sardiniâ ſubmoveri.* Hoc apertè vel falſum vel mendoſum. rectiùs Strabo dicto lib. V: Κύρνος ξʹ πως διέχει τῆς Σαρδόνος σταδίους. id eſt: *Corſica* LX *circiter ſtadia ab Sardiniâ diſtat.* Plinius Sardiniam ait abeſſe *à Corſicæ extremis minùs novem millibus paſſuum.* epitomator eius Capella ſpacium id facit VIIII milliarium. apud Iſidorum leguntur XX: ſed mendosè, pro IX, vel X. Pauſanias fortè ſcripſerat ὀγδοήκοντα σταδίους, id eſt, LXXX *ſtadia.* quæ, more antiquiorum VIII ſtadia in unum milliare computando, millia efficiunt X. Sunt autem re verâ inter extrema utriusque inſulæ ſtadia LX; quæ habet Strabo; id eſt millia VII paſſus IƆ. Scylax id intervallum ita adnotavit: Ἀπὸ δὲ Κύρνου νήσου εἰς Σαρδὼ νῆσον πλοῦς ἡμέρας τρίτον μέρος, καὶ νῆσος ἐρήμη ἐν τῷ μεταξύ. Id eſt: *Ab Corſicâ inſulâ in inſulam Sardiniam trajectus eſt tertiæ partis unius diei. inſula verò in medio utriusque eſt deſerta.* Non una; ſed plures. Plinius, loco præſcripto: *Sardinia minùs novem millibus paſſuum à Corſicæ extremis; etiamnum anguſtias eas arctantibus inſulis parvis, quæ Cuniculariæ adpellantur; item, quæ Phintonis & Foſſæ.* Ptolemæo, præter *Hermæam & Herculis inſulam*, ſuprà à nobis explicatas, ſunt à ſeptemtrionali Sardiniæ latere Φίντωνος νῆσος, Ἰλοῦα νῆσος, Νυμφαία νῆσος. Id eſt: *Phintonis inſula, Ilva inſula, & Nymphæa inſula.* Ex his prima ab oriente & Erebantio promontorio eſt *Phintonis inſula*; altera poſt hanc *Ilva*; poſtrema & longiùs in altum pelagus projecta, *Nymphæa*. Sed PHINTONIS inſula fuerit illa, quæ vulgari vocabulo nunc dicitur *Inſola di Figo*; Τάφρος, id eſt, FOSSA, quæ nunc *Iſola Roſſa*. tertia ex maioribus, & versùs occaſum, erit NYMPHAEA. reliquæ verò minores, ſeu veriùs ſcopuli, erant CVNICVLARIAE. *Ilva* quomodò huc pertineat, quum eo nomine ſit ad Italiam, neſcio. Verùm ego in Corſicam revertor.

PHINTONIS *inſula.* FOSSA, NYMPHAEA *&* CVNICVLARIAE, *inſulæ.*

De naturâ cœli ſolique Corſicæ ſic habet vetus carmen:

Corſica Phocæo tellus habitata colono;
Corſica, quæ Graio nomine Cyrnus eras:
Corſica Sardiniâ brevior, porrectior Ilvâ;
Corſica piſcoſis pervia fluminibus:

Corſica terribilis, quum primùm incanduit æſtas;
Sævior, oſtendit quum ferus ora Canis:
Parce relegatis; hoc eſt; jam parce ſolutis.
Vivorum cineri ſit tua terra levis.

Et aliud:

Barbara præruptis incluſa eſt Corſica ſaxis;
Horrida, deſertis undique vaſta locis.
Non poma autumnus, ſegetes non educat æſtas;
Canaque Palladio munere bruma caret;
Vmbrarum nullo ver eſt lætabile fœtu,
Nullaque in infauſto naſcitur herba ſolo.
Non panis, non hauſtus aquæ, non ultimus ignis:
Heic ſola hæc duo ſunt, exſul & exſilium.

Sic & Seneca, exſul in hac inſulâ quum eſſet, in Conſolatione ad Helviam matrem ſcripſit cap. VI: *Quid tam nudum inveniri poteſt, quid tam abruptum undique, quam hoc ſaxum? quid ad copias reſpicienti, jejunius? quid, ad homines, immanſuetius? quid, ad ipſum loci ſitum, horridius? quid, ad cœli naturam, intemperantius? Plures tamen heic peregrini, quàm cives, conſiſtunt.* Et cap. VIII: *Toties huius aridi & ſpinoſi ſaxi mutatus eſt populus.* Item cap. VIIII: *Atqui non eſt hæc terra frugiferarum aut lætarum arborum ferax. non magnis nec navigabilibus fluminum alveis irrigatur. nihil gignit, quod aliæ gentes petant. vix ad tutelam incolentium fertilis. non pretioſus heic lapis cæditur: non auri argentique venæ eruuntur.* Strabo, dicto lib. I: Οἰκεῖται δὲ φαύλως, τραχεῖα τε οὖσα, καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως, ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη, καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας, ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων. ὁπόταν γοῦν ὁρμήσωσιν οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατηγοί, καὶ προσπεσόντες τοῖς ἐρύμασι, πολὺ πλῆθος ἕλωσι τῶν ἀνδραπόδων, ὁρᾶν ἐστιν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ θαυμάζειν, ὅσον ἐμφαίνεται τὸ θηριῶδες καὶ τὸ βοσκηματῶδες ἐν αὐτοῖς. ἢ γὰρ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν, ἢ ζῶντες ἀπαθείᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ τοὺς ὠνησαμένους ἐπιτρίβουσιν. ὥστε καίπερ τὸ τυχὸν καταβάλλουσιν ὑπὲρ αὐτῶν, ὅμως μεταμέλειν. Hoc eſt: *Malè incolitur; aſpera quum ſit, ac plerisque locis planè invia. quo fit, uti, qui montana incolunt, latrociniis vitam ſuſtentantes, ipſis ſint inmanſvetiores beſtiis. Itaque, quum Romani duces in inſulam incurſionem faciunt; ac, munitiones eorum adorti, magnum mancipiorum numerum adducunt: videre Romæ cum admiratione licet, quantum in eis feritatis atque indolis planè ſit belluinæ. nam aut vitam fugiunt; aut impatientiâ ac ſtupiditate dominos obtundunt: ita, ut impenſæ pæniteat, etiamſi quis minimo emerit.* Sed mitiora de his ſenſit Diodorus, dicto lib. V: Ἐπὶ δέ τινας χρόνους τῶν ἐν τῇ Κύρνῳ πόλεων κυριεύοντες οἱ Τυῤῥηνοί, ἐλάμβανον παρὰ τῶν ἐγχωρίων φόρους, ῥητίνην καὶ κηρὸν καὶ μέλι, φυομένων τούτων δαψιλῶν ἐν τῇ νήσῳ. Τὰ δὲ ἀνδράποδα τὰ Κύρνια διαφέρειν δοκεῖ τῶν ἄλλων δούλων εἰς τὰς κατὰ τὸν βίον χρείας, φυσικῆς ταύτης τῆς ἰδιότητος παρακολουθούσης. Ἡ δ᾽ ὅλη νῆσος εὐμεγέθης οὖσα, πολλὴν τῆς χώρας ὀρεινὴν ἔχει, πεπυκασμένην δρυμοῖς συνεχέσι, καὶ ποταμοῖς διαῤῥεομένην μικροῖς. Οἱ δ᾽ ἐγχώριοι τροφαῖς μὲν χρῶνται γάλακτι καὶ μέλιτι καὶ κρέασι, δαψιλῶς πάντα ταῦτα παρεχομένης τῆς χώρας. τὰ δὲ πρὸς ἀλλήλους βιοῦσιν ἐπιεικῶς καὶ δικαίως, παρὰ πάντας σχεδὸν τοὺς ἄλλους βαρβάρους. τά τε γὰρ κατὰ τὴν ὀρεινὴν ἐν τοῖς δένδρεσιν εὑρισκόμενα κηρία τῶν πρώτων εὑρηκόντων ἐστί, μηδενὸς ἀμφισβητοῦντος. τά τε πρόβατα σημείοις διειλημμένα, κἂν μηδεὶς φυλάττῃ, σώζεται τοῖς κεκτημένοις. ἔν τε ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν βίῳ κατὰ μέρος οἰκονομίαις θαυμαστῶς προτιμῶσι τὸ δικαιοπραγεῖν. Παραδοξότατον δ᾽ ἐστὶ παρ᾽ αὐτοῖς τὸ γινόμενον κατὰ τὰς τῶν τέκνων γενέσεις. ὅταν γὰρ ἡ γυνὴ τέκῃ, ταύτης μὲν οὐδεμία γίνεται περὶ τὴν λοχείαν ἐπιμέλεια· ὁ δ᾽ ἀνὴρ αὐτῆς ἀναπεσὼν ὡς νοσῶν, λοχεύεται τακτὰς ἡμέρας, ὡς τοῦ σώματος αὐτῷ κακοπαθοῦντος. φύεται δὲ κατὰ τὴν νῆσον ταύτην καὶ πύξος πλείστη καὶ διάφορος, δι᾽ ἣν καὶ τὸ μέλι, τὸ γινόμενον ἐν αὐτῇ, παντελῶς γίνεται πικρόν. Κατοικοῦσι δ᾽ αὐτὴν βάρβαροι, τὴν διάλεκτον ἔχοντες ἐξηλλαγμένην καὶ δυσκατανόητον. τὸν δ᾽ ἀριθμὸν ὑπάρχουσιν ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους. Hoc eſt: *Tyrrheni quum aliquamdiu Corſicæ urbeis in poteſtate ſuâ haberent, tributa ab incolis exigebant, reſinam, ceram, mel. quorum largus heic eſt proventus. Mancipia Corſica, ſingulari naturæ dono, ſervis aliis ad uſum vitæ præferendi videntur. Inſula univerſa ampla, magnâ ſui parte montoſa eſt, & frequentibus ſilvis opaca, parvisque fluminibus irrigua. Incolæ pro nutrimento utuntur lacte, melle, carnibus. quæ regio hæc affatim præbet omnia. Iuſtè inter ſe ac humaniter, ſuprà quàm omnes alioqui Barbari, vivunt. nam qui in montium arboribus inveniuntur favi, citra controverſiam illorum ſunt, qui primi invenerunt. ovesque certis diſtinctæ.*

ſtinctæ notis, etiam nemine ſervante, heris ſuis manent. In reliquâ etiam vitæ adminiſtratione juſtè agendi normam, ſuo quisque loco, mirificè obſervant. Sed inſolens atque novum apud eos quammaximè eſt, quod circa liberorum nativitatem accidit. quippe mulieris enixæ nulla in puerperio cura geritur: ſed maritus eius, veluti ægrotans, atque corpus malè adfectum habens, puerperæ vice per certos aliquot dies in lecto decumbit. Multum quoque buxi, eiusque haud vulgaris, ibi naſcitur. quæ cauſa eſt, cur mel prorſus amarum exſiſtat. Incolitur inſula à Barbaris; quorum alienus nec facilis intellectu ſermo eſt. numerus hominum XXX millia excedit. De melle ita Virgilius meminit in Eclogâ VIII:

Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.

Ad quæ ita Servius: *Taxus venenata arbor eſt; quæ abundat in Corſicâ. hæc autem inſula Græcè Cyrne dicitur. unde fecit hanc derivationem, Cyrnæas taxos*; id eſt, *Corſicanas: quibus paſtæ apes, mella amariſſima faciunt.* Idem Ovidius intellexit, Amorum lib. I eleg. XII, his verſibus:

Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabellæ:
Tuque negaturis cera referta notis.
Quam, puto, de longæ collectam flore cicutæ,
Melle ſub infami Corſica miſit apis.

Sed de naturâ cœli ſolique Corſicæ, item de genio ac moribus incolarum hactenus ſatis. nunc ſingula eius loca, quæ ab antiquis adnotata ſunt auctoribus, inveſtigemus. Sed hæc apud unum omnia exſtant Ptolemæum; exceptis *Marianâ* & *Aleriâ* Romanorum coloniis, quæ nonnullis aliis etiam memorantur.

Ptolemæus igitur latus inſulæ occidentale ita deſcribit: Καὶ ἡ μὲν παράλιος αὐτῆς περιγραφὴ ἔχει τοιαύτην ἀπὸ τοῦ μέσου τῆς Βορείας πλευρᾶς· Οὐολερίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Καισίας αἰγιαλὸς, Τίλοξ ἄκρον. Δυτικῆς πλευρᾶς περιγραφή· Ἀττίου ἄκρον, Κασαλὸς κόλπος, Οὐιριβάλλον ἄκρον, Κερκιδίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Ῥοίτιον ὄρος, Ῥίον ἄκρον, Οὐρκίνιον πόλις, Ἀμμώδης αἰγιαλὸς, Λόκρα ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Παῦκα πόλις, Τικαρίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Τιτανὸς λιμὴν, Φίσηρα πόλις, Πιτάνου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Μαριανὸν ἄκρον καὶ πόλις. Μεσημβρινῆς πλευρᾶς περιγραφή. Πάλλα πόλις. Hoc eſt: *Ora igitur eius maritima circumſcriptionem huiusmodi habet à medio lateris ſeptemtrionalis: Volerii amnis oſtium, Cæſiæ litus, Tilox promontorium. Occidentalis lateris circumſcriptio: Attii promontorium, Caſalus portus, Viriballum promontorium, Circidii fluminis oſtium, Rhœtius mons, Rhium promontorium, Vrcinium opidum, Arenoſum litus, Locræ amnis oſtium, Pauca opidum, Ticarii fluvii oſtium, Titanus portus, Fiſera opidum, Pitani fluvii oſtium, Marianum promontorium & opidum. Meridionalis lateris deſcriptio: Palla opidum.*

VOLERIVS *fluvius.*

Ex his Οὐολέριος ποταμὸς, VOLERIVS *fluvius* in medio ſeptemtrionalis lateris is eſt, qui in medium S. Florentii ſinum effunditur. Vaticanum exemplar habet Οὐϊλερίου, *Vilerii.* fortè genuinum fuerit Οὐαλέριος, *Valerius.*

TILOX *promontorium.*

Τίλοξ ἄκρον, TILOX *promontorium*, ex poſitione Ptolemæi nullum aliud eſſe poteſt, quàm quod, prædictum S. Florentii ſinum ab occidente claudens, vulgò nunc vocatur *Capo Martello*, ſive *Punta Martella.*

ATTIVM *promontorium.*

Τὸ Ἀττίου ἄκρον, ATTII *promontorium*, ſeu fortè rectiùs Ἄττιον ἄκρον, ATTIVM *promontorium*, antiqui nominis veſtigia adhuc retinet, vulgò *Punta di Lacciuolo* dictum: in qua voce *ciuo* eſt unica ſyllaba. Et ſitus etiam, quem Ptolemæus *Attio promontorio* tribuit, huc congruit. Eſt autem *Acciuolo* diminutivum ab *Accio.*

CAESIAE *litus.*

Ὁ Καισίας αἰγιαλὸς, CAESIAE *litus*, ex Ptolemæi mente eſt id, quod inter Volerii oſtium & Tilocem promontorium protenditur. At quia inter Tilocem & Attium ad XX millia litus extenditur apertum, hoc potiùs Cæſiæ litus dictum fuiſſe crediderim. Opidum an eo vocabulo fuerit, quod quidam opinantur viri docti, haud temerè dixerim.

CASALVS *ſinus.*

Poſt Attium promontorium Κασαλὸς κόλπος, CASALVS *ſinus* hodiéque veteris adpellationis memoriam ſervat in opido, quod, in medio eius poſitum, vulgò nunc adpellatur *Piaggia di Coſari.*

VIRIBALLVM *promontorium.*

Τὸ Οὐιριβάλλον ἄκρον, VIRIBALLVM *promontorium* ex Ptolemæi poſitione deprehenditur eſſe id, quod, Calvenſem ſinum ab auſtro includens, vulgò vocatur *Capo di Calvi*, ſive, ab objectâ inſulâ, *Capo di Gargano.*

Viriballo promontorio protinus ſubjicitur à Ptolemæo Κιρκίδιος ποταμὸς, CIRCIDIVS *fluvius*. Is nullus alius eſt, quàm qui ad auſtrinum Garganenſis promontorii latus vulgò nunc dicitur *Le Ripe fiume*.

CIRCIDIVS *fluvius*.

Τὸ Ῥίον ἄκρον, RHIVM *promontorium* id eſſe deprehenditur, quod vulgò nunc dicitur *Capo di Feno*.

RHIVM *promontorium*.

Medio ſitu inter Circidium amnem & Rhium promontorium Ptolemæo ponitur, ut vulgata habent exemplaria, Ῥοίτιον ὄρος, *Rhœtius mons*; ut verò Vaticanum refert exemplar, Ῥύτιον, *Rhytium*. Ego vehementer ſuſpicor, corruptam hanc eſſe vocem à genuinâ Ἐρυθρὸν ὄρος, id eſt, RVBER *mons*. quidpe hodiéque, medio ſitu inter Garganenſe & Fenenſe promontoria, vulgò dicitur à coloris argumento *Monte Roſſo*; &, quia geminus eſt vortex, *Capi Roſſi*.

ERYTHRVS *ſive* RVBER *mons*.

Poſt Rhium promontorium proximè Ptolemæus ſubjungit Οὐρκίνιον πόλιν, VRCINIVM *opidum*. Eo ſitu nunc eſt caput totius inſulæ, urbs vulgò *Adiazzo* dicta.

VRCINIVM *opidum*.

Adiatium ad ingentem poſitum eſt ſinum; in cuius intimo receſſu eſt Ἀμμώδης αἰγιαλὸς, LITVS illud *arenoſum*. In id tres effunduntur amnes; ex quibus ultimus verſus meridiem, apud locum, qui vulgò vocatur *Capitello*, ex ſitu deprehenditur eſſe is, qui Ptolemæo adpellatur ὁ Λόκρας ποταμὸς, LOCRAS, ſive, ſi Latinè formes, LOCRA *fluvius*.

LITVS *Arenoſum*. LOCRAS *amnis*.

Poſt Locram fluvium ſubjungitur Ptolemæo Παῦκα πόλις, *Pauca opidum*. ſed id vocabulum vitiatum eſſe ſuſpicor à genuino Παῦλα, PAVLA. nam omnino is locus eſt, qui hodiè vulgò dicitur *Porto Polo*.

PAVLA *opidum*.

Hinc reliqua loca ita conſignata ſunt in vulgatis Ptolemæi exemplaribus: Τικαρίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Τιτανὸς λιμὴν, Φίσηρα πόλις, Πιτανοῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Μαριανὸν ἄκρον καὶ πόλις. Μεσημβρινῆς πλευρᾶς περιγραφή· Πάλλα πόλις. Id eſt: *Ticarii fluvii oſtium, Titanus portus, Fiſera opidum, Pitani fluvii oſtium, Marianum promontorium & opidum. Meridionalis lateris deſcriptio: Palla opidum.* At in his & corrupta pleraque eſſe deprehendo vocabula, & ipſum locorum ordinem perturbatum. Pro Τιτανὸς λιμὴν, *Titanus portus*, Vaticanum exemplar habet Τιτιανὸς, *Titianus*. & ita populi in cunctis exemplaribus leguntur Τιτιανοὶ, *Titiani*. Φίσηρα πόλις, *Fiſera opidum*, in eodem Vaticano eſt Φικαρία, *Ficaria*. & eſt hodiéque locus in hoc litore vulgari vocabulo *Ficari*. Ad hæc igitur ego reliqua illa Τικαρίου ποταμοῦ & Πιτανοῦ ποταμοῦ, corrigo in Φικαρίου & Τιτιανοῦ, *Ficarii* & *Titiani*. omnemque locorum ſeriem ſic reſtituo: Τιτιανοῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Τιτιανὸς λιμὴν, Φικαρίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Φικαρία πόλις. Id eſt: *Titiani fluvii oſtium, Titianus portus, Ficarii fluminis oſtium, Ficaria opidum*.

Ex his Τιτιανὸς λιμὴν, TITIANVS *portus*, is eſt, qui, apud Portum Paulum longiùs ſeſe in terram infundens, vulgò nunc adpellatur *Golfo di Tallavo*. Τιτιανὸς autem ποταμὸς, TITIANVS *amnis* is eſt, qui in eumdem ſinum, haud ita procul Portu Paulo, ſeſe effundit; vulgari nunc adpellatione *Fiuminale d' Ornano* dictus.

TITIANVS *fluvius & portus*.

In eumdem ſinum effunditur & ὁ Φικάριος ποταμὸς, FICARIVS *amnis*; apud quem eſt Φικαρία πόλις, FICARIA *opidum*, vulgò nunc *Ficari* adpellatum.

FICARIVS *amnis, &* FICARIA *opidum*.

Poſt Ficariam reliquum litus ad *Marianam* usque *coloniam* ita deſcribit Ptolemæus: Μαριανὸν ἄκρον καὶ πόλις. Μεσημβρινῆς πλευρᾶς περιγραφή· Πάλλα πόλις, Συρακουσανὸς λιμὴν, Ῥοῦβρα πόλις, Γρανιανὸν ἄκρον, Ἄλιστα πόλις, Φιλωνίου λιμὴν. Ἀνατολικῆς πλευρᾶς περιγραφή· Ἱεροῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Ἀλερία πόλις κολώνια. Ῥοτανοῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Ἀρτέμιδος λιμὴν, Τουτίλα βωμὸς, Τούολα ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Μαριανὴ πόλις. Id eſt: *Marianum promontorium & opidum, Syracuſanus portus, Rubra opidum, Granianum promontorium, Aliſta opidum, Philonii portus. Orientalis lateris deſcriptio: Sacri amnis oſtium, Aleria urbs & colonia, Rhotani fluvii oſtium. Dianæ ſtagnum, Tutilæ ara, Tuolæ fluminis oſtium, Mariana urbs.* In eo ſatis immodicè erratum, quòd litus à Pallâ ad Philonii usque portum meridiei objecerit: quum id re verâ ortui Solis æquinoctialis obverſum ſit. Antoninus unicum per Corſicam refert iter, quod huiusmodi eſt:

A Mariana Palmas M. P. CXXV, *ſic*:

Aleria	XL.
Præſidio	XXX.
Portu Favoni	XXX.
Palas	XXV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Favonii portus.

Loca iſta quum omnia ſint maritima, numeros intervallorum unà cum eo, qui in titulo itineris eſt perſcriptus, corruptos eſſe, certum eſt. ſunt quidpe à Marianæ ruinis ad ruinas Aleriæ XXV circiter millia paſſuum. hinc ad FAVONII *portum*, qui vulgò nunc dicitur *Porto Favono*, XXX. inde ad opidum, cui vulgaris adpellatio *S. Bonifacio*, XXVII circiter. quod ex eo intervallo deprehenditur eſſe idem, quod Antonino dictum fuit plurali numero, ut ferè factum eo ſæculo, PALLAE; Ptolemæo verò ſingulari, Πάλλα, PALLA. Ac ſitus etiam, quem Ptolemæus huic tribuit, probè S. Bonifacii opido convenit. Scripſiſſe autem Antoninum geminum LL, vel inde patet, quòd in pleriſque eius exemplaribus loco alterius L ſurrepſerit M: & in quibusdam eſt *Plalas*. Cæterùm, quia Antoninus iter per Corſicam à *Marianâ* & *Aleriâ coloniis* ad *Pallam* terminavit; in Sardiniâ verò omnia itinera ad *Olbiam*, *Caraleis*, ac *Sulcos*, à *Tibulâ* incepit, adparet ex eo, uſitatiſſimum è Corſicâ in Sardiniam, & econtrà, trajectum fuiſſe inter duo iſta opida.

Palla opidum.

Ergo inter Pallam & Aleriam loca refert Ptolemæus hoc ordine: Συρακουσανὸς λιμὴν, Ῥοῦβρα πόλις, Γρανιανὸν ἄκρον, Ἀλίστα πόλις, Φιλωνίου λιμὴν, Ἱεροῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ, Ἀλερία πόλις. Id eſt: *Syracuſanus portus*, *Rubra opidum*, *Granianum promontorium*, *Aliſta opidum*, *Filonii portus*, *Sacri amnis oſtium*, *Aleria urbs*.

Sacer amnis.

Ex his ὁ Ἱερὸς ποταμὸς, SACER *amnis*, tam propè ponitur Aleriam, uti dubitare non liceat, quin is ſit idem, qui vulgò nunc vocatur *Orbo fiume*. ad cuius etiam fonteis locus etiamnunc adpellatur *Sacra*.

Syracuſanus portus.

Ὁ Συρακουσανὸς λιμὴν, SYRACVSANVS *portus*, eo ponitur ſitu in tabulâ Ptolemæi, uti nullus alius haberi poſſit, quàm qui, haud longè S. Bonifacio, vulgò dicitur *Golfo & Porto di S. Amanza*. Ptolemæus, ut innumera alia, ſic hoc etiam vocabulum Συρακουσανὸς Romano formavit more. at Græco ori erat Συρακούσιος λιμὴν, *Syracuſius portus*. ſic ſcilicet Diodorus, dicto lib. V: Αὕτη δὲ ἡ νῆσος εὐπροσόρμιστος οὖσα, κάλλιστον ἔχει λιμένα, τὸν ὀνομαζόμενον Συρακούσιον. Id eſt: *Inſula hæc quum adpulſu ſit perfacilis, portum longè pulcerrimum habet nomine Syracuſium.*

Granianum promontorium.

Hinc τὸ Γρανιανὸν ἄκρον, GRANIANVM *promontorium* nullum aliud eſt, quàm quod vulgò nunc vocatur *Capo Erbicara*. quidpe ſtatim poſt Granianum promontorium Ptolemæo ponitur in ſinus receſſu Ἀλίστα πόλις, ALISTA *opidum*: quod nunc eſt in intimo ſinus ſive portus receſſu vulgari adpellatione *Porto Vecchio*, id eſt, *Portus Vetus*. Huic Aliſtæ quum proximè extra ſinum ſubjungatur apud Ptolemæum ὁ Φιλωνίου λιμὴν, *Filonii portus*: omnino ego cum doctis viris ſtatuo, corruptum hoc eſſe vocabulum à genuino Φαυωνίου, *Favonii*. & frequens eſt mos Ptolemæo Romano modo υ literam pro *v* conſonâ uti.

Aliſta opidum.

Ῥοῦβρα πόλις, RVBRA *opidum*, quod inter Syracuſanum refert Ptolemæus portum & Granianum promontorium, eo fortè ſitu fuerit, ubi nunc portus eſt, vulgò *Porto nuovo* dictus. Vocabulum id pluralis numeri fuiſſe puto; quemadmodùm VIIII à Româ millibus paſſuum in viâ Flaminiâ locus dicebatur *Ad Rubra ſaxa*, & *Ad Rubras petras*.

Praeſidium Romanum, caſtellum.

Iam verò PRAESIDIVM illud *militum Romanorum*, quod in Antonini itinere inter Favonii portum & Aleriam ponitur, quo loco fuerit, diſpectu perquàm difficile eſt; quando numeri millium utrobique corrupti ſunt. Medio tamen fuiſſe videtur itinere circa locum, qui vulgò nunc dicitur *Torre Vignale*: quia æqualis utrimque eſt numerus in Itinerario.

Aleria Romanorum Colonia.

Ipſa hinc Ἀλερία, ALERIA, cuius ruinæ puſillum à mari remotæ conſpiciuntur, antiquiſſima fuit *Græcorum colonia*, Cyro Perſas regnante huc à Phocenſibus deducta. Dicebatur autem primùm Ἀλαλία, ALALIA; & mox Ἀλαρία, ALARIA: ac tandem Ἀλερία, *Aleria*. quod poſteà in nonnullis Ptolemæi exemplaribus & apud Zonaram corruptum eſt in Οὐαλερία, *Valeria*. Media etiam voce quum uſus eſſet Diodorus, imperiti eius ineptique exſcriptores corruperunt eam in Κάλαριν, *Calarim*. quod mendum etiam in Florum transiit, & eius transſcriptorem Jornandem, in libro de Regnorum ſucceſſione; transpoſitis tantùm liquidis; ut mox videbimus. Apud Diodorum lib. V ita legitur: Ὑπάρχουσι δ' ἐν αὐτῇ καὶ πόλεις ἀξιόλογοι δύο· καὶ τούτων ἡ μὲν Κάλαρις, ἡ δὲ Νικαία προσαγορεύεται. τούτων δὲ τὴν μὲν Κάλαριν Φωκεῖς ἔκτισαν, καὶ χρόνον τινὰ κατοικήσαντες, ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐξεβλήθησαν ἐκ τῆς νήσου. Id eſt: *Duæ in eâ ſunt urbes inſignes, Calaris & Nicæa. Calarim Phocenſes condidêre. quumque ad*

tempus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

tempus inſulam inhabitaſſent, à Tyrrhenis fuerunt ejecti. Hinc illud in ſuprà ſcripto veteri carmine:

Corſica Phocæo tellus habitata colono:
Corſica quæ Graio nomine Cyrnus eras.

Sed apud Diodorum lege, ἡ μὲν Ἀλαρία, & τὴν μὲν Ἀλαρίαν. De transmigratione Phocenſium ex Ioniâ in Corſicam, prolixam habet hiſtoriam Herodotus lib. I: ubi narrat, qua ratione, à Cyro, Perſarum rege, & eius præfecto Harpago oppreſſi, patriam terram reliquerint. Ἐν ᾧ ὦν, inquit, ὁ Ἅρπαγος ἀπὸ τοῦ τείχεος ἀπῆγε τὴν στρατιήν, οἱ Φωκαιέες ἐν τούτῳ κατασπάσαντες τὰς πεντηκοντέρους, ἐσθέμενοι τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ ἔπιπλα, πρὸς δὲ καὶ τὰ ἀγάλματα τὰ ἐκ τῶν ἱρῶν, καὶ τὰ ἄλλα ἀναθήματα, χωρὶς ὅτι χαλκὸς ἢ λίθος ἢ γραφὴ ἦν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἐσθέντες, καὶ αὐτοὶ ἐσβάντες, ἔπλεον ἐπὶ Χίου. τὴν δὲ Φωκαίην ἐρημωθεῖσαν ἀνδρῶν ἔσχον οἱ Πέρσαι· οἱ δὲ Φωκαιέες, ἐπεί τε σφι Χῖοι τὰς νήσους τὰς Οἰνούσσας καλεομένας οὐκ ἐβούλοντο ὠνευμένοισι πωλέειν, δειμαίνοντες μὴ αἱ μὲν ἐμπόριον γένωνται, ἡ δὲ αὐτῶν νῆσος ἀποκληϊσθῇ τούτου εἵνεκα, πρὸς ταῦτα οἱ Φωκαιέες ἐστέλλοντο ἐς Κύρνον. ἐν γὰρ τῇ Κύρνῳ εἴκοσι ἔτεσι πρότερον τούτων ἐκ θεοπροπίου ἀνεστήσαντο πόλιν τῇ οὔνομα ἦν Ἀλαλίη. * . * . Ἐπεί τε δὲ ἐς τὴν Κύρνον ἀπίκοντο, οἴκεον κοινῇ μετὰ τῶν πρότερον ἀπικομένων, ἐπ᾽ ἔτεα πέντε· καὶ ἱρὰ ἐνιδρύσαντο. καὶ ἄγον γὰρ δὴ καὶ ἔφερον τοὺς περιοίκους ἅπαντας. στρατεύονται ὦν ἐπὶ αὐτοὺς κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι Τυρσηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι, νηυσὶ ἑκάτεροι ἑξήκοντα· οἱ δὲ Φωκαιέες, πληρώσαντες καὶ αὐτοὶ τὰ πλοῖα, ἐόντα ἀριθμὸν ἑξήκοντα, ἀντίαζον ἐς τὸ Σαρδόνιον καλεόμενον πέλαγος. Συμμισγόντων δὲ τῇ ναυμαχίῃ, Καδμείη τις νίκη τοῖσι Φωκαιεῦσι ἐγένετο. αἱ μὲν γὰρ τεσσαράκοντά σφισι νῆες διεφθάρησαν, αἱ δὲ εἴκοσι αἱ περιεοῦσαι, ἦσαν ἄχρηστοι. Καταπλώσαντες δὲ ἐς τὴν Ἀλαλίην, ἀνέλαβον τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν, ὅσην οἷαί τε ἐγένοντο αἱ νῆες σφι ἄγειν· καὶ ἔπειτα ἀφέντες τὴν Κύρνον, ἔπλεον ἐς Ῥήγιον. * . * .

Οἱ δὲ αὐτῶν ἐς τὸ Ῥήγιον καταφυγόντες, ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι, ἐκτήσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίης ταύτην, ἥ τις νῦν Ὑέλη καλέεται. Hoc eſt: *Simul atque Harpagus exercitum abduxit, Phocæenſes continuò lembos inſtruxerunt, quibus liberos unà cum uxoribus atque ſupellectile universâ imponerent: ad hæc ſtatuas quoque templorum & cætera donaria; niſi, quæ vel ferrea vel lapidea aut denique picta eſſent, & reliqua omnia impoſuerunt. quibus conſcenſis, trajecerunt in Chium. Phocæam hominibus deſertam Perſæ occupaverunt. Phocæenſes autem, quum ipſis Chii inſulas Oenuſas licitantibus addicere nollent, quòd metuerent, ne illuc emporium transferretur, atque ita eorum inſulâ ab eo excluderetur; conceſſerunt in Cyrnum. Heic enim jam ante* XX *annos urbem oraculi juſſu condiderant, nomine Alaliam.* Et aliquanto pòſt: *In Cyrnum poſtquàm adpuliſſent, communiter habitarunt cum prioribus colonis annos* V; *templaque erexerunt. Cæterùm quum iam vicinos circumquaque hoſtiliter popularentur; communi decreto bellum in eos adornant Tyrrheni ſimul & Carthaginienſes; utrique* LX *navibus inſtructi. Phocæenſes ex adverſo & ipſi totidem naveis milite complent: obviamque illis procedunt in mari Sardonio. Commiſſâ navali pugnâ, Phocæenſibus Cadméa quædam contigit victoria. nam naves illis* XL *perierunt: reliquæ* XX *inutiles redditæ ſunt. Regreſſi igitur Alaliam, adſumtis liberis & uxoribus, cæteriſque facultatibus, quantas ferre naves poterant, relictâ Cyrno, demigrarunt Rhegium.* Paullo pòſt: *Qui verò inde profecti Rhegium evaſerant, urbem in Oenotriâ terrâ condiderunt, quæ nunc adpellatur Hyela.* Romanis poſtmodùm dicta eſt *Velia*. Atque hæc quidem de Alaliæ conditoribus ſcripſit Herodotus, c annis eorum migratione poſterior. Alii verò auctores ex Corſicâ in Galliam migraſſe tradiderunt. vnde Seneca, in Conſolatione ad Helviam matrem cap. VIII ita tradit; *Vt antiquiora, quæ vetuſtas obduxit, transeam; Phocide relictâ, Graii, qui nunc Maſſiliam colunt, priùs in hac inſulâ conſederunt. Ex qua quid eos fugaverit, incertum eſt: utrùm cœli gravitas; an præpotentis Italiæ conſpectus; an natura importuoſi maris. nam in causâ non fuiſſe feritatem accolarum, eo adparet, quòd maximè tum trucibus & inconditis Galliæ populis ſe interpoſuerunt. Transierunt & Hiſpani. quod ex ſimilitudine ritus adparet. nec totus ſermo converſatione Græcorum Ligurumque à patrio deſcivit. Deductæ deinde ſunt duæ civium Romanorum coloniæ; altera à Mario, altera à Syllâ.* Hic *Aleriam* deduxit; Marius *Marianam*. Plinius, lib. III cap. VI: *Civitates habet* XXXIII; *& colonias, Marianam à C. Mario deductam, Aleriam à dictatore Syllâ.* Mela, lib. II cap. VII: *Corſica, præterquàm ubi Aleria & Mariana coloniæ ſunt, à Barbaris colitur.* Primam in totâ inſulâ occuparunt Romani bello Punico primo *Aleriam*. qua de re ita ſcriptum eſt apud Zonaram tomo II: Λούκιος δὲ Σκιπίων ἐπὶ Σαρδὼ καὶ ἐπὶ Κύρνον ἐστράτευσε· καὶ προτέρᾳ τῇ Κύρ- MARIANA Romanorum Colonia.

νῳ προσβαλών, τὴν μὲν Οὐαλερίαν τὴν κρατίστην αὐτῆς πόλιν βίᾳ εἷλεν. Id eſt: *L. Scipio exercitum in Sardiniam & Corſicam ducens, primò Corſicam adgreſſus, principem eius urbem Valeriam vi cepit.* Scribe, ut antè dixi, τὴν Ἀλερίαν, *Aleriam*. Eadem hiſtoria apud Florum lib. II cap. I ſic recenſetur: *L. Cornelio Scipione, quum jam Sicilia ſuburbana eſſet populi Romani provincia; ſerpente latiùs bello, in Sardiniam annexamque Corſicam tranſiit. ubi & ſic Caralæ urbis excidio incolas terruit, adeóque omneis terrâ & mari Pœnos expugnavit, ut jam victoriæ nihil niſi Africa ipſa reſtaret.* Eadem & apud Iornandem exſtant verba, in libro de Regnorum ſucceſſione. utrobique ſcribe *Alariæ urbis*. Cæterùm *Marianæ* quoque *coloniæ* ruinæ adhuc exſtant, à mari paullum recedentes; XXII circiter millia ab *Aleria* diſſitæ. Apud Diodorum, lib. V, ut jam antè citavimus, leguntur iſta: Ὑπάρχουσι δ' ἐν αὐτῇ πόλεις ἀξιόλογοι δύο· καὶ τούτων ἡ μὲν Ἀλαρία, ἡ δὲ Νίκαια προσαγορεύεται. τούτων δὲ τὴν μὲν Ἀλαρίαν, Φωκεῖς ἔκτισαν, καὶ χρόνον τινὰ κατοικήσαντες, ὑπὸ Τυῤῥηνῶν ἐξεβλήθησαν ἐκ τῆς νήσου· τὴν δὲ Νίκαιαν ἔκτισαν Τυῤῥηνοὶ θαλαττοκρατοῦντες, καὶ τὰς κατὰ τὴν Τυῤῥηνίαν κειμένας νήσους ἰδιοποιούμενοι. Hoc eſt: *Vrbes in eâ ſunt duo inſignes, Alaria & Nicæa dictæ. Alariam Phocenſes condidêre. quumque ad tempus eam inhabitaſſent, à Thyrrenis fuerunt ejecti. Nicæam fundarunt ipſi Tyrrheni, quum mari potirentur; & vicinas Tyrrheniæ inſulas ſuæ ditioni vendicarent.* En, ὑπάρχουσι inquit, id eſt, *exſtant*; ſcilicet ſuo tempore; duæ urbes inſignes. quænam igitur iſta Νίκαια NICAEA, nec geographo nec hiſtorico aliàs ulli memorata? Vitiatum eſſe vocabulum, ne ſuſpiceris, vt alterum illud Κάλαρις, en Stephani epitomator, vbi plureis eo nomine per Orbem terrarum enumerat, Πέμπτη, inquit, ἐν Κύρνῳ τῇ νήσῳ. id eſt: *Quintâ in Corſicâ inſulâ.* Hæc certè nulla alia fuit, quàm quæ, à G. Mario deductâ eò coloniâ, dicta eſt *Mariana*.

Sed inter utramque Coloniam loca ac flumina recenſet Ptolæmeus iſta: Ἀλερία κολώνια, Ῥοτανοῦ ποταμοῦ ἐκβολαί, Ἀρτέμιδος λιμὴν, Τουτίλα βωμὸς, Τούολα ποταμοῦ ἐκβολαί, Μαριανὴ πόλις. Hoc eſt: *Aleria colonia, Rhotani amnis oſtium, Dianæ portus, Tutilæ ara, Tuola fluminis oſtium, Mariana vrbs.*

RHOTANVS *amnis.*

Ex his Ῥοτανὸς ποταμὸς, RHOTANVS *fluvius* ponitur à Ptolemæo prope ipſam Aleriam. quo ſitu hodiè amnis eſt vulgò *Tavignano fiume* dictus.

DIANAE *ſtagnum.*

Huic vicinum eſt ſtagnum marinum anguſtis faucibus, ſed intus latè diffuſum; cui hodiéque vulgaris adpellatio eſt *Stagno di Diano*. unde ego ſuſpicor, incurioſos exſcriptores in Ptolemæo literas tranſpoſuiſſe; quum ab ipſo ſcriptum foret Ἀρτέμιδος λίμνη, id eſt, DIANAE *ſtagnum*.

TAVOLA *fluvius.*

Τουόλας ποταμὸς in Vaticano exemplari eſt Ταυόλας, TAVOLA *fluvius*, probabiliore vocabulo. Ponitur is à Ptolemæo prope *Marianam*. quo ſitu hodiè maximus totius iuſulæ conſpicitur amnis, vulgò *Golo fiume* vocitatus.

TVTELAE *ara.*

Inter hoc flumen & Dianæ ſtagnum, prope tamen flumen, circa eum ſitum, ubi nunc in litore exſtat ſpecula, vulgò *Torre Pellerina* dicta, ad oſtium amniculi, cui vulgare nomen *Alto*, ponitur Ptolemæo ille Τουτίλα βωμὸς, id eſt, *Tutilæ ara*. ſed id vocabulum in Vaticano exemplari legitur ſecundâ ſyllabâ per η. unde ego conjicio genuinum nomen fuiſſe τῆς Τουτήλας βωμὸς, id eſt, TVTELAE *ara*. nam *provinciarum Tutelæ* ſive *Tutelari Deo* poſitas fuiſſe *aras*, vel unius Hiſpaniæ antiqui lapides ſatis teſtentur.

Vltra Marianam coloniam loca circa extremum inſulæ excurſum refert Ptolemæus iſta: Μαριανὴ πόλις, Οὐάγον ἄκρον, Μαντίνων πόλις, Κλουνίον πόλις. Βορείας πλευρᾶς περιγραφή. Ἱερὸν ἄκρον, Κεντουρῖνον πόλις, Κανελάτη πόλις. Hoc eſt: *Mariana urbs, Vagum promontorium, Mantinorum opidum, Clunium opidum. Septemtrionalis lateris deſcriptio: Sacrum promontorium, Centurinum opidum, Canelata opidum.*

SACRVM *promontorium.*

Ex his τὸ Ἱερὸν ἄκρον, SACRVM *promontorium* Ptolemæus facit omnium verſùs ſeptemtriones extimum. Id hodiè vulgò vocatur *Capo Corſo*. Locus in eo vulgò adpellatur *Centuri*: quod CENTVRINVM illud eſt *opidum* Ptolemæi. Huic ab occaſu objacet parva inſula, *Centuria* vulgò dicta. à qua fortè jam olim derivativum vocabulum opido. Sed ab ipſo Ptolemæo ſcriptum fuiſſe puto Κεντουρίνων πόλις CENTVRINORVM opidum. quod mox infrà clarius reddam.

CENTVRINORVM *opidum.*

VAGVM *promontorium.*

Οὐάγον ἄκρον, VAGVM *promontorium* ex Ptolemæi poſitione id eſt, quod fauceis à ſeptemtrionibus claudit Brigallini ſtagni.

MANTINO-

Hinc Μαντίνων πόλις, MANTINORVM *opidum*, nunc eſt *Baſtia*. Ex hac igitur

opidi

opidi adpellatione patet, illud etiam vocabulum Κεντούρινον ab ipſo Ptolemæo ſcriptum fuiſſe plurali numero Κεντουρίνων πόλις, *Centurinorum opidum*.

CVM *opidum*

Medio ſitu inter Baſtiam & Sacrum promontorium fuit Κλουνίον πόλις, CLVNIVM *opidum.* cuius locum nunc vulgò dici cenſeo *S. Caterina.*

CLVNIVM *opidum.*

Inter Centurinum & Volerii amnis oſtium Κανελάτη πόλις, CANELATA *opidum*, id eſſe deprehenditur, quod vulgò nunc dicitur *S. Fiorenzo.*

CANELATA *opidum.*

Atque hæc totius inſulæ eſt περιγραφή. In mediterraneis pauca quædam idem retulit Ptolemæus. Sunt autem iſta: Πόλεις δέ εἰσι μεσόγειοι· Ῥωπικὸν, Κερσουνον, Πάλαντα, Λουρῖνον, Ἀλοῦκα, Ὄσιγκον, Σερμίτιον, Ταλκῖνον, Οὐενίκιον, Κένεστον, Μόρα, Μάτισα, Ἀλβιανά. Id eſt: *Rhopicum, Cerſunum, Palanta, Lurinum, Aluca, Oſincum, Sermitium, Talcinum, Venicium, Ceneſtum, Mora, Matiſſa, Albiana.* Populi autem per uniuerſam inſulam recenſentur ei iſti: Κατέχει δὲ τὴν νῆσον ἔθνη κωμηδὸν οἰκοῦντα τάδε· Κερουῖνοι μὲν τὴν δυσμικὴν πλευρὰν ὑπὸ τὸ Χρυσοῦν ὄρος. ὑφ' οὓς Ταρραβῖνοι. εἶτα Τιτιανοί· εἶτα Βλατωνοί. τὴν δὲ ἀρκτικωτάτην ἄκραν, Οὐανακῖνοι· ὑφ' οὓς Κιλιμβηνσιοι· εἶτα Λικνῖνοι, Μακρῖνοι· ὑφ' οὓς Ὀπῖνοι· εἶτα Σύμβροι, καὶ Κουμασῖνοι· ὑφ' οὓς μεσημβρινώτατοι Σουβασανοί. Id eſt: *Tenent autem inſulam gentes vicatim incolentes iſtæ: Cervini occidentale latus, ſub Aureo monte. ſub quibus Tarrabini. dein Titiani. dein Blatoni. Oram verò maximè ſeptemtrionalem Vanacini. ſub quibus Cilimbenſes. dein Licnini, Macrini. ſub quibus Opini. poſt hos Symbri & Cumaſini. ſub quibus maximè meridionales Subaſani.* Sed horum vocabula varie in variis exemplaribus ſcripta ſunt: ita, uti, quæ eorum ſint genuina ac vera, diſpectu haud facile ſit.

Primùm τὸ Χρυσοῦν ὄρος, AVREVS *mons* is eſt, qui à ſeptemtrionibus in meridiem juxta lævam Goli amnis ripam protenditur, à ſinu divi Florentii ad fontem vſque amnis. Sub hoc iugo Ptolemæo ponitur Ταλκῖνον πόλις *Talcinum opidum*; vt vulgata habent exemplaria. qui locus hodieque vocatur *Talcini*, inter duo opida Aleriam & Cortem. At ego puto ſcripſiſſe Ptolemæum Ταλκίνων πόλιν, id eſt, TALCINORVM *opidum*. Sic illi populi Ὀπῖνοι OPINI, hodiéque nominis memoriam habent in loco, qui prope Aleriam dicitur *Opini.* quod & ipſum haud dubiè OPINORVM fuit *opidum*. Illi verò Ταρραβῖνοι in Vaticano exemplari leguntur Ταρρακῖνοι, TARRACINI. vnde facilis ſuſpicio, eſſe idem nomen, quod in opido ſcripſit Ταλκῖνοι *Talcini*. Et illud etiam Κερσουνον πόλις videtur fuiſſe Κερουίνων πόλις CERVINORVM *opidum*. Ῥωπικὸν, *Rhopicum*, neſcio an non corruptum ſit ab Ὠστρίκων, OSTRICO. eſt quidpe hodiè eodem ſitu flumen & opidum vulgò *Oſtricone* dictum. Λικνῖνοι item neſcio quid ſimilitudinis habeant cum illo opido Λουρῖνον. Ac fortè fuêre ab *Locrâ* amne dicti Λοκρῖνοι LOCRINI.

AVREVS *mons.*

TALCINI.

OPINI.

OSTRICO *opidum.*

Πάλαντα πόλις, *Palanta opidum* in Vaticano exemplari rectiùs eſt Παλανία, PALANIA. quidpe hodieque regio eodem tractu dicitur *Balagna*. in qua voce literæ *gna* ferè idem ſonant quod *nia*, vnâ ſyllabâ.

PALANTA *opidum*,

Ἀλοῦκα πόλις, ALVCA *opidum*, hodiè dicitur *Alota*, prope Adiacenſem ſinum.

ALVCA *opidum.*

In quibusdam Latinis verſionibus eſt TARRABINORVM *vicus*. Hunc neſcio vnde interpretes habuerint. eſt autem hodiéque opidum in occidentali inſulæ latere vulgò *Vico* dictum.

TARRABINORVM *vicus.*

Reliqua quum ſint planè incerta, anxiè ea conſectari nihil attinet. Cæterùm apud Plinium, dicto lib. III. cap. VI, de numero vniverſorum opidorum ita ſcriptum eſt: *Civitates habet* XXXIII; *& colonias Marianam, à C. Mario deductam, Aleriam à dictatore Sylla.* Et ita epitomator eius Martianus Capella, lib. VI: *Habet civitates triginta tres.* At hoc minùs credibile: vtique quum in Sardiniâ, inſulâ longè maiore, longè omnibus rebus præſtantiore, XIIII tantùm eſſe teſtetur Plinius. Non civitates fuiſſe omneis; ſed loca levi quodam opere communita, patet ex Strabone. apud quem dicto lib. V ita ſcriptum eſt de vniversâ inſulâ: Οἰκεῖται δὲ φαύλως, τραχεῖα τε οὖσα καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως, ὥς τε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη, καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας, ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων. ὁπόταν γοῦν ὁρμήσωσιν οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ, καὶ προσπεσόντες τοῖς ἐρύμασι, πολὺ πλῆθος ἕλωσι τῶν ἀνδραπόδων, ὁρᾶν ἐστιν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ θαυμάζειν, ὅσον ἐμφαίνεται τὸ θηριῶδες καὶ τὸ βοσκηματῶδες ἐν αὐτοῖς· ἢ γὰρ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν, ἢ ζῶντες, ἀπαθείᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ τοὺς ὠνησαμένους ἐπιτρίβουσιν:

ἔχουσιν· ὥστε καίπερ τὸ τυχὸν καταβάλλουσιν ὑπὲρ αὐτῶν, ὅμως μεταμέλειν. Ἔστι δ᾽ ὅμως οἰκήσιμά τινα μέρη, καὶ πολίσματά που Βλησίνων τε καὶ Χάραξ καὶ Ἐνικονίαι, καὶ Οὐάπανες. Hoc eſt: *Malè incolitur; aſpera quum ſit ac plerisq; in locis planè invia. quo ſit, ut montana colentes, latrociniisque vitam ſuſtentantes, ipſis ſint immanſvetiores beſtiis. Itaque quum Romani duces in inſulam incurſiones faciunt, ac, munitiones eorum adorti, magnum mancipiorum numerum adducunt; videre Romæ cum admiratione licet, quantum in eis feritatis atque indolis planè ſit belluinæ. nam aut vitam fugiunt, aut impatientiâ ac ſtupiditate ſuâ dominos obtundunt: ita, ut impenſæ pœniteat, etiamſi quis minimo emerit. Sunt tamen quædam partes habitabiles: habentque nonnulla opidula; ut ſunt, Bleſino, Charax, Eniconiæ, & Vapanes.* Hæc vocabula ut ſatis ſint ſana, vehementer ego vereor. Id mirari liceat, nullum eorum Ptolemæo eſſe memoratum. Cæterùm patet ex iſtis Strabonis verbis, urbeis ſive opida tot in Corſicâ non fuiſſe, quot tradit Plinius. Ptolemæus ſanè, qui accuratiſſimè omnem oram maritimam deſcripſit, pauciſſima eorum in mediterraneis retulit. quæ tamen & ipſa caſtella haud dubiè tantùm fuêre, ac leviora ἐρύματα. Atque hæc ferè ſunt, quæ de antiquitatibus Corſicæ inſulæ ex idoneorum auctorum monumentis erui potuerunt.

FINIS CORSICAE ANTIQVAE.

Lectori auctor S.

DUM opus hoc, benevole lector, ſub prœlo accelerarem, tam graves interdum animum meum perculerunt curæ alienæ, ut diligenti errorum, quos poſtmodùm in recognitione operis deprehendi, correctioni minùs liberè vacaret. Hinc factum, uti corruptiſſimum illum turbatiſſimumque Stephani epitomatoris locum de tribus Hyblis, quem lib. I. cap. XI, pag. 133, lin. 3 citavi, primò non æquè perciperem, uti poſteà lib. II cap. VIII, pag. 333, lin. 35, correxi. unde reliqua, quæ ad Hyblam Megarenſem pertinent, peti poterunt. Tum eodem lib. I cap. VIII, pag. 170, lin. 35, quæ diſerta Servii verba de aquâ in foſsâ Tybride perſcripſeram; continuò ſequenti paginâ, lin. II, contra doctiſſimum Mirabellam per ſummam injuriam negavi. Verùm nihilo minùs tamen manet falſa illa & omni anili fabulâ inanior hiſtoria de *foſsâ juxta civitatis muros ab Afris factâ*. quam uti ſcias unde petierit; en, ita tradit Diodorus Siculus, lib. XI, de Carthaginienſibus, Africæ incolis, à Gelone, Syracuſanorum principe, ad Himeram fuſis: Αἱ δὲ πόλεις εἰς πέδας κατέστησαν τοὺς διαιρεθέντας αἰχμαλώτους, καὶ τὰ δημόσια τῶν ἔργων διὰ τούτων ἐπεσκεύαζον. πλείστους δὲ λαβόντες Ἀκραγαντῖνοι, τήν τε πόλιν ἑαυτῶν καὶ τὴν χώραν ἐκόσμησαν. Τοσοῦτον δὲ παρ᾽ αὐτοῖς τῶν ἡλωκότων ἦν τὸ πλῆθος, ὥστε πολλοὺς τῶν ἰδιωτῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἔχειν δεσμώτας πεντακοσίους. συνεβάλετο γὰρ αὐτοῖς τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων, οὐ μόνον ὅτι πολλοὺς στρατιώτας ἀπεσταλκότες ἦσαν ἐπὶ τὴν μάχην, ἀλλὰ καὶ διότι, γενομένης τῆς τροπῆς, πολλοὶ τῶν φευγόντων εἰς τὴν μεσόγειον ἀνεχώρησαν· μάλιστα δὲ εἰς τὴν Ἀκραγαντίνην. ὧν ἁπάντων ὑπὸ τῶν Ἀκραγαντίνων ζωγρηθέντων, ἔγεμεν ἡ πόλις τῶν ἑαλωκότων. πλείστων δὲ εἰς τὸ δημόσιον ἀνενεχθέντων, οὗτοι μὲν τοὺς λίθους ἔτεμνον, ἐξ ὧν οὐ μόνον οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν ναοὶ κατεσκευάσθησαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τῶν ὑδάτων τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐκροὰς ὑπόνομοι κατεσκευάσθησαν τηλικοῦτοι τὸ μέγεθος, ὥστε ἀξιοθέατον εἶναι τὸ κατασκεύασμα, καίπερ διὰ τὴν εὐτέλειαν καταφρονούμενον. Κατεσκεύασαν δὲ οἱ Ἀκραγαντῖνοι καὶ κολυμβήθραν πολυτελῆ, τὴν περίμετρον ἔχουσαν σταδίων ἑπτὰ, τὸ δὲ βάθος πηχῶν εἴκοσιν. εἰς δὲ ταύτην ἐπαγομένων ποταμῶν καὶ κρηναίων ὑδάτων, ἰχθυοτροφεῖον ἐγένετο, πολλοὺς παρεχόμενον ἰχθῦς εἰς τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν· κύκνων τε πλήθους εἰς αὐτὴν καταπταμένου, συνέβη τὴν πρόσοψιν αὐτῆς ἐπιτερπῆ γενέσθαι. Ἀλλ᾽ αὕτη μὲν ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις ἀμεληθεῖσα συνεχώσθη, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου κατεφθάρη. Id eſt: *Mancipia ſibi attributa quæque civitas pedicis illigatâ publicorum ſtructuris operum admovebat. plurimaque eorum nacti Agrigentini, urbem agrosque horum operâ excoluêre. Ac tantus ſanè apud hos captivorum numerus erat, uti multi inter eos privati quingenos in vinculis haberent. Servorum autem eam multitudinem augebat, non ſolùm, quòd magno ſubſidio militum pugnam adjuverant: ſed quòd Barbarorum plurimi inclinatâ acie in mediterranea, maximè verò in Agrigentinorum fineis profugerant. qui quum viri in ipſorum manus perveniſſent omnes, mancipiis urbs repleta eſt. Maxima horum pars, in publicum relata, cædendis ſaxis inſerviebat. è quibus non maxima tantùm fana deûm ſunt conſtructa; ſed cloacæ etiam ſubterraneæ ad aquas ex urbe deducendas communitæ; tantâ equidem mole, ut, quamvìs ob vilitatem opus contemnatur, ſpectatu tamen ſit haud indignum. Piſcinam quoque magnis impenſis Agrigentini effoderunt, ambitu VII ſtadiorum, altitudine cubitorum XX. in hanc aquâ è fluviis & fontibus derivatâ, vivarium exſtitit, piſceis tùm ad neceſsarios ciborum uſus, tùm etiam voluptatem, affatim ſuppeditans. Cygnorum inſuper turbâ in eam demiſsâ, locus adſpectu peramœnus jucundusq; reddebatur. Verùm hæc poſterorum incuria limo expletâ, vetuſtate demum temporis prorſus defecit.* Pugna ea ad Himeram pugnata fuit Olympiadis LXXIIII anno IIII. De piſcinâ eadem refert lib. XIII; ut lib. I cap. XV, in deſcriptione urbis Agrigentinæ, citavimus. De his igitur ad Agrigentinam urbem operibus legerat ille grammaticus nimis oſcitanti attentione: quæ putavit ad Syracuſas facta; quia Gelo heic, dux univerſi Græcorum Sicilienſium exercitus apud Himeram, Syracuſanorum erat princeps: tum quòd poſteà lib. XIII rem ferè ſimilem legerat de illis Athenienſibus captis & in Latomias detruſis; ut in Syracuſarum expoſitione dictum. Cæterùm quòd lib. II cap. XI *Cratam montem* Ptolemæo adpellari dixi; eius vocabulum genuinum in Vaticano exemplari legitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

legitur Ἀκράγας ὄρος, ACRAGAS *mons*. nam ex hoc profluit *Acragas amnis*, à quo poſteà urbs nomen accepit. Porrò errata typographica quin nonnumquàm leviora quædam præterierim, nullus dubito: utique, quum ipſi librorum auctores noſtra ferè memoriter legamus. Sed ea facilè per temet, benevole lector, obſervaveris. Graviora, quæ ſenſum orationis morari poſſint, heic ſubjeci.

Errata typographica.

PAg. 5, lin. *49*: certos. *8, 4*: Ἡ δὲ Σικελία. *16, 35*: *ſpacioſâ Hyperiâ*. *17. 32*: ad Drepanum adpulit: ut poſteà. *38, 52*: *Zephyrium autem Italiæ Dorienſes*. *41, 47*: *Gaditani*. *46, 33*: *ſocietatem inirent, perſvaſi fuerunt*. *47, 13*: IↃLX. *55, 21*: Dele, Pittinio; Alæſa. XII. *55, 22*: lege *Toſa*, XII. *57, 55*: *Procul ut exponerent*. *57, 56*: *Progreſſi*. *80, 31*: transmittentibus. *83, 34*: *miſerunt in Ioniam*. *83, 36*: *At ſoli*. *112, 15*: ἀποβαλεῖν. *112, 28*: *quum ignis, carvernarum, quibus in profundo continetur, meatu aliquo recluſo, foras vi prorupit*. *141, 49*; & item *153, 43*: Dele [lego *Non.*] *165, 5*; & *168, 18*. *Longè illi*. *171, 4*: Olympiadis XCII anno *1*. *171, 7*: annis IↃCCCLIII. *187, 22*. Hecabes fanum, Hecates cenotaphium. *206, 3*: *ſtriarum*. *272, 32*: *navibus, quæ*, *278, 1*: ἀφθόνως. *348, 41*: *Ichana*, & ſic poſteà in margine, *357, 7* & *8*: Ἴχανα, *Ichana*.

INDEX

INDEX
RERVM & VERBORVM,
QVAE HOC SICILIAE OPERE CONTINENTVR.

Prior numerus paginam, poſterior lineam notat.

A.

ABacænum opidum. 385, 54.
Abolla opidum. 394, 15.
Accipitrum inſula. 490, 50.
Aceſta urbs. 255, 47. unde nomen & originem habuit. 256, 9. 259, 56. eius ſitus. 262, 21.
Achates fluvius. 201, 25.
Acis fluvius. 114, 51. unde dictus. 115, 34.
Acithis fluvius. 228, 49. 229; 19, 55.
Acius fluvius. 115, 49.
Aconites, Sardiniæ populi. 484, 12. 487. 43.
Acradina, Syracuſarum pars. 141, 14. 142, 7. 152, 55.
Acræ opidum. 352, 35.
Acragas fluvius. 202, 47. 203; 1, 4, 37. 204; 4, 21.
Acragas urbs. 202, 24. vide Agrigentum.
Ἀκρεῖον λέπας, id eſt, Summa rupes, apud Syracuſas. 172, 33.
Acrillæ opidum. 354, 37.
Ad Olivam, locus. 382, 11.
Adrani fanum. 332, 24.
Adranius amnis. 332, 54.
Adrano vicus. 375, 37.
Adranum opidum. 332, 5.
Adriaticum fretum. 61, 36.
Adryx opidum. 363, 9.
Aegades inſulæ. 417, 4. 418, 56.
Aegates, vocabulum corruptum. 419, 4.
Aegeſta urbs. 255, 46. unde nomen & originem habuit. 256, 9. 259, 56. eius ſitus. 262, 21.
Aegeſtanæ aquæ. 266, 1.
Aegeſtanorum emporium. 262, 30. 263, 35.
Aeginorum corruptum vocabulum apud Diodorum. 390, 1.
Aegithallus promontorium & caſtellum, quod poſteà Acelus. 248, 31. 390, 9.
Aeguſa inſula. 417, 10. 418, 10.
Aeneæ errores ad imitationem errorum Vlyſſis confícti. 452, 44.
Aeoliæ inſulæ. 395, 43.
Aeoli domus regia. 411, 4. 412, 7.
Aeoli filii Siciliam tenuêre. 29, 43.
Aeoli inſulæ VII 395, 43.
Aetna mons. 97, 26. unde dictus. 100, 9. eius deſcriptio. 100, 19. fertilitas. 103, 44. varia incendia. 104, 24. eorum cauſæ. 108, 14. 111, 4.
Aetna dicta Columna cœleſtis. 113, 55.
Aetna opidum, 122, 29.
Aetna quomdam dicta urbs, quæ genuino nomine erat Catana. 118, 8.
Aetnæ crateres ſive fauces credebantur eſſe ſpiracula Tartari. 108, 14. diuinationes. 113, 8.
Aetnæ nomine interdum omnis intelligitur Sicilia. 113, 16.
Afri, primi Sardiniæ cultores. 481; 15, 21, 33. 482, 19.
Agathyrna ſive Agathyrnum opidum. 294, 54. quando conditum. 296, 44.
Agrigentini agri miranda quædam. 369, 46.
Agrigentinorum navale ſive emporium. 209; 26, 34.
Agrigentinorum opulentia, magnificentia, & luxus.
Agrigentinus ſal. 204, 47.
Agrigentum urbs. 202, 25. quando condita. 202, 41. eius ſitus. 203, 55. unde dicta. 202, 47. 203; 4, 37. 371, 28.
Agyrina ſive Agyrium opidum.
Alabo fluvius. 310, 53.
Alabo ſive Alabum opidum. 133, 20.
Alabus fluvius. 134, 10.
Alæſa urbs. 133, 17.
Alæſini agri fons mirandus. 287, 45.
Alæſus fluvius. 290, 45.
Alalia urbs. 287, 50.
Alaria urbs, & Romanor. colonia. 506, 48. 507; 32, 39. 505; 48, 54. 506, 46. 507, 51.
Alba fluvius.
Aleria. vide Alaria. 222, 10.
Aliſta opidum.
Allaba ſive Allava fluvius. 505, 47. 506, 30.
Aluca opidnm. 221, 56. 222, 10.
Aluntium opidum. 509, 40.
Amaſtra opidum. 293, 51.
Amatha opidum. 383, 31.
Ambicæ opidulum ſeu locus, 394, 15.
Amenas ſive Amenanus fluvius. 394, 1.
America terra in Atlantico Oceano antiquis jam inde mortalibus cognita fuit. 119, 52.
Ameſtratus opidum. 472, 9.
Anapus amnis. 383, 15.
Ancylium opidum. 175, 46.
Ancyræ ſive Ancyrina, opidum. 389, 20.
Aphannæ opidum. 373, 3.
Apiarius fluvius. 394, 15.
Apollinis Archagetæ ara & ſtatua. 226, 29.
Apollinis Libyſtini templum. 93, 23. 354, 53.

Xx Apollinis

Apollinis ſtatua ingens ænea apud Gelam. *200, 52.*
Apollonia opidum. *384, 40.*
Aponiana iuſula. *418, 29.*
Aquæ Aegeſtanæ. *266, 1.*
Aquæ Himerenſes urbs. *280, 10.* quando condita *283, 49.* colonia Romana. *284, 45.*
Aquæ Hypſitanæ. *496, 25. 498, 13.*
Aquæ Labodæ. *222, 49.*
Aquæ Larodæ. *222, 49.*
Aquæ Leſitanæ. *496, 25. 498; 13, 30.*
Aquæ Neapolitanæ. *496, 25. 498, 12.*
Aquæ Perticianenſes. *273, 14.*
Aquæ Pincianæ. *266, 1.*
Aquæ Segeſtanæ. *266, 1.*
Aquæ Selinuntiæ. *222, 49.*
Ara Tutelæ. *505, 49. 508, 41.*
Arabeia, corrupta vox. *390, 48.*
Arbela opidum. *390, 48.*
Archagetæ ara & ſtatua. *93, 23.*
Archidemius fons. *178, 47.*
Ἄρκτου, id eſt, Vrſi, promontorium. *493, 15. 495, 42.*
Arenoſum litus. *504, 33. 505, 15.*
Arethuſa fons. *156, 37. 166, 3.*
Arethuſæ portus. *168, 11.*
Argennum promontorium. *90, 4.*
Argos opidum. *394, 15.*
Aſcelum, corruptum vocabulum apud Diodorum. *390, 9.*
Aſinarus ſive Aſſinarus amnis. *183; 20, 35, 50. 184, 13.*
Aſines amnis. *92, 49.*
Aſſorium ſive Aſſorus opidum. *325, 17.*
Atabyrium opidum. *394, 15.*
Atalla urbs. *376, 50. 378, 5.*
Aterium opidum. *394, 15.*
Attium promontorium. *504; 31, 42.*
Atys fluvius. *228, 53. 229; 20, 55.*
Aureus mons. *509; 17, 22.*
Azones, vox corrupta apud Diodorum. *389, 54.*

B.

BAlari, Sardiniæ populi. *482, 53. 484; 5, 12. 485, 23. 487, 6.*
Bathys amnis. *270, 5.*
Belerides inſulæ. *492, 48. 493, 1.*
Bertula inſula. *489, 57.*
Bidis opidulum. *359, 16.*
Bidius caſtellum. *308, 11.*
Biœa opidum. *491, 16.*
Biora locus. *499; 10, 15.*
Biotha opidum. *491, 43.*
Boaria ſeu Boaris inſula. *490, 55.*
Boſa opidum. *489, 26.*
Boum Solis ſtabula. *307, 1.*
Bricinniæ, caſtellum. *129, 29.*
Bucinna inſula apud Sardiniam. *490, 55.*
Bucinna inſula, una ex Aegadibus. *417, 22.*
Bucra promontorium. *190, 57. 191, 23.*

C.

CAbala, locus: *389, 43.*
Cacyparis amnis. *183; 10, 56.*
Cacyrum opidum. *359, 27.*
Cæſiæ litus. *504; 30, 51.*
Calacta, opidum. *291, 1.*
Callipolis urbs. *387, 41.*
Callonia opidum. *349, 43.*
Calloniana. *349, 43.*
Calviſiana opidum. *351, 14.*
Calypſûs inſula. *445, 21. 446, 21. 472, 9. 474; 40, 50.*
Camarina palus. *194. 1.*
Camarina urbs. *192, 1.* quando condita. *192, 24.* unde dicta. *193, 51.*
Camerina urbs. *192, 2.* vide Camarina.
Camicus fluvius & opidum. *220, 21.*
Campus piorum. *120, 56.*
Canelata opidum. *508, 48. 509, 5.*
Capitium ſive Capytium opidum. *327, 35.*
Capitoniana, locus. *349, 6.*
Capraria. *418, 11. 421, 52. 423, 27. 424, 25.*
Caprianus mons. *222; 22, 34.*
Caralis urbs. *487, 56. 491; 35, 54.*
Caralitanum promontor. *490, 35. 492; 30, 48.*
Caralitanus ſinus. *493, 4.*
Carbia, locus. *497; 19, 40.*
Carcer ſeu Carceres caſtellum. *276, 50.*
Cariſi fanum. *494, 17. 495, 1.*
Carthaginienſes in Corſicâ. *501, 18.*
Carthaginienſes in Sardiniâ. *482, 48. 483, 36. 484, 2. 485, 54. 486, 41.*
Carthaginienſium prima in Siciliâ arma & coloniæ. *45, 26.*
Carthago quando condita. *43, 9.*
Caſalus ſinus. *504; 31, 51.*
Caſeus Siculus. *59, 24.*
Caſmena opidum. *358, 43.*
Catana urbs. *116, 50.* quando condita. *117, 30.* quondam etiam Aetna mutato nomine dicta. *118, 8.* Colonia Romanorum. *119, 30.*
Catanæ damna ex Aetnæ incendiis. *104, 44. 105, 40. 106; 30, 51. 107, 40. 121, 4.*
Caucana opidum cum portu. *190, 57. 191, 15.*
Caulonia. *349, 49.*
Cedris fluvius. *493, 14. 494, 48.*
Cena opidum. *221, 52.*
Centurinorum opidum. *508; 48, 51.*
Centuripæ. *308, 50.*
Cephalœdis ſine Cephalœdium opidum. *286, 35.*
Cerneatis inſula, eadem Cyrnos, id eſt, Corſica. *500, 42.*
Cernos inſula, eadem Cyrnos, id eſt, Corſica. *500, 46.*
Cervinorum opidum. *509, 32.*
Cetaria opidum. *270, 21.* unde dictum. *270, 27.*
Chalcidicus mons, qui & Neptunius & Pelorus. *88, 53.*
Charybdis. *62, 23. 64, 8. 66, 43. 67, 11. 70, 30.*
Chryſæ fanum. *325, 56.*
Chryſas amnis. *325, 52.*
Chydas amnis. *294, 28.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Ciconum terra. 454, 56.
Circidius fluvius. 504, 32. 505, 1.
Clunium opidum. 508, 47. 509, 3.
Collodes inſula. 492; 48, 55.
Coloniæ Romanorum quot in Siciliâ. 395, 10.
Columbaria inſula. 238, 9.
Columbarium promontorium. 403; 15, 52.
Conchéus lacus. 371, 50.
Copria, litus. 96, 21.
Coracenſes, populi Sardiniæ. 487, 20. 488, 36.
Coracodes portus. 488; 10, 31.
Corax opidum. 488, 37.
Corconiana, locus. 350, 1.
Corcyra inſula, quomdam Scheria & Macris dicta: Phæacum ſedes. 429, 7.
Cornus opidum. 496, 25. 497; 21, 42.
Corſi in Sardiniâ. 482, 45. 484, 5. 487, 6.
Corſica inſula unde dicta. 499, 57. 500; 9; 52. 501, 1. quando in Romanorum pervênit poteſtatem. 501, 19.
Corſicæ cœli ſolique natura. 502, 54. figura ac ſitus. 501, 21. magnitudo. 501, 25. varii incolæ. 500.
Corſicum mel. 503; 52, 55. 504, 8.
Corſis inſula, eadem Corſica. 499; 44, 57. 500, 8.
Cotyrga opidum. 374, 1.
Craſerium opidum. 394, 16.
Craſſum promontorium. 490, 1.
Craſtus opidum. 391, 12.
Cratas mons. 361, 18.
Crateres Palicorum. 341, 28.
Cretenſes in Siciliâ. 32, 53.
Crimiſus ſive Crimiſſus amnis. 266, 36.
Criniſus. vide Crimiſus.
Cronium, locus. 389, 43.
Cruniſus. vide Crimiſus.
Cunicularia inſula. 491, 49.
Cunicularíæ inſulæ. 501, 34. 502, 52.
Cunicularium promontorium. 491, 50.
Cupa opidum. 394, 16.
Cyamoſorus amnis. 309, 31.
Cyane fons. 176, 51.
Cyanes fanum. 177, 25.
Cyclopes, primi Siciliæ cultores. 12, 13. univerſam quondam tenuerunt Siciliam. 19, 13. 424, 39.
Cyclopum in Siciliâ habitationum genus. 19, 19.
Cyclopum in Siciliâ ſedem plerique poſt Homerum apud Aetnam & in Leontino agro poſuerunt. 17, 34.
Cyclopum terra; eadem quæ Sicilia. 7, 32.
Cyclopum tres ſcopuli. 114, 22.
Cydonia opidum. 394, 16.
Cyrnos inſula, eadem quæ Corſica. 499, 34. unde dicta. 500; 20, 33, 52.

D.

DAedali opera in Siciliâ; apud Megara: 133, 25. Agrigenti: 207; 13, 35. in Ecnomo monte: 213; 6, 22. apud Thermas Selinuntias: 223, 35.
Daſcon ſinus & caſtellum. 180, 18.
Delli, crateres Palicorum. 341, 49.
Diabate inſula. 488, 27.
Diagebrenſes, populi Sardiniæ. 483, 57. 485, 13. 487, 6.
Dianæ Facelinæ fanum. 304, 9.
Dianæ fons & amnis. 191, 45.
Dianæ ſtagnum. 505, 49. 508, 30.
Didyme inſula. 396; 15, 45. 414, 16.
Drepana ſeu Drepanum opidum cum portu. 235, 36. unde dictum. 235, 55.
Drepanum promontorium. 90, 11.
Drepanus portus. 236, 56.

E.

ECnomus mons. 210, 33. 211, 13. 212, 55.
Echetla opidum. 359, 30.
Ediſſæ portus; corruptum vocabulum. 188, 49. 189, 47.
Egeſta urbs. 255, 47. unde nomen & ortum habuit. 256, 9. 259, 56. eius ſitus. 262, 21.
Eizelus opidum. 394, 16.
Elavia opidum. 394, 16.
Elcethium opidum. 376, 25.
Eleutherus amnis. 278, 19.
Eloria tempe. 185, 47.
Elorina via. 183, 9. 186, 17.
Elorum caſtellum. 185, 34. 186, 10.
Elorum opidum. 184, 31. 186, 3.
Elorus fluvius. 184, 32. 186, 44.
Elyma urbs nulla fuit umquàm. 244, 28. 270, 42.
Elymi ſive Helymi, Siciliæ populi. 34, 15.
Enceladus, id eſt, Satanas, ſub Aetnâ monte. 108; 17, 56. 109, 2. 110, 52.
Engyum opidum. 365, 23. unde dictum. 367, 11.
Enna. 315. Siciliæ umbilicus. 316, 36. 318, 5.
Ennatarini, vocabulum corruptum apud Diodorum. 393, 50.
Enoſis inſula. 490, 35.
Entella urbs. 376, 40.
Epipolæ, pars Syracuſarum. 142, 8. 146, 21. 147, 35. 148, 12. 149, 15.
Epipolarum communitio. 146, 21.
Erbeſſus opidum. 360, 56. eodem nomine aliud. 368, 35.
Erbita urbs. 327, 44
Ercta caſtellum. 276, 50.
Erebantium promontorium. 493, 16. 495; 40, 44.
Ergetium opidum. 337, 41.
Ericinum opidum. 496, 24.
Ericodes ſive Ericuſa inſula. 396; 14, 45. 414, 32.
Ericuſa. vide Ericodes.
Erineus fluvius. 183, 13. 184, 1.
Errores Vlyſſis. 448, 10.
Eryce opidum. 347, 1.
Eryces fluvius. 126; 31, 42. 347, 1.
Erycinæ Veneris templum. 238, 46. 239: 1, 53. 241, 31. 242, 49. 243; 15, 33. 245, 43.
Erycinorum emporium. 237, 7. portus. 237, 1.
Erythrus mons. 504, 32. 505, 7.
Eryx mons. 238, 27. unde dictus. 239, 53.
Eryx opidum. 238, 27. à quo conditum. 239, 50.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Eryx rex Sicaniæ poſterioris. 241, 52.
Etruſci in Corſicâ, 501, 5. 503, 50.
Etruſci in Sardiniâ. 484; 1, 48.
Etruſcum fretum. 61, 31.
Eubœa, urbs. 387, 41.
Eunes ſive Senes, locus apud Meſſanam. 88, 54.
Euonymos inſula. 396; 15, 45. 497, 9. 414, 5.
Euryalus ſive Euryelus, tumulus & arx Syracuſarum in Epipolis. 144, 9. 147, 45. 148, 8.

F.

Facelinæ Dianæ fanum. 304, 9.
Facelinus amnis. 305, 45.
Fanum Adrani. 332, 24.
Fanum Dianæ Facelinæ. 304, 9.
Fanum Veneris. 93, 21. 94, 24.
Fauces Mylenſes. 89; 41, 54.
Fauces Pelori montis. 89, 32.
Fauces Tauromenitanæ. 89; 41, 57.
Favonii portus. 505, 56. 503; 3, 33.
Feronia opidum. 493, 15. 494, 53.
Ferraria opidum. 495; 13, 31.
Ficaria inſula. 492; 48, 51.
Ficaria opidum. 505, 14.
Ficarius fluvius. 505, 14.
Fluxus & refluxus freti Siculi. 70, 30. eius cauſa. 75, 1.
Fons Alæſini agri mirandus. 290, 45.
Fons, cui oleum innatat. 369, 47.
Fons Menais ſive Menenius. 341, 23.
Fons Mylenſis agri mirandus. 302. 53.
Fons Palicorum. 341, 23.
Foſſa, fretum inter Sardiniam & Corſicam. 501, 35. 502, 24.
Foſſæ inſulæ. 501, 35. 502, 49.
Freti Siculi fluxus & refluxus. 70, 30. longitudo & latitudo. 63, 36. 75, 47. 76, 23. trajectus. 70, 32.
Fretum Herculeum ſive Gaditanum an aliquando clauſum fuerit. 5, 4.
Fretum Siculum. 61, 1.

G.

Galaria opidum. 330, 3.
Galata opidum. 385, 31.
Galeagra turris. 143, 26. 152, 20.
Galeotæ. 333, 40. 334, 48.
Galeotis Hybla. 333, 39. 334, 48.
Gaulos inſula. 443, 50. Phœnicum colonia. 444, 55. quando deducta. 40, 15. 41, 14. 42, 10. 43, 4. 45, 7. 426, 39. 430. 41. Carthaginienſium colonia. 426, 14. 430, 50. 444, 42. à Græcis poſteà occupata 445, 1. ſub Siciliæ provinciâ. 445, 2.
Gela fluvius & urbs. 197, 30. quando condita. 199, 17.
Geleatis, ſive Gereatis Hybla. 131, 55. 333; 19, 39. 334; 22, 48.
Gelenſes campi. 200, 27.
Gelenſium Philoſophiana. 349, 21.
Geloi campi. 200, 27.
Gelonium ſtagnum. 202, 12.
Gemelli colles. 364, 15.
Gereatis ſive Geleatis Hybla. 131, 55. 333; 19, 39. 334, 22, 48.
Gigantes, ſive Cyclopes, primi Siciliæ incolæ. 12, 13. univerſam quomdam habitarunt Siciliam. 19, 13.
Gigantum corpora in Siciliâ reperta. 13, 2.
Gonius mons. 371, 2.
Gonuſa palus ſeu ſtagnum. 227, 49.
Gorditanum promontorium. 488; 9, 13.
Gorgium ſeu Gorgonium. 393, 57.
Græci in Sardiniâ. 485, 43.
Græci cum Ariſtæo & Iolao in Sardiniam venêre nulli. 484, 25.
Græci Phocenſes in Corſicâ. 501, 3. 506, 57. 507; 3, 30, 45.
Græcorum colonia in Melitâ. 431, 34.
Græcorum coloniæ in Siciliâ. 17, 13. 36, 54.
Granianum promontorium. 505, 47. 506, 27.
Gurulis nova, opidum. 496; 25, 38. 499, 20.
Gurulis vetus, opidum. 496, 24.
Gyas ager. 182, 19.

H.

Hadrani fanum. 332, 24.
Hadranius amnis. 332, 54.
Hadranum opidum. 332, 5.
Hadriaticum fretum. 61, 39.
Haleſa urbs. 287, 45.
Haleſini agri fons mirandus. 290, 45.
Haleſus fluvius. 287, 50.
Halicyæ urbs. 379, 55.
Haluntium opidum. 293, 51.
Halycus amnis apud Halicyas opidum. 229, 4. 380, 35.
Halycus amnis apud Heracleam. 217, 38. 219; 20, 30; 42, 47, 57.
Hecabes cenotaphium. 190, 23.
Hecates fanum. 190, 23.
Helbeſus, vox corrupta apud Solinum. 265, 28.
Helicon fluvius. 300, 23.
Heloria tempe. 185, 47.
Helorina piſcina. 185, 32. 186. 31.
Helorina via. 183, 9. 186, 17.
Helorum caſtellum. 185, 34. 186, 10.
Helorum opidum. 184, 31, 186, 3.
Helorus fluvius. 184, 32. 186, 44.
Helymi ſive Elymi, Siciliæ populi. 34, 15.
Hephæſtia ſive Vulcania inſula juxta Melitam. 447, 56.
Hephæſtiades inſulæ. 395, 43.
Heraclea Minoa urbs. 216, 55. quando condita. 217, 14. 218, 40. eius ſitus. 219, 18.
Heracleotes inſula. 415, 30.
Heræa Hybla. 351, 33.
Heræi montes. 326, 16.
Heræum opidum. 496, 24.
Herbita urbs. 327, 44.
Herbula, opidum. 394, 10.
Herculis fanum. 497, 16, 36.
Herculis fanum apud Syracuſas. 182, 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Herculis fanum & portus in Melitâ. *435, 23. 436, 5.*
Herculis inſula. *397, 39. 415, 30.*
Herculis inſulæ ad Sardiniam. *488, 13.*
Hergetium ſive Hergentium opidum. *337, 41.*
Hermæum promontorium. *488; 10, 24.*
Hetruſci in Corſicâ. *501, 5. 503, 50.*
Hetruſci in Sardiniâ, *484; 1, 48.*
Hetruſcum fretum. *61, 31.*
Hexagyius opidum. *394, 16.*
Hexapylum, porta Syracuſarum. *143; 2, 13, 46. 145, 48. 149, 12. 151, 56.*
Hiceſia inſula. *396, 14. 399, 33. 415, 28.*
Hiera inſula, una Aeoliarum. *396; 34, 45. 397, 7. 406, 30.*
Hiera, una ex Aegadibus inſulis. *417, 10. 418, 1.*
Hieracum inſula, *490, 50.*
Hieroneſos inſula. *418, 1.*
Hilarum, corruptum vocabulum apud Diodorum. *390, 9.*
Himera amnis & urbs. *280, 7.* à quo condita. *281, 30.*
Himera fluvius, in meridionali Siciliæ latere. *209, 46. 211; 6, 16, 29, 36.*
Himerenſes aquæ, urbs. *280, 10.* quando condita. *283, 49.* colonia Romana. *284, 45.*
Hippana opidum. *392, 34.*
Hipparis amnis. *194, 55.*
Hypyrrha fons. *290, 55.*
Hirminius amnis. *191, 1.*
Hiſpani in Corſicâ. *500, 49.*
Hiſpani in Sardiniâ. *481, 33. 482, 30.*
Homeri ætas. *42, 39.*
Hybla Maior, opidum. *333, 10.*
Hybla Minor; quæ & Heræa. *351, 33.*
Hybla Parva, quæ & Galeotis ſive Geleatis, & Megara. *131, 55. 333; 19, 39.*
Hyblæi colles. *135, 29.*
Hyblæum mel. *135, 5.*
Hyccara opidulum. *272, 3.* patria Laidis. *272, 11.*
Hyperia, antiquiſſima Phæacnm ſedes, ab Homeri interpretibus in Siciliâ poſita. *16, 44. 196, 33.*
Hyperia, eadem quæ Melita, Phæacum antiquiſſima ſedes. *427, 9.*
Hypſa amnis haud procul Selinûnte. *228, 53. 229, 23. 230, 3.*
Hypſa, fluvius apud Agrigentum. *197, 27. 204; 5, 23.*
Hypſitanæ aquæ. *496, 25. 498, 13.*

I.

IAetia opidum. *394, 16.*
Iatis amnis. *270, 5.*
Iceſia inſula. vide Hiceſia.
Ichana opidum. *355, 56.*
Ichnuſa inſula, eadem quæ Sardinia. *477, 47. 484, 34.*
Idæa Mater. *367, 33.*
Ἱεράκων νῆσος. 490, 50.
Ietæ ſive Ietas opidum, *381, 4.*
Ilienſes, populi Sardiniæ. *481; 23, 37. 482, 36. 484; 5, 56. 485, 12.*
Imachara urbs. *329, 21.*
Incilienſes. *389, 37.*
Indara opidum. *391, 12.*
Ineſſa opidum. *122, 29.*
Inſani montes. *496, 11.*
Inſula parva ante Plemmyrium, *182, 4.*
Inſula Syracuſarum. *139, 43. 141, 8.*
Inycum opidum. *230, 7.*
Iolaii, ſive Iolaéi ſeu Iolaenſes, populi Sardiniæ. *481; 26, 36. 482, 32. 483; 25, 57. 484, 54. 485, 12.*
Ipyrrha fons. *290, 55.*
Isburus amnis. *228, 50. 229, 25.*
Iuliola. *495; 41, 55.*
Iunonii montes. *326, 16.*
Iunonis fanum & portus in Melitâ. *435; 23, 50.*

L.

LAbdalum caſtellum, Syracuſis. *147, 50. 148, 44.*
Laccius portus Syracuſarum. *168, 37.*
Lacus mirandi Pelori promontorii. *80, 45.*
Lacus Palicorum. *341, 23.*
Læſtrygones in Siciliâ nulli. *15, 23.*
Læſtrygonii campi. *129, 48.*
Laidis meretricis patria. *391, 21.*
Lais meretrix Hyccarris nata. *272, 11.*
Latomiæ, carcer Syracuſis. *149, 34.*
Lautumiæ, ſive Latomiæ, carcer Syracuſis. *149, 34.*
Legum opidum. *376, 34.*
Leon vicus. *147, 43. 171, 35.*
Leontini campi. *129, 34.*
Leontini urbs. *126, 44.* quando condita. *128, 13.*
Leſa opidum. *496. 25. 498, 20.*
Leſitanæ aquæ. *496, 25 498; 13. 30.*
Libiſſonis turris, urbs, & colonia Romanorum. *495; 41, 50.*
Libyſtini Apollinis templum. *354, 53.*
Lichindus opidum. *394, 16.*
Ligures in Corſicâ. *500; 13, 22, 51.*
Lilybæum opidum. *231, 6.* quando conditum. *233, 14.*
Lilybæum promontorium. *49; 45, 52. 76, 46. 231, 6.* unde dictum. *233, 53.*
Lilybe puteus. *234, 17.*
Lipara inſula. *401, 10.*
Lipara ſeu Liparæ urbs. *402, 36.* colonia Romanorum. *406, 17.*
Liparæorum inſulæ. *395, 43.*
Liſſus amnis. *128, 12.*
Litus arenoſum. *504, 33. 505, 15.*
Locaricum opidum. *382, 1.*
Locras amnis. *504, 33. 505, 16.*
Locrenſes in Sardinâ. *481, 37. 485, 48.*
Lœtanus amnis. *303, 38.*
Longanus amnis. *303, 2.*
Longaricum opidum. *382, 2.*

Longona opidum. 394, 16.
Longum promonrorium. 182, 31. 184, 19.
Longuri ſinus. 246, 18.
Lotophagorum terra. 456, 36.
Luguido opidum. 494, 40. 497, 50.
Luguidonenſium portus. 494; 16, 35.
Luquido opidum. 494, 40. 497, 50.
Luquidonenſium portus. 494; 16, 35.
Luxus Siculorum. 60, 12.
Lyſimelia palus ſeu ſtagnum. 173, 30.

M.

MAcella opidum. 375, 45.
Macopſiſa opidum. 496, 24.
Mactorium opidum. 363, 34.
Magæus fons. 182, 15.
Magna Mater. 367, 30.
Magnæ Græciæ quondam pars Sicilia. 39, 52.
Magnus portus Syracuſarum. 144, 32. 145, 14. 148, 4. 167, 35.
Μαινόμενα ὄρη, id eſt, Inſani montes. 496, 11.
Mamertini, Meſſanæ incolæ. 86, 3. 87, 21.
Mantinorum opidum. 508; 47, 57.
Mare internum an ab initio nullum fuerit. 5, 4.
Mariana colonia Romanorum, 505, 49. 507, 53.
Maritima inſula. 418, 1.
Marmor Tauromenitanum. 96, 46.
Maro mons. 364, 10.
Mater Idæa. 367, 33.
Mater Magna. 367, 30.
Matres deæ. 367, 25.
Mažara flumen & caſtellum. 224, 40.
Megara. 131, 53.
Megarenſis ſinus. 133, 48.
Megaris. 133, 53. 134, 8.
Megarſus opidum. 394, 16.
Mel Siculum. 135, 5.
Melas amnis. 305, 45.
Meligunis inſula. 402, 7.
Melita inſula. 425, 23. Phæacum antiquiſſima ſedes. 427, 9. Melita unde dicta. 446, 28. à Phœnicibus occupatur. 40, 15. 41, 14. 42, 10. 43, 4. 45, 7. 426, 9. 430, 21. Carthaginienſium colonia. 425, 55. 426, 14. 430, 50. Græcorum colonia. 431, 34. ſub Siciliæ provinciâ. 433, 27.
Melita opidum. 435, 19.
Melitæi ſive Melitenſes catuli. 437, 15.
Menæ ſive Menena opidum. 339, 24.
Menais fons. 341, 23.
Menenius fons. 341, 23.
Menſa Sicula. 60, 13.
Menſa Syracuſana. 60, 35.
Mercurii promontorium. 488, 24.
Meruſium opidum. 363, 9.
Meſopotamium opidum. 351, 19.
Meſſana urbs. 81, 19. quando condita, & unde dicta. 81, 53. 82; 10, 53. 83, 34. 84, 49.
Metalla opidum. 489; 24, 45.
Milichius fons. 173, 22.
Miſcera opidum. 394, 17.
Monalus amnis. 287, 40.
Morgentia ſive Morgentium opidum. 335, 40.
Morgetes. 337, 18.
Morgyna, opidum. 382, 22.
Motya opidum. 249, 45. quando conditum. 254, 12.
Motyca urbs. 357, 10.
Motycanus amnis. 190, 56. 191, 4.
Motyum caſtellum. 372, 49.
Murgantia, ſive Murgentium opidum. 335, 40.
Mutiſtratum opidum. 383, 15.
Mutyca urbs. 357, 10.
Myconius mons. 387, 20.
Mylas fluvius. 135, 33.
Mylæ opidum & peninſula. 300, 33. à quibus conditum. 301, 1.
Mylenſes fauces. 89; 41, 54.
Mylenſis agri fons mirandus. 302, 53.
Mylenſis portus. 302, 42.

N.

NAcona opidum. 394, 17.
Naſſos, id eſt, Inſula, pars Syracuſarum. 142, 1. 143. 53.
Navalia Syracuſarum. 168, 31.
Naufragium divi Pauli ad Melitam. 438, 3.
Naulochus opidum. 304, 10. 306, 53.
Nauſtathmus portus. 186, 49.
Naxos urbs. 90, 29. 92, 5.
Neapolis. 488; 12, 46.
Neapolis, Syracuſarum pars. 141, 20. 142, 8. 144, 17. 151, 8.
Neapolitanæ aquæ. 496, 25. 498, 12.
Nebrodes mons. 364, 23.
Neetum opidum. 357, 43.
Neptuni ara & templum. 81, 5.
Neptunii montis fauces. 89, 32.
Neptunius mons, qui & Pelorus. 88, 41.
Nicæa opidum. 508, 15.
Nomæ opidum. 384, 31.
Noæ opidum. 385, 45.
Nonymna opidum. 350, 8.
Nora urbs. 481, 34. 482, 30. 498, 42.
Nymphæa inſula. 502, 46.
Nymphæus portus. 488; 9, 23.
Nympharum lucus. 326, 54. 327, 24.

O.

OAnus fluvius. 165, 19. 197, 9.
Odyſſéæ portus. 188, 49. 189, 47.
Odyſſéum promontorium. 188, 49. 189, 35.

Ogygia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Ogygia inſula. 445, 21. 446, 21.
Olbia urbs. 493; 15, 22.
Olbianus portus. 493, 15. 494, 1.
Oleum fonti in natans. 369, 47.
Oliva, locus. 382, 11.
Olympium opidulum. 178, 50.
Omphace opidum. 207, 28.
Onobala amnis. 93, 7.
Opinorum opidum. 509, 29.
Orethus amnis. 277, 47.
Orinus fluvius. 182, 31. 184, 6.
Ortygia inſula, pars Syracuſarum. 154, 50.
Oſæa opidum. 488, 11. 489, 7.
Oſteodes inſula. 396, 15. 397; 1, 38. 415, 53.
Oſtrico opidum. 509, 33.

P.

PAchéum promontorium. 488, 12. 490, 1.
Pachyni portus. 188, 47.
Pachynus promontorium. 94; 44, 50. 76, 46. 187, 30.
Paconia inſula. 396, 16. 416, 44.
Pala ſeu Palla opidum. 505; 43, 57. 506, 6.
Palania opidum. 509, 37.
Palanta opidum. 509, 37.
Palica opidum. 342, 52. 343, 27. 344, 13. 346, 6.
Palici dii. 341, 38. 342, 37. 343, 7. 344, 12.
Palicorum fanum. 341; 36, 57. 343, 28. 344, 12. 345, 51. fons ſive lacus. 341, 23.
Panormus urbs. 273, 52. unde dicta. 273, 57. quando & à quibus condita. 274, 50. colonia Romanorum. 276, 45.
Pantacias amnis, idem qui Pantagias. 130, 47.
Pantagias amnis. 130, 18. unde dictus. 130, 37.
Paropus, opidum. 382, 33.
Parthenicum opidum. 270, 40.
Pauca opidum. 504, 33. 505, 19.
Paula opidum. 504, 33. 505, 19.
D. Pauli naufragium ad Melitam. 438, 3.
Pelagonia regio. 394, 18.
Pellidi, ſive Pelliti Sardi. 487, 40.
Pelorias promontorium. vide Pelorus.
Pelori promontorii lacus mirandi. 80, 45.
Peloris promontorium. vide Pelorus.
Pelori ſive Neptunii montis binæ fauces. 89, 32.
Pelori ſtatua ſpeculatrix. 79, 5.
Peloritana ora. 81, 15. 88, 45.
Pelori turris. 79, 5.
Pelorus, ſive Peloris & Pelorias mons; idem & Neptunius. 88, 41.
Pelorus promontorium. 49; 42, 49. 76, 45. 78, 23. 79, 57. 80, 10.
Peninſula, locus Sardiniæ. 491, 16.
Peninſula Melitæ. 435, 22. 436, 17.
Pentapylum Syracuſis. 154, 33.
Pergûs ſive Perguſa lacus. 319, 25. 323; 41, 53. 324, 27.
Perticianenſes aquæ. 273, 14.
Petiliana, locus. 349, 39.
Petra opidum. 367, 41.
Piacus opidum. 394, 17.
Pincianæ aquæ. 266, 1.
Pintia urbs. 228, 51. 230, 41.
Piorum fratrum campus. 120, 56. ſtatuæ. 122, 8.
Pirina, locns. 382, 18.
Plemmyrium promontorium & caſtellum. 180, 41.
Plubium opidum. 495; 41, 47.
Plumbaria inſula. 490, 49.
Plutia, corruptum vocabulum à Phintia. 214, 34.
Plutonia ſpecus. 324, 35.
Phacelinus amnis. 305, 45.
Phæaces in Siciliâ ab Homeri interpretibus poſiti. 16, 20.
Phæacum antiquiſſima ſedes Melita inſula. 427, 9.
Phalaerium promontorium. 304, 2.
Phalarium caſtellum. 210, 37. 215, 36.
Philonii portus. 505, 48. 506, 33.
Philoſophiana Gelenſium. 349, 21.
Phintia urbs. 213, 26.
Phintonis inſulæ. 501, 35. 502, 49.
Phoceæ, arx. 129, 22.
Phocenſes in Corſicâ. 501, 3. 506, 57. 507; 3, 30, 45.
Phocenſes in Siciliâ. 35, 39.
Phœnices in Sardiniâ. 485, 40.
Phœnices Melitam occupant. 40, 15. 41, 14. 42, 10. 43, 4. 45, 7. 426, 9. 430, 21.
Phœnicodes, ſive Phœnicuſa inſula. 396; 14, 45. 414, 32.
Phœnicum coloniæ in Siciliâ. 40, 8.
Phœnicûs amnis & opidum. 186, 56.
Phœnicuſa inſula. vide Phœnicodes.
Phorbantia inſula. 417, 10. unde dicta. 417, 22.
Polyphemi ſedes, 424, 39. falsò ab Homeri interpretibus ponitur circa Aetnam montem vel Anapum flumen. 460, 2, 12.
Polyzelium villa. 183, 48. 184, 15.
Porpax fons ſeu amnis. 265, 54.
Portus Arethuſæ. 168, 11.
Portus Luguidonenſium ſive Luquidonenſium. 494; 16, 35.
Portus magnus Syracuſarum. 144, 32. 145, 14. 148, 4. 167, 35.
Portus Mylenſis. 302, 42.
Portus Pachyni. 188, 47.
Portus parvus ſive minor Syracuſarum. 168, 17.
Portus Syracuſarum duo. 167, 21.
Portus Vlyſſis. 114, 27.
Portus Xiphonius. 136; 26, 36.
Pratum Syracuſarum. 176, 18.
Præſidium, caſtellum. 505, 55. 506, 41.
Pulcrum litus, opidum. 291, 2.
Pupulum opidum. 490, 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

R.

RHegium fretum. 62, 12.
Rhium promontorium. 504, 32. 505, 4.
Rhœtius mons. 504, 32. 505, 7.
Rhopicum opidum. 509, 32.
Rhotanus fluvius. 505, 48. 508, 28.
Rhybdus opidum. 394, 17.
Romani quando Corſicam occuparunt. 501, 19.
Romani qnando in Sardiniam pervenerunt. 486, 55.
Ruber mons. 504, 32. 505, 7.

S.

SAcer amnis. 505, 48. 506, 18.
Sacra inſula, una Aeoliarum. 396; 34, 45. 397, 7. 406, 30.
Sacrum promontorium. 508, 49.
Sal Agrigentinus. 371, 28.
Sæprus amnis. 493; 14. 494, 48.
Sandaliotis inſula, eadem quæ Sardinia. 477, 46.
Saralapis opidum. 496, 25. 499, 17.
Sardinia & Sicilia nutrices Romanæ urbis. 479, 50.
Sardinia, omnium inſularum interni maris maxima poſt Siciliam. 478, 47. unde dicta. 477, 40. quando in Romanorum pervênit poteſtatem. 486, 55.
Sardiniæ antiquiſſimi incolæ. 481, 14. cœli ſolique natura. 479, 51. fertilitas, 479, 49. ſitus. 478, 17. magnitudo. 478, 22. urbes. 487, 56. 488, 1.
Sardonius riſus. 480, 37.
Sardopatoris fanum. 488, 11. 489, 53.
Sardus, origo & conditor Sardorum gentis. 481, 14. quis fuerit. 484, 40.
Scamander fluvius. 264, 37.
Scarcapos opidum. 494; 21, 44.
Scaturigines terram evomentes. 371, 34.
Schera, opidum. 381, 23.
Scirthæa opidum. 375, 7.
Scopuli tres Cyclopum. 114, 22.
Scyllæum fretum. 61, 16.
Segeſta vrbs. 255, 48. unde nomen & ortum habuit. 256, 9. 259, 56. eius ſitus. 262, 21.
Segeſtanæ aquæ. 266, 1.
Segeſtanorum emporium. 262, 30. 263, 35.
Seliuûs amnis. 226, 3. Latinis Apiarius. 226, 29.
Selinûs urbs. 225, 26. unde dicta. 226, 8. quando condita. 226, 41.
Semellitani. 394, 10.
Senes ſive Eunes, locus apud Meſſanam. 88, 54.
Sergentium opidum. 337, 42.
Sibyllæ Cumanæ ſepulcrum. 234, 52.
Sicani, antiqui Siciliæ incolæ. 21, 32. unde profecti. 26, 33.
Sicania, antiquum Siciliæ nomen. 7, 29. 11, 45. à Sicanis populis dictum, 26, 33.
Sicania poſterior. 215, 52.
Σικελοὶ & Σικελιῶται, quid inter ſe differunt. 39, 36.
Sicilia Magnæ Græciæ quomdam pars. 39, 50. pars quondam Italiæ exiſtimata. 1, 5. ſed id incertum. 3, 34. nec credidit Heſiodus. 4, 41. nec omnino credibile eſt. 6, 8. 7, 8. nutrix Romanæ urbis. 479, 50. eius fertilitas. 58, 9. ob fertilitatem Cereri & Proſerpinæ ſacra. 58, 29. Romanorum cella penaria. 59, 56. 60, 7.
Siciliæ nomina & incolarum genera varia. 7, 29. 21, 34. magnitudo. 51, 52. 54; 2, 55. 56; 41, 53. ſitus & figura. 48, 10. 50, 15. 51, 15.
Siciliæ trium promontorium forma. 76, 42. nomina atque ſitus. 48, 39.
Siciliæ umbilicus. 316, 36. 318, 5.
Sicilienſe fretum. 61, 12.
Sicilienſes & Siculi quid inter ſe differunt. 39, 36.
Sicula menſa. 60, 13.
Siculi & Sicilienſes quid inter ſe differunt. 39, 36.
Siculi freti fluxus & refluxus. 70, 30.
Siculi freti longitudo & latitudo. 63, 36. 75, 47. 76, 23.
Siculi, Italiæ quomdam incolæ, poſteà in Sicaniam inſulam transgreſſi: quæ inde dicta Sicilia. 28, 11.
Siculi trilingues. 47, 34.
Siculorum luxus. 60, 12.
Siculum fretum. 61, 1.
Siculum mel. 135, 5.
Simæthus, ſive Simethus amnis, 124; 18, 45.
Simois fluvius. 264, 46.
Sinus Syracuſanus. 167, 43.
Sittana, vocabulum corruptum apud Diodorum 392, 36.
Solentum opidum. 278, 25.
Solis boum ſtabula. 307, 1,
Solis inſula; eadem quæ Sicilia. 7, 31.
Solûs opidum. 278, 25.
Soluſapra, locus. 297. 25.
Sorabilis opidum. 499; 10, 14.
Soſſinates, populi Sardiniæ. 484, 2. 487, 8.
Specula Neptunii ſive Pelori montis. 88, 50.
Speculatrix ſtatua in Peloro. 79, 5.
Stabula Solis boum. 307, 1.
Stagnum Dianæ. 505, 49. 508, 30.
Stagnum Palicorum, 341, 23.
Statuæ piorum. 122, 8.
Statua ſpeculatrix in Peloro. 79, 5.
Sterquilinium, litus. 96, 21.
Strongyle inſula. 396; 15, 45. 397; 7, 17, 39. 410, 50.
Styella caſtellum. 134, 22.
Sulcenſe promontorium. 490, 42.
Sulci urbs. 487, 57. 488; 1, 12. 490, 6.
Sulcitanum promontorium. 490, 42.
Summa rupes apud Syracuſas. 172, 33.
Suſaleus vicus. 493, 14. 495, 28.
Symæthum opidum. 331, 20.

Symæthus

Symæthus amnis. 124, 18.
Syraca ſive Syracô palus. 136, 9. 174, 13.
Syracuſæ, urbs. 138, 39. unde dicta. 139, 1. quando & à quibus condita. 139, 36. ingens, ac potens, pulcraque. 140, 45. quadruplex. 141, 7. 142, 1. quincuplex. 142, 5.
Syracuſana menſa. 60, 35.
Syracuſanus portus, in Corſicâ. 505, 47. 506, 26.
Syracuſanum pratum. 176, 18.
Syracuſanus ſinus. 167, 43.
Syracuſarum magnitudo & ambitus. 168, 56. portus duo. 167. 21.
Syracuſarum portus magnus. 144, 32. 145, 14. 148, 4. 167, 35.
Syracuſarum portus parvus. 168, 17.

T.

TAbæ opidum. 391, 5.
Talaria opidum. 363, 9.
Talcinorum opidum. 509, 27.
Taphros, fretum inter Sardiniam & Corſicam. 501, 35. 502, 24.
Tapſus, peninſula & opidum. 137, 31. 138, 8.
Tarates, populi Sardiniæ, 484, 12. 487, 8.
Tarchia opidum. 394, 17.
Tarrabinorum vicus. 509, 42.
Tarras opidum. 488, 10. 489, 41.
Tavola fluvius. 505, 49. 508, 34.
Tauromenitanæ fauces. 89; 41, 57.
Tauromenitanorum portus. 92, 38.
Tauromenium opidum. 90, 25. quando conditum. 91, 12. colonia Romanorum. 96, 10.
Taurominium. vide Tauromenium.
Taurominius fluvius. 93, 9.
Taurus mons. 91; 21, 55.
Taurus promontorium. 136, 40.
Tegula opidum. 498, 49. 499, 3.
Telmiſſus fons & amnis. 265, 22.
Temenites collis. 149, 4. fons. 173, 22.
Temenites, pars Syracuſarum, quæ eadem & Neapolis dicta. 151, 20.
Templum Veneris. 93, 21. 94, 24.
Templum Vulcani in Aetnâ monte. 112, 47.
Terbetia opidum. 394, 17.
Terias amnis. 124, 50.
Termeſſus fons & amnis. 265, 22.
Termus amnis. 488; 10, 28, 39.
Terone opidum. 394, 17.
Thapſus, peninſula & opidum. 137, 31. 138, 8.
Theraſia inſula. 397, 6. 406, 30. 407. 18.
Thermæ Himerenſes urbs, 280, 11. quando condita. 283, 49. colonia Romanorum. 184, 45.
Thermæ Selinuntiæ, urbs. 222, 49. colonia Romanorum. 223, 33.
Thermeſſa inſula. 406, 26.
Thermeſſus fons & amnis. 265, 22.
Theſpiadæ in Sardiniâ. 481, 26. 482, 32. 483, 26.
Theſſali in Siciliâ. 36, 30.
Thorax mons. 303, 41.
Thrinacia, ſive Trinacia, antiquum Siciliæ nomen. 7, 30. quibus ita dicta. 14, 51.
Thyrſus amnis. 488; 10, 49.
Tibula opidum. 487, 20. 489, 11. 494, 9. 495; 41, 55.
Tilium opidum. 488; 9, 20.
Tilox promontorium. 504; 31, 39.
Timethus fluvius. 297, 54.
Tiracia opidum. 388, 38.
Tiſſa opidum. 308, 30.
Titianus fluvius & portus. 505, 14.
Torgius mons. 394, 4.
Trajectus freti. 79, 32.
Trinacia, ſive Trinacria, antiquum Siciliæ nomen. 7, 30. quibus ita dicta. 14, 51.
Trinacis ſive Trinacris, antiquum Siciliæ nouem. 8, 46.
Triocala opidum. 374, 19.
Triquetra, antiquum Siciliæ nomen. 7, 31.
Trogiliorum portus. 143, 26. 152, 50.
Trogilus vicus. 148, 1. 152, 40.
Trotilum opidum. 131, 29.
Turris Libiſſonis, urbs. 495; 41, 50.
Turris Pelori. 79, 5.
Tuſci in Corſicâ. 501, 5. 503, 50.
Tuſci in Sardiniâ. 484; 1, 48.
Tuſcum fretum. 61, 31.
Tutelæ ara. 505, 49. 508, 41.
Tycha, Syracuſarum pars. 141, 18. 142, 7. 144, 17. 151, 35.
Tyndaris ſive Tyndarium opidum. 298, 9. à quibus conditum. 298, 40. colonia poſteà Romanorum. 299, 43.
Tyndarium promontorium. 300, 5.
Typhoëus ſub Siciliâ. 110, 18.
Typhon, id eſt, Satanas, ſub Aetnâ monte. 108; 17, 35. 109; 9, 25.
Tyraca palus. 139, 21. 174, 13.
Tyracinæ opidum. 389, 10.
Tyrittum, corruptum vocabulum apud Diodorum. 390, 9.
Tyrrheni in Corſicâ. 501, 5. 503, 50.
Tyrrheni in Sardiniâ. 484; 1, 48.
Tyrrhenum fretum. 61, 30

V.

VAgedruſa fluvius. 201, 26. 202, 3.
Vagum promontorium. 508; 47, 55.
Valentia opidum. 498, 37.
Valeria opidum. 496, 26. 498, 32.
Valeria via. 52, 52.
Veneris fanum. 93, 21. 94, 24.
Via Valeria. 52, 52.
Viriballum promontorium. 504; 32, 55.
Vlyſſem malè ad orientale Siciliæ latus deduxerunt Homeri interpretes. 460, 12.
Vlyſſes utrùm in Interno tantùm mari circa Siciliam & Italiam, an verò extrà in Oceano erraverit. 448, 14. 450; 30, 46,
falsò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

falſò fingitur fuiſſe in Galliâ. 450, 51. in Britanniâ. 451, 9. in Germaniâ. 451, 14. in Hiſpaniâ. 452, 19.
Vlyſſes ab Ilio ſeu Troiâ in Thraciam defertur ad Ciconas. 454, 56. à Ciconibus circa Maleam Laconiæ promontorium in Lotophagorum terram, quæ erat in Africâ. 456, 3. inde ad Siciliæ Drepanum portum & Erycem montem. 458, 48. hinc ad Aeoli inſulas. 461, 40. hinc in conſpectum usque Ithacæ inſulæ pervênit. ſed inde rurſus ad Aeolum rejectus eſt. 461, 55. inde ad Læſtrygonas in Italiam adpulit. 463, 23. & mox ab iis ad Circen, in eâdem Italiâ. 464, 45. à Circe poſt annuam moram ad Cimmerios delatus eſt in Campaniæ litus. 468, 42. ab his ad Circen rediit. 470, 13. inde Sirenum inſulam Capreas prætervavigavit. 470, 16. ab his ſtatim fretum Siculum inter Scyllam & Charybdin enavigavit. 471, 1. transmiſſo freto ad Thrinaciam ſive Solis inſulam, id eſt, Siciliam adpulit. 471, 13. heic quum ab eius ſociis Solis boves abſumti eſſent, ipſe ad Charybdin ſolus rejectus eſt. 471, 40. hinc ad Calypſûs inſulam Ogygiam ſive Melitam delatus. 471, 56. hinc poſt VII annorum moram in Scheriam ſive Corcyram ad Phæacas. 474, 57. atque hinc tandem in Ithacam. 476, 1.
Vlyſſéum promontorium. 188, 49. 189, 35.
Vlyſſis errores. 448, 10. 454, 21.
Vlyſſis portus. 114, 27.
Vlyſſis promontorium. 188, 49. 189, 35.
Vmbilicus Siciliæ. 316, 36. 318, 5.
Volerius fluvius. 504; 30, 36.
Vrbes in Siciliâ quot fuerint omni numero. 395, 17.
Vrcinium opidum. 504, 33. 505, 12.
Vrſi promontorium. 493, 15. 495, 42.
Vſellis, colonia Romanorum, 489, 29.
Vſtica inſula. 396, 15. 397, 2. 415, 38.
Vulcani domus atque officina. 406, 44. 413, 22.
Vulcani inſula, ſeu Vulcania, 396; 15, 45. 397; 4, 39. 406, 30.
Vulcani inſulæ VII. 395, 43.
Vulcani templum in Aetnâ monte. 112, 47.
Vulcania inſula juxta Melitam. 447, 56.
Vulcaniæ inſulæ. 395, 43.
Vulcanius mons. 370, 3.

X.

Xiphonia, opidum. 136, 30.
Xiphoniæ promontorium. 136, 8.
Xiphonius portus. 136; 26, 36.
Xuthia regio. 129, 53.
Xuthia urbs. 130, 1.

Z.

Zancle fons. 88, 11.
Zancle urbs. 81, 19. quando condita, & unde dicta. 81, 53. 84; 40, 49.

FINIS.

Paginâ 417, *lineâ* 57, *lege* Sardiniam. *& pag.* 452, *lin.* 35, *lege* Malacam. *Poſt finem univerſi operis, in epiſtolâ ad lectorem dele quæ de Cratâ monte & Acragante amne perperam adnotata ſunt. idem fiat in Argumentis rerum lib.* II *cap.* XI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
40 E 4 [1]